# NICEPHORI GREGORAE
## ROMANAE, HOC EST BYZANTINAE HISTORIAE LIBRI XI. QVIBVS RES A GRAECIS IMPERATORIBVS PER ANNOS CXLV. A THEODORO LASCARI PRIORE, VSQVE AD Andronici Palæologi poſterioris obitum geſtæ, deſcribuntur, & Nicetæ Acominati Choniatæ παραλειπόμενα ſupplentur.

PRIMVM QVIDEM LIBERALITATE MAGNIFICI ET GENEROSI VIRI D. Antonij Fuggerij, &c. & Hieronymi Vuolffij labore, Græcè Latinéq; editi, cum Indice copioſo: nunc autem Latinè tantùm, ſed adhibita prius cum Græco diligenti collatione, qua certè non pauca fuerunt emendata.

HIS ADIVNXIMVS LAONICI CHALCOCONDYLAE TVRCICAM hiſtoriam, [redacted]prete: ſed recognitam ab eodem, & ad D. Philippi Gundeli exemplar emendatam. Ita quatuor his ſcriptoribus, Zonara, Choniate, Gregora, Chalcocondyla coniunctis, integrum Byzantinæ hiſtoriæ corpus à Conſtantino magno ad Conſtantinum poſtremum, & Conſtantinopolim à Turcis occupatam & poſſeſſam, habituri ſunt ſtudioſi, lingua Latina expoſitum: vt etiam rudibus Græcarum literarum, maiore commoditate quàm ſumptu conſuleretur.



FRANCOFVRTI AD MOENVM,
ANNO M. D. LXVIII.

# NICEPHORI GREGORAE HISTORIAE ROMANAE LIBER PRIMVS.

## CAPITA PRIMI LIBRI.

*Procemium, quo & concio imperatoris Andronici Palæologi continetur.*
*Initium Hiſtoriæ, qua res ab Vrbe capta exponuntur.*
*Imperium Theodori Laſcaris primi.*
*De Ioanne Aſane, Bulgarorum principe.*
*De Alexio imperatore, poſt amiſſum imperium.*
*De bello ab imperatore Theodoro Laſcari cum Aſane geſto.*

## LIBER PRIMVS.

*Hiſtoriæ commendatio.*

CVM plerοſque veterum hiſtoricorũ, qui ad noſtram vſque ætatem fuerunt, ſe ad res geſtas monimentis literarum immoitalitati maodandas, diuinitùs impulſoa eſſe profiteri, è crebra illorum lectione cognouiſſem: aliquandiu verba illa ex ambirione atque ab inani oſtentatione profecta eſſe iudicaui. Poſt verò, acuti veritaris inſpectores viri illi, res ipſa verò Dei opus eſſe mihi viſu eſt, manu illorum inſtrumenti vice vtentis, quæ parum, ac nihil potiua (vt paucis dicam) à cœlo & terra, maximis & primis eius operibus, differret; quod quidem ad arcanam eius gloriæ prædicationem, quatenus eam aſſequi licet, pertinerer. Nam illa quidem, ranquam taciti præcones diuini opificij amplitudinis, ſenſuum duntaxat elicere teſtimonia non deſiſtunt. Hiſtoriæ verò viua & clara vox, & verè animatum ac vocale præconium, ad omnem pertinet poſteritatem, quo velut in vniuerſitatis tabula quadam, tum res ab omni æuo geſtæ, tum naturæ rerum explicario, quatenus eæ perceptæ ignoratæue ſint: tum quibus aliàs alij vel difficultatibus implicari, vel proſperrimis ſucceſaibus diuinitùs ornati, ac præter omnem expectationem adiuti fuerint, poſteris inſpiciendæ proponunrur. Ac (vt mea quidem fert opinio) cœlorum & terræ gloria hoc ſcripti genere illuſtratur, & magis explendeſcit. Nam, ſublata hiſtoria, vnde ſcirent mortales, cœlum primo illo & immurabili motu agitatum, ſolem & lunam cæteraſque ſtellas continenter proferre conſtanti & apta varietate, Deique gloriam noctes dieſque perperuò enartare: terram verò immurabilem illam mutationem, qua ab initio prædita fuit, conſtanrer retinere, ac eundem ortum atque interitum poſteris omnibus denunciare? Quamobrem ſi non maiori, pari certè admiratione cuiuſuis cordati hominis digna eſt.

*Hiſtoriam cum cœlo & terra comparat.*

Nam qua parte huius mundi opificium veluti mancum erat, quod è cœli machina affirmare ac perſuadere nemo poſsit, olim æquè genera hominum extitiſſe, quotque illa fuiſſent, & quandiu duraſſent, & quid in vita egiſſent, quæque beneficia tum à Deo, tum à cœlo, tum à terra alijs atque alijs temporibus atque ætatibus accepiſſenr, hiſtoria non id modò præſtat: ſed etiam lectores ſuos alio quodammodo vates reddit, quæ futura ſint, ex ijs quæ præterierunt conijcientes. Iam, vtis qui in exigua & definita terræ parte habitat, orbis terrarum fines & extremitates, & peculiares gentium & locorum naturas, annorumque & temporum diſcrimina, quæ diuerſis terræ partibus exiſtunt, aliáque bona infinita norit: quis largitur hominibus, niſi vna hiſtoriæ explicario? His igitur de cauſis omnia hoc genus eruditos, nec magnopere diligo, nec magnifacio, qui Comicis & Tragicis fabulis & laudationum blandimentis linguas acuerunt: ſed eos potius, qui aut naturam rerum pro virili ſua indagarunt: aut hiſtorias diſperſas, & aliorum dicta factáque ad animi fortitudinem ac prudentiam ſpectantia, ſuo labore collecta, ad maximam poſteriraris vtilitatem ediderunt. Quorum admiratio & æmulatio nos ad imitationem impulit, huiuſque conarus mihi cauſa fuit. Quum autem id ſit hiſtoriæ veritas, quod animantibus oculus: hanc nos tanquam ducem in hoc opere ſequi cum primis decet, duabus de cauſis. tum, ne ea res, quam veluti regulam & amuſsim poſteris proponere ſtatuimus, diſtorta & pernicioſo morbo afflicta videarur: tum, ne anſam ijs præbeamus, qui ex paucis totum ſcriptum noſtrum cauillari, & pro nugatorio traducere cupiunt. id quod noſtra ætate claris quibuſdam viris vſuuenit, qui cum in maxima rerum ignoratione vitam exegiſſent, atque ita ad hiſtoriam ſcribẽdam temere acceſsiſſent, multis eam mendacijs ex inſcitia contaminarunt, & omni vtilitate ſpoliarunt: cauſamque probabilem dederunt, tam prudentiſsimo Imperatori Andronico Palæologo, eius ſingulatim & acriter coarguendæ (idq; ijs hominibus adhucviuentibus ac præſentibus, quos illi plurimis mendacijs infamarant) quàm nobis concio-

*Futura è præteritis diuinantur.*

*Hiſtoria orbem terrarum & omnia ſecula peragrat.*

*Naturæ rerum & hiſtoriæ præcipua in doctrina laus.*

*Veritatis ſtudium profitetur.*

*Hiſtorici veri ignari.*

nis cuiuſdam, quam ille me audiente habuit, in-
ſerendæ, quòd ad inſtitutum noſtrum accomo-
data eſſe videretur.

*Imperatoris Andronici Concio.*

*Hiſtoricorum inſectatio.* SÆpe (inquit) mecum ipſe miratus ſum, qui
fieret, cum pleriſque mortalium quietam &
tranquillam prorſus agere vitam liceret, ac plu-
rimos habere quibus admirationi eſſent, nul-
los verò penitus inimicos: vt ipſi ad quoſuis
*Maledicæ linguæ.* proſcindendos propenſi, linguas improbas, fu-
tiles & contumelioſas vltrò exacuerent: idque
nulla ſæpe occaſione data, quæ ad huiuſmodi
maledicentiam iurè illos incenderet. Illos verò
magis etiam ſum miratus, qui Imperatores ſi-
mul & Patriarchas falſis maledictis inceſſere, ac
impudenter proſcindere audent. Sed hi admi-
ratione omnium maxima me affecerunt, qui
tam falſa maledicta ſua mandare literis non du-
*Maledici calami.* bitârunt. Nam conuicia quæ lingua proferun-
tur, ſtatim aura diſsipat. Quæ verò ſcribuntur,
& libris imprimuntur, diutius & grauius eos
quos læſere iniuria, premunt: autoritate à ſcri-
ptura petita, & longo tempore ſe iactante. Igno
ro autem vtrum, nec ſcio qua gratia hæc facere
ſtudeant, aut cuius lucri ſpe in talia præcipitia
*Cauſa mẽdaciorum futiles.* incurrant. Nam ſiue vt ſingularem ſuam impro-
bitatem expleant, adeò falſa maledicta conge-
runt, malè faciunt ac turpiter admodum, ſuóq;
(quod aiunt) capiti nocent. Nam improbitatis
ſuæ monimentum produnt poſteris, quòd cum
benedicendo & celebranda veritate innoteſce-
re auditoribus licuiſſet, plauſtris conuitiorum
in innocentes effundendis ſemetipſos tradu-
cere publicè maluerunt: haud ſecus ac ſi is, cui
liceret in terra continente beatè ſecuréq; viue-
re, in Athlantici maris tempeſtates ac fluctus vl-
trò ſe conijceret. Scelerum porrò exempla ſcri-
ptis ſuis proponere poſteris, & interitus eorum
ſponte reum fieri: id verò quæ præcipitia non
meretur, cum duplicibus aut triplicibus crimi-
nibus ſeſe obſtringent? Quas enim res vt inſoli-
tas ciuitatibus & improbatas, quàm longiſsimè
exterminaturi & abominaturi erãt, eorum me-
tu quibus & inſectari & vibibus eas exigere
promptum eſſet, quemadmodum olim Athe-
nis ex albo iudicum delebant per fraudem in-
ſcriptos & republica indignos: has iam cupidè
amplectentur, vt & ab alijs antè factas ac pro-
batas, & à conſuetudine non abhorrentes. So-
lent enim homines quorumuis criminum rei,
ſuam imitationem ad exempla veterum refer-
re, vt cauſam habeant inuehendi in eos qui illa
arguere inſtituerint. Siuè igitur hac de cauſa ita
conuiciantur & mentiuntur, multum falluntur:
ſiue ob diuturnitatem ſcriptorũ ſuorum, etiam
ſic procul à ſcopó aberrant, infirmis rationum
*Obtrectatores vulgo grati.* ſuarum iactis fundamentis. Sciunt illi quidem
forſitan, vulgi aures inſectatione aliorum quàm
collaudatione magis delectari, ac iniurias quàm
rectè facta libentius legi, quamuis illas prolixa
mendacia venditent. hæc verò lux veritatis an-
tecedat: eóque ſic hiſtorias ſuas componunt, vt
ij qui multis ſeculis pòſt futuri ſunt, eas longiſ-
ſimo tempore cum voluptate legant. Nec in hoc
vel iuſtitiæ præſidem animis intuentur vel æ-
qua & recta iudicia bonorum virorum reueren-
tur. Quæ res non adeò illis obeſt quos vitupe-
rant, quàm ipſis obtrectatoribus. quod & homi-
nes cordati malis ſuſpicionibus aduerſus illos
conceptis, quæ mille probris ſcatent, eos inter
improbos perpetuò numerabunt: & Deus iu-
ſtitiæ præſes, linguas eorum grauioribus pœnis
perſequetur. Atque etiam interdum ex igno- *Hiſtoriæ ex rumoribus.*
ratione veri & imperitia rerum, quæ à quouis
audierint, priuſquam expendant, ſintne proba-
bilia & veritati conſentanea, an vero abſurda, &
ab ea prorſus abhorreant, ſic illas chartis illi-
nunt, ac memoriæ mandant, eaſque cauſas affe-
runt quæ nullæ ſunt, & ea dicunt quæ neque fa-
cta ſunt, neque omnino fieri poſſunt: quales eſſe
Platonis ideas accepimus & tragelaphos ex in- *Ideæ tragelaphi.*
dicis monſtris in Aſia narrari ab ijs qui figmenta
figmentis cumulant, vt maiorem in animis au-
ditorum admirationem excitent. Quapropter
huiuſmodi portenta ſcriptorum noſtræ ætatis,
quoad potuero, coarguam: qui nec acribus in- *Scriptores hebetes & imperiti.*
genijs præditi, nec in repub. verſati ſunt, vnde
iudicium gerendarum rerũ peterent, vſu & ex
perientia partum: qua multas etiam ſegnes na-
turas velut è ſomno tandem excitari videmus,
& vrbaniores reddi, vt inter eos numerentur
qui prudentia pollent, & aliorum conſuetudi-
ne linguas excoluerunt, id quod fit ciuilibus
quæſtionibus pro tempore propoſitis: ſed illa
immatura ætate perperàm deſcripſerunt, & in
ocio atque exercitatione literaria multis annis
conſumptis, veluti ſurdis auribus res quolibet
tempore geſtas prætervecti, omnem ætatem
exegerunt.

Quòd ſi rem non tam ineptè tractaſſent, mi-
nus eſſet illis ſuccenſendum. Vſque adeò tene-
bris & angulis digni illi homines, nullo inge-
nio, nulla dexteritate, ad eloquentiæ exercita-
tionem ſeſe contulerunt. Omnis enim ſcientiæ
& artis perfectio, tanquam fundamento & ba- *Ingenium doctrinæ fundamentum.*
ſi, ingenio innititur. Quod ſanum ſi fuerit, ma-
gnum adfert ad rem ritè conficiendam adiu-
mentum: veluti ferrum & æs, quod fabro faci-
lè cedit. Sin illud infirmum fuerit, ſcientiæ do-
ctrinæque fundamentum labaſcit ac corruit. Id
quod bonis iſtis viris accidit, qui ferè ſegnibus
& inertibus ingenijs præditi, ſi quid ex inſtitu-
tione doctrinæ conſecuti ſunt, caducum tamen
illud & maximis vitijs inquinatum protule-
runt. Ego verò quendam veterum ſapientum *Hiſtorico pictor imitandus.*
dixiſſe audio, ijs qui ad ſcribendum adiecerint
animum, bonos pictores eſſe imitandos: qui ſi
archetypum aliquo naturæ vitio laboret, ſiuè
exceſſu, ſiue defectu partium corporis: non id
totum in pictura imaginis exprimunt, ſed ali-
cubi quidem ad ſimilitudinem oſtendendam
inſerunt: alicubi verò prætereunt, ne vel per-
petua ſit imaginis deformitas, vel naturæ pro-
brum quoddam oculis ſemper obſeruetur, ac
dicacibus hominibus ioci deriſuſque materiam
præbeat. At præclari iſti vel ignari, vel inimici ve-
ritatis, tantum abeſt vt aliquid verorum errato-

rum

rum ſilentio diſsimularint, vt etiam multa quæ nec dicta nec facta fuere, literis mandarint. Adeò acerbi & petulantes veritatis hoſtes extiterunt. In quas verò ſalebras non inciderent, qui ea ſcribenda ſuſcipiunt, quæ nec ipſi viderunt, nec ex ijs qui res geſſerunt aut viderunt, audire ſtuduerunt: ſed ea portenta, quæ in proſtibulis ebria lingua, aut à deliris aniculis referuntur. Cæterùm, eos linguas ſuas non contra nos exacuiſſe, nec res noſtras permiſcuiſſe, aut contra veritatem noſtram armaſſe: liber eorum oſtendet, qui multis in locis, ſparſim laudes quoque noſtras complectitur. Quæ res claro & illuſtri teſtimonio me ab omni ſuſpitione vindicabit: ne quiſquam putet, vindictę cauſa hæc à me ſcribi, & ſi quid veri in ijs inſit, aboleri: cum ea cauſa abundè ſublata ſit, quæ talem opinionem cõfirmare queat. Sed amor & veritatis, & eorum qui contumelia aſſiciuntur, huc me prouexit. Nam illam veluti relegatam eſſe indignor: & fieri, ferre non poſſum. Ac omnia recenſere & refutare, munus eorum fuerit, qui abundantes ocio, in literis conſeneſcũt: præſertim, cum ea quæ illi ſcripſerunt, falſa eſſe omnia non dixerimus (id enim crimen ne ijs quidem facilè impingi queat, qui ſe Nili fontes ſpectaſſe gloriantur: aut ijs, qui Antipodes & Antœcos, quicunque illi ſunt, ſcriptis ſuis inſerunt) ſed cum multa variáque ſint illorum mendacia, pauca, eáque quorum adhuc teſtes ſuperſunt, è multis ſelecta, iudice veritate, nos euidenter confutabimus.

*Occupatio, ne ex affectu ſcribere videatur.*

*Nilus, Antipodes, Antœci.*

Imperator igitur, cum ad hunc ſuæ concionis locum perueniſſet, in refutando multus fuit: ijs teſtibus productis, qui à ſcriptore corrupta & deprauata, ſuis corporibus geſſerant. Nos verò eam orationem differemus eò vſque, dum & nobis eædem res explicandæ erunt. Inſtitutam autem hiſtoriam, à capta (proh dolor) à Latinis Imperatrice vrbe, auſpicabimur: & ea quæ quamuis ante noſtram ætatem acciderint, à natu maximis tamen noſtra ætate viris accepimus, breuiter exponemus: cùm quòd pleraque ab alijs quoque tractata ſunt: tum, ne cubi nos quoque mendacij arguamur, qui ea ſubtilius & accuratius perſequi conemur, quæ ipſi coràm non vidimus.

*Refutationem vnitatis differt.*

*Initium hiſtoriæ à capta vrbe.*

### INITIVM HISTORIAE EA COMplectent, quæ captam Conſtantinopolim ſunt conſecuta.

*Byzantini imperij ruinæ.*

Conſtantinopoli à Latinis capta, Romanorumque principatu, inſtar nauigij magni, à ventis & decumania fluctibus comprehenſi, in plurimas partes & fruſtra diſcerpto, alius alibi, quocunque ſors tulit, regnauit: donec vix tãdem Theodorus Laſcaris ad Nicæam metropolim trigeſimo ætatis ſuæ anno Imperator eſt deſignatus.

### IMPERIVM THEODORI Laſcaris.

Tum enim alij victi, alij ſupplices, vltrò ſe ad illum contulerunt: præter eum qui Colchidem tenuit Alexium Comnenum, & qui in Europa Theſſaliæ potitus eſt, & quam veterem Epirum nominatunt. Is erat ex Angelorum familia Comnenus Michael. Hi enim ab vrbe Imperatrice longiſsimè remoti, & fines Romano Imperio ex diametro (vt ita dicam) oppoſitos ſortiti, locorumque munitionibus freti, tyrannico more ſibi imperium vendicarunt: idque in hunc vſque diem, liberis ac nepotibus ſuis veluti patrimonium tradere potuerunt. Quum enim Latini verno tempore vrbem expugnaſſent, Imperium tripartitò inter ſe diuiſerunt: Flandriæ Comes Balduinus, & Pleæ Comes Doloicus. ſolus verò Montisferrati Marchio Theſſalonicæ & adiacentium locorũ rex eſt declaratus. Imperator autem ex eis Byzantij Balduinus creatus, ſtatim contra Occidentales vrbes, quæ ſparſim in Thracia ſunt, mouit, eaſque celerrimè deditione cepit: Montisferrati autem Marchio Theſſalonicam vſque progreſſus, eáque potitus, facillimè inſtar incendij inde omnes vlteriores pagos & vrbes eſt peruagatus, donec ipſam Peloponneſum ingrederetur. Ac illo quidem anno res Latinorum ſecundo curſu proceſſerunt, adeò vt nulla Romanis imperij recuperandi ſpes relinqueretur. Itaque vere appetente, Latinorum copiæ in Orientem traijcere, vnà cum ipſo Balduino parabant. Ac forſitan traieciſſent, & Romanorum reliquias internecione deleuiſſent, niſi derepentè veluti magni tonitrus fragor, Bulgarici motus terror impetum illorum retardaſſet.

*Regali, qui Laſcarim deſpexerunt.*

*Latini vt diuiſerint imperium*

*Balduinus*

*Marchi Montisferrati.*

*Bulgari Latinos ab Oriente abſtrahunt.*

### DE ASANE IOANNE PRINcipe Bulgarorum.

Nam primi Aſanis frater & ſucceſſor Ioannes, delectu ex omnibus Bulgaris habito, & non paruis Scytharum copijs, qui Boreales Iſtri partes accolunt, conductis, occaſionem ſibi oblatam ratus eſt Thracios pagos & vrbes opprimendi, re Romana vehementer turbata & afflicta: Latinis autem, rebus grauioribus diſtractis. Vnde neceſsitate coacti, ſuas omnes copias reuocare decreuerũt Balduinus & qui cum eo partiti erant Imperium, ac vſque ad Oreſtiadis planiciem celeriter progredi. Quo facto, exercitus illuſtri pugna conflixerunt, longo tempore fortiter vtrinque dimicantes: donec tandem Barbari ceſſerunt, haud ſcio an quòd Latinorum grauem armaturam ſuſtinere non poſſent, an verò quod de induſtria illos in inſidias pertrahere vellent: id quod probabilius eſt. Nam cũ eos Latini longiſsimè perſecuti eſſent, Scythæ ex inſidijs conſurgunt: & Bulgari velut ex compoſito conuerſi, hoſtes præter omnem expectationem circumuentos, ſagittis & iaculis ſtrenuè confixerunt: & terra ſanguine & cadaueribus repleta ingentem Latinorum ſtragem ediderunt: qui ob pondus armorũ, continentes Scytharum incurſiones & circuitus, & expeditiſsimas excurſiones tolerare nõ poterant.

*Latini profligati à Bulgaris.*

*Balduinus captus. Pleæ Comitis & Danduli interitus.*

*Bulgari Thraciam & Macedoniam vaſtant.*

*Σκυθῶν ἐρημία.*

tant. Nonnullos etiam viuos ceperunt: inter quos & Balduinus fuit. Nam Doloicus Pleæ Comes in acie eeciderat. Veneriarum verò dux Henricus Dandulus, cum per paucos fuga elapſus, non multo pòſt ex acceptis in pugna vulneribus deceſsit. Bulgarorũ verò Scytharumq; multirudo, Larinorum opulentia guſtata, ac curribus ſplendidis potita, ſtrenuè ad vlteriora pergebant, reſiſtente nemine. Quare Thraciarum vrbium aliæ vltrò ad Ioannem ſe cenſerebant: pleræque verò vi expugnatæ & direptæ ſunt mœnibus ſolo æquatis. Sic Ioannes omnia facilè Theſſalonicam, & in Macedoniam vſque peruagatus, pagos, oppida, caſtella, propemodum Scytharum (quod aiunt) ſolitudinem effecit.

## DE IMPERATORE ALEXIO *qui imperio exciderat.*

*Alexius bis captus priuatus degit.*

*Laſcarini imperij fines.*

CÆterùm Alexius Imperator cum Latinorum metu clàm Byzantio profugiſſet, dum in Thracia vagarur, & ipſe à Montiſferrati marchione capitur: & opibus quas ſecum ferebat, ſpoliatus, nuduſque dimiſſus, longo tempore circa Achaiam & Peloponneſum oberrauit. Tandem audito generum ſuum Theodorum Laſcarim in Oriente rerum potiti, quæ Romanæ dirionis eſſent: nec Bithyniæ tantum & ore maritimæ prouinciarum, quæ non latè paterent, ſed iam in mediterranea quoque longiſſimè progredi, ac tenere quæ initio à meridie ſumpto à Caria & Meandro fluuio, verſus Septentrionem ad Galaticum Pontum, & ipſam vſque Cappadociam pertinerent: non gratias egit humanitati & beneficentiæ Diuinæ, quæ multiplices Imperij tempeſtates ſedaſſet, & in ſalutarem portum præter omnem expectationem perduxiſſet eos qui è Latinorum fluctibus enataſſent, ipſiſque maximi ſolatij ſpem ac diuturni erroris multorumque laborum requiem oſtendiſſet: ſed rem grauiter ferebat, animo inuidis & æmulatione æſtuante: &, vt paucis cõplectar, ad pugnã & cognati ſanguinis effuſionem ſeſe offirmabat. Itaque per mare Ægæum Aſiam ingreſſus, clàm Turcarum principem Iathatinem, qui rum in Artali vrbe degebat, ſupplex miſerabili habitu adit, vt Imperium ſibi reſtituat orans, & veterem amicitiam illi in memoriam reuocans, prætereáque aceruos pecuniarum pollicens.

*Iathatines Turcis Alexium adiuuat.*

At Barbarus cum hac pollicitatione illectus, tum cærera manubiarum emolumenta, quæ externos hoſtes oppugnantibus propoſita eſſent, animo complexus, ſimul & copias ſuas conuocat: & legatos qui atrociſsima quæque minarentur, ad Theodorum Imperarorem mittit, niſi Alexio ſocero ſtatim ſolio Imperatorio cederet. Is verò principio eo nuncio perturbatus eſt: ſed ſtatim reſumpta fiducia, & ſpe ſua in Deo collocata, legatos inſectare dimittit: ac in bellum intentus, exercitum contrahit, longè ſanè Perſico minorem, ſi numerum ſpectes, & ad cõfligendum imparem: Diuina verò ope adiuncta, maximo interuallo maiorem Barbarus igitur cum omnibus & pedeſtribus & equeſtribus copijs Antiochiam ad Mænandrum ſitam obſidet, ea ſpe illa capta cæteris torius Imperij Romani vrbibus facile ſe potiturum eſſe: adducto ſecum Imperatore Alexio, quo facilius ea quæ vellet, conſeqneretur. Imperaror verò ſibi non ceſſandum ratus, nec Barbarorum impreſsionem expectandam, illorumúe potius quàm ſuæ commoditati ſeruiendum (audaciores enim fore, ſi illa ſubacta, ſpolijs ditarentur: ſimulq́ue inuicta arce contra Romanos illa vrbe vſuros) ſumma celeritate aduerſus illos ducit, cum bis mille equitibus nihil amplius haberet: quorum octingentos fuiſſe Latinos ferunt, viros lectiſsimos & bellicoſiſsimos. Superatis autem tertio die montis Olympij anguſtijs, quæ in maximam porrectæ longitudine, Bithyniam & Phrygiam vtramque diſterminant, illa verſus Septentrionem declinante, his verſus Meridiem & auſtrũ ſitis: quò, die vndecimo cum perueniſſet, Cayſtrum traijcit. Quare aduentus eius minimè expectatus, Barbarum maximè perculit: ambiguumq́ue reddidit, ſomniumne an rem veram audiret? Perinde enim erat, ac ſi leo & dentibus & vnguibus exarmatus, magno impetu in turbam vrſorum & luporum irrueret. Norat enim Perſa Romano Imperio non ita pridem in ſexcenta fruſtra diſcerpto, alijſq́ue diſsipatis alijs à Latinis cæſis, reliquias aut prorſus eſſe nullas aut per exiguas, quæ vix millenarium numerum complerent. Vnde factum, vt anceps animi, expeditionis Imperatoriæ famam nunc pro ſomnio haberet? nunc audaciæ ſimul & impetus celeritatem leuitati ac dementiæ tribueret. Tamen res non negligenda viſa eſt: quod exiguum interdum malum neglectum, ingens periculum peperiſſet: & paruæ copiæ celeritate & feſtinatione ſæpe magnos exercitus, ob ſocordiam, officijq́ue neglectum, ſuperaſſent. Itaque omni & leui & graui armatura in vnum cõtracta, quæ à viginti millibus numero parum ad modum aberat, inſtructáque acie, Imperatoris aggreſsionem expectabat: ægrè quidem ille ferens ita cecidiſſe, vt auguſtus & equis incommodus eſſet prælij committendi locus, magnóque exercitu tam infeſtus, quàm in paucis opportunus: pugnam tamen haud recuſauit.

*Antiochia ad Meandrum.*

*Laſcaris paruis copijs Turcos vincit.*

*Mons Olympus.*

*Laſcaris aduentus Iathatini inexpectatus.*

*Anguſtiæ Turcis incommodæ*

## DE PVGNA THEODORI IMPERATORIS, *& Sultani.*

*DCCC Latinorum equitum infelix virtus.*

AC DCCC. Imperatoris Latini conglobati, initiò media hoſtium phalange inſigni fortitudine perrupta, cæſiſque reſiſtentibus, ad extremum vſque agmen penetrarunt: rurſuſq́ue conuerſi, tanta alacritate dimicarunt, vt iam & funditores & ſagittarij Perſarũ, quòd cominus pugnabatur, inutiles eſſent. Sed nec Imperatorij milites ceſſabant: quin & ipſi hoſtiles legiones ſeorſim aggreſsi, fortia facinora edebant: donec hoſtes vnanimi conſenſu, clamore ſublato, impetum in Latinos fecerunt: atque in medio circumuentos, multitudine freti non ſine magna ſtrage ſuorum, ceciderunt. Deinde noſtros

*Iathatines à Laſcari occiditur.*

noſtros aggreſsi, alios occiderunt: alios profligarunt. Ac Turcorum dux Sultanus Iathatines, omnibus omiſsis & præteritis, ipſum quærebat Imperatorem: illumq́ue, vi patefacta via magnitudine & robore corporis ſuperbus, inuadit, grauemq́; ictum infligit. Imperator verò primo ictu non tolerato, ſed vertigine oborta, ex equo delabitur. Neque verò Deus, ſemel reſtituere mortuum Romanorum imperium volens, cunctari poterat. Quare illum è lacu miſeriæ & è ſalebris eductum, in rupe collocauit, vt is qui modò inſtar mortui, ex equo deciderat, veluti furore quodam diuinóq; impetu concitatus, præter omnem opinionem exitium in Barbari caput conuerteret. Stricto enim enſe, Barbarici equi pedes anteriores facilè demetit: proſtratóque Sultano, caput amputat: eóque haſta in altum elato, & Barbaris exercitibus oſtentato, Romanorum ſalutis & permanſionis dux & autor extitit, adiutore Deo, rerũ omnium earum quæ vires humanas ſuperant moderatore. Nam Barbari metu & tremore correpti, effuſè fugiebant. Imperator verò mirabiliter magnis illis periculis ereptus, maioréque miraculo victoria potitus, triumphans Antiochiam ingreditur, ex intimo pectore gratias agens Deo.

*Pax Turc. cõceditur.*

Barbati autem ſtatim miſsis ad eum legatis, pacem petũt, atque impetrant: non qualem ipſi cupiebant, ſed quæ imperatori optatiſsima eſſet.

*Alexius.*

qui & ſocerum ſuum, Imperatorem Alexium, in hoſtili exercitu comprehenſum, Niceamq́ue perductum, priuatique hominis habitu indutum, liberaliter habet, omnia neceſſaria ſuppeditans.

*Laſcaris vxores.*

Interim coniuge mortua, Imperator conſobrinam Roberti, qui tum Byzantij regnabat, vxorem ducit: quam & ipſam non diu in matrimonio habuit, nec ex ea liberos ſuſcepit, ſiue quòd natura ſterilis eſſet, ſiue quòd immaturus Imperatoris obitus ei pariendi tempus negauit, triennio pòſt defuncti.

# NICEPHORI GREgoræ hiſtoriæ Romanæ liber

*ſecundus: quo & imperij Laſcaris finis, & imperij Ioannis initium continentur.*

## CAPITA LIBRI II.

*Finis imperij Laſcaris, & Ioannis Ducæ initium.*
*De Theodoro Angelo, Theſſaliæ principe.*
*De archiepiſcopatu Bulgariæ, quæ & Achris appellatur.*
*De iuniore Aſane Ioanne, Bulgariæ principe.*
*De naualibus Ducæ Ioannis copijs.*
*De matrimonio filij Imperatoris, & filiæ Aſanis.*
*De Scythis.*
*De Scytharum in Aſiam & Europam irruptione.*
*De Scytharum in Aſiam irruptione.*
*De legatione Turcorum ad Imperatorem & fame eorum.*
*De Irene imperatrice, ex equo præcipitata.*
*De ſecundis imperatoris nuptijs, defuncta Irene Auguſta.*
*De Expeditione Imperatoris cõtra Michaelem Theſſalum.*
*De morbo & obitu imperatoris Ioannis Ducæ.*

LASCARIS octodecim annis in Imperio exactis, vitam cum morte cõmutauit: Ioanne Duca, qui filiam eius Irenem in matrimonio habebat, ſucceſſore deſignato. Maſculam enim prolem nullam ſuſceperat. Relicta eſt & Imperatrix parum læta imperio, tum propter orbitatem, tum quia marito non diu ſuperſtes fuit.

*Laſcaris elogia.*

Imperator verò Theodorus Laſcaris celerrimus fuit, atque inuictus, & plurimis prælijs ſpectatus, plurimaſque vrbes, pulcherrimis ædificijs magniſq́; ſumptibus, ad retardandum & repellendum Latinorum impetum inſtaurauit. Cæterùm rebus intempeſtiuè aggrediendis, laudem illam adulterabat.

*Ioan. Ducæ elogia.*

At Ioannes Ducas, gener & ſucceſſor eius, vir magno ingenio, animiq́ue conſtantia & morum grauitate inſignis, Imperium pulcherrimè gerebat atque ornabat: remq́; Romanam & legiones breui tempore plurimùm auxit, vt vtræque poſtulabant, nec antequam cõſuleret quicquam agendo: nec vbi conſuluiſſet, quicquam negligendo: ſed omnia certa lege ac modo, ſuóque tempore adminiſtrando. Ac haud ab re dici queat, illud Tempus Theodori Imperatoris celeritatem poſtulaſſe, eamq́; præſtò fuiſſe: inſecutum verò tempus, Imperatoris Ioannis grauitatem: proinde non defuiſſe. Nam Dominus, qui ex ijs quæ nihil ſunt, aliquid facit, tales inuenit viros, quales requirebantur, quum perditum & extinctum excitare vellet Romanorum principatum. Cæterùm ijs temporibus Byzantij regnabat Robertus, Herrici paulò antè mortui ex fratre nepos.

*Robertus Byzantius Alexius et Iſaaciũ Laſcarim fratrũ iuuat.*

Ad hunc Alexius & Iſaacius, inuidia & æmulatione æſtuantes, quòd ſucceſſores Imperij deſignati non eſſent, Imperatorio ſanguini coniunctiores, quàm per affinitatem aſcitus Ioannes, ſeſe contulerunt: & largitionibus ac pollicitationibus coacto exercitu, quantus Roberto tum erat (qui quidem erat maximus, & non aſpernandus, ſiue armorum genus, ſiue bellica fortitudo ſpectaretur) Ioannem Imperio deiecturi forſitan, idq́ue ſibi vendicaturi, bello petunt: profectique in Aſiam, claſſe ad Lampſacum relicta, vnius diei iter in mediterranea progreſsi, quæ paulo antè Herricus rex Latinis ſubiecerat, Imperatori cum Romanis copijs aduentanti occurrunt: acrique prælio facto, acie victi, eas etiam vrbes amittunt, quæ tum eis in Aſia parebant: ac mox Latinæ ſeruitutis iugo excuſſo, ad Imperatorem vltrò ſeſe contulerunt.

### DE ANGELO THEODORO

*Theſſaliæ principe.*

INterim è Theſſalicis barathris nouum extitit malum Michaelis Angeli frater Theodorus, ſuſcepto enim illius defuncti principatu, vir acer, & ad res nouas moliendas ingenioſus, & plura ſubinde appetens, longè latéque fines propagauit. Quotquot enim Occidentales vrbes paulò antè Latinorum regno ſeruierant, eas omnes, inde ſumpto Initio, facillimè vicit, ſibique adiunxit: donec ampliſsimam & totius

Macedoniæ principem ciuitatem Theſſalonicam ſubegit. Marchione tum in patriam Longobardiam profecto: ſtatimque ſibi regiom nomen aſciſcit, ac Regio more à Bulgariç archiepiſcopo inungitur. Nam olim Iuſtinianus Imperator eà prouinciam, è qua oriundus erat, cum alijs multis rebus ornarat, tum primùm Iuſtinianam appellauerat, atque etiam perpetua libertate donarat: eo tamen excepto, ne eius archiepiſcopi Romanorum Imperatores inungerent. quæ prærogatiua legibus, alijs eſt conceſſa. Verùm Angeli iam rerum per vim potiti, metu, & archiepiſcopi illius ſimplicitate, ad tantam abſurditatem res deuoluta eſt. Nunc, vnde locus is Bulgariæ nomen ſit adeptus, explicabo.

*Theodor. Angel. regium nomen aſciſcit.*

### DE BVLGARIAE ARCHIEPISCOPATU, *quæ & Achrn appellatur.*

TRans Iſtrum verſus Septentrionem locus eſt, quem fluuius non exiguus, ab incolis Bulga dictus interfluit: vnde & ipſi Bulgarorum nomen obtinuerunt, cum à prima origine Scythæ eſſent. Tandem patria cum vxoribus & liberis relicta, qua tempeſtate Iconomachiæ morbus pios infeſtabat, innumerabili multitudine Iſtrum traijciunt: & vtramque Myſiam peruagati, & obuia quæq; populati ac prædati, locuſtarum aut fulminis inſtar Macedoniam cum vlteriore Illyria occupant, loci vbertate illecti, ac regia ſedes eorum deinceps vrbs ea eſſe cœpit, quam Iuſtinianus Imper. archiepiſcopatus honore primæque (vt diximus) Iuſtinianæ nomine ornauit. Poſt appellatione gentis illius vulgata, locus ipſe Bulgaria dictus eſt, & Bulgariæ metropolis prima Iuſtiniana. Multò autem pòſt Baſilius Imp. qui à cæde illius populi Bulgaroctonus cognominatur, hos poſt multa prælia penitus attriuit & ſubegit: ac eos qui ſuperfuerunt, patria exterminatos, in Myſiam inferiorem ad Iſtrum tranſtulit. nomen tamen, velut aliud quoddam monumentum, in archiepiſcopatu hæſit. Sed ad inſtitutum redeamus. Angelus Theodorus, rex, vt dictum eſt, declaratus, ordine progrediendo, & euagando, & alios atque alios limites ſuperando, agros vaſtabat, ad ipſas vſque Byzantij portas nemine prorſus reſiſtente. Nam Macedoniæ & Thraciæ vrbes prorſus exhauſtæ erant crebris atque atrocibus exiguo tempore excidijs vexatæ, nunc à Latinis, nunc à Bulgaris & Scythis. Quid enim non feciſſent gens ſanguinaria Scythæ, Chriſtianis crudeliter oppreſsis? Latini verò Scythis adeò clementiores non fuerunt, vt illorum immanitatem longo interuallo ſuperarint. Neque ſemel miſeri illi ab vtraque gente crudeliter capti fuerunt, ſed bis & ter, & ſæpius. Tum verò Angeli graſſatio, ſi quid reliqui fuit, hoc ferè totum abſumpſit. Itaque domos euerſas mœnia diruta, Lemnia mala, Troianas nænias, omnis denique generis malorum ſpectaculum videres.

*Bulga fluuius.* — *Bulgari è Scythis oriundi.* — *Iconomachiæ morbus.* — *Iuſtiniana prima.* — *Baſilius à βουλγαρο-κτόνος.* — *Macedoniæ et Traciæ vaſtitas.* — *Λήμνια κακά, θρή-νους τρωϊκούς*

### DE IVNIORE ASANE *Ioanne.*

HIs temporibus Bulgaris imperabat primi Aſanis filius Ioannes. Is cum Angelum Theodorum ne Bulgaricis quidem rebus abſtinere velle cerneret, ſed iam illis quoque infeſtum imminere: Scythicis auxilijs accerſitis, acre cum illo prælium committit, illique victo & capto, oculos effodit: vindicta tandem illum adepta, tum ob ludibrio habitam Imperatoriam maieſtatem, cuius ſibi nomen vſurparat: tum quòd populares ſuos Bulgaricis impreſsionibus afflictos, & deploradis malis affectos, adeò non miſeratus fuerat, vt etiam calamitates calamitatibus, cædes cædibus cumularet.

*Angeli Theodori excæcatio*

### DE NAVALIBVS IMPERATORU *copijs.*

IAm verò & Imperator Ioannes, ſingulari diligentia & dexteritate ingenij, Imperij Romani vires multum auxerat. Nam haud paucis longis nauibus, quas ædificarat, ad Ægæi maris inſulas miſsis, eas omnes breui tempore capit. Lesbum, Chium, Samum, Icariam, Con, quæque his finitimæ ſunt. nec his contentus, Rhodi etiam potitur. Quum verò Imperatoria claſsis ita mare obtineret, & in Aſia Perſici exercitus quieſcerent, Latinorum verò vires paulatim minuerentur: iam Imperator arma ex Aſia etiam in Europam transferre conſtituit, vt miſeras vrbes à Bulgarica & Italica manu liberaret. Igitur appetente vere tranſmiſſo Helleſponto, Cherſoneſum in primis inuadit. Deinde finitimam regionem vaſtat & incendit, ad perterrefaciendos Latinos qui Caſtellorum arces tuebantur. Cepitque plurimas vrbes maritimas, Calliopolim, Seſtum, & Cardiam, cæteraſque illis vicinas, partim vi & machinis, partim deditione.

### DE AFFINITATE INTER ASANIS *filiam, & filium Imperatoris.*

IMperatore his rebus occupato, è Bulgaria legati veniunt, tum pacis expetendæ cauſa: tum vt Imperatoris filio Theodoro, Helenæ Aſanis filiæ nuptias offerrent. Quem nuncium lætus accepit Imperator. Nolebat enim, alijs grauioribus negocijs diſtractus, illum aduerſarium habere, Scythis trans Iſtrum adeò vicinũ, illiſque aſcitis quoties libitum eſſet irruentem, & torrentis in morem obuia quæque ſecum abripientem. Hac igitur de cauſa legatio ſtatim rata fuit, ſimulque affinitas. Congreſsi ergo circa Cherſoneſum Imperator & Aſan, Helenam Aſanis filiam decem annos natam, Imperatoris filio impuberi adhuc, Theodoro Laſcari iuniori, deſpondent. Tunc etiam Terboni epiſcopus libertatem perpetuam impetrat, cum ad id vſque tempus primæ Iuſtinianæ archiepiſcopo, propter veterem illius gentis cognationem, patuiſſet. Imperator verò ſecuta æſtate Thracias & Macedonicas vrbes circuit, ab ipſis (vt ita dicam) Byzantinis portis auſpicatus: & ad Strymonem vſque progreſſus, omnes autumni initio recuperat: & ſic, omnibus quæ voluerat expeditis, Nicæam recedit, militibus demum ad hyber-

*Theodori Laſcar. iunioris nuptiæ.* — *Ternobi epiſcopus.*

hybernandum dimiſsis. Poſtquam autem ad hunc hiſtoriæ locum ventum eſt, non prætereundi ſilentio viſi ſunt Scythæ, qui bis temporibus Aſiam & Europam ſunt peruagati. Nam progreſſu orationis ſæpe res illorum commemorandæ erunt. Quare breuiter, qui & vnde ſint, pro virili explicandum eſt, & veluti via planior munienda, ad ea quæ ſequentur intelligenda: ne ea quæ ipſi ſcimus, iis qui neſciunt, quaſi ſcirent, narrando, in errorem illos inducamus: & ſubinde aliò atque aliò reſpicere cogamus, veluti canes venatici, qui leporibus indagandis nares ad alia atque alia veſtigia transferunt.

## DE SCYTHIS.

Scytharum gens eſt populoſiſsima, magis verſus Septentrionem habitans, quàm vllæ aliæ noſtri orbis: & quamuis non protſus Attico polo ſubiecta, in eo tamen ſita parallelo, qui maximè verſus Septentrionem porrigitur: vt & veteres hiſtorici nobis tradiderunt, & nos quantum licuit diuturna experientia comperimus. Hos lactiuoros & inopes, & mortalium iuſtiſsimos appellauit Homerus.

*Homerus de Scythis*

Apud eos enim, neque coquorũ cupediæ ſunt, nec ſuperuacaneæ menſarum deliciæ: vinearum autem agrorumque cultum, ne per ſomnium quidem vnquam viderunt. victum illis facilem & expeditum præbent, ſponte natæ terra herbæ, & ſanguis ac carnes iumentorum, aliarumque pecudum ferarumq; & volucrum venatus: veſtem nulla arte confectam, animalium pelles. Argentum verò, aurum, margaritæ, cæteræque gemmæ, non pluris fiunt quàm puluis. Nulli ibi ſolennes ludi, nulla ambitioſa ſpectacula, nullæ diſceptationes de naualibus, trierarchis & legibus agrariis: ſed quod ad hęc quidem attinet, pacata omnia, & vita ſeditionum expers. Vt enim febres quæ humana corpora infeſtant, è materia oriuntur, ac tamdiu vigent, quandiu illa præſtò eſt: cum verò & inedia diuturna, & potionibus medicorum praui humores conſumpti fuerint, ſtatim & febris deſinit, & vires paulatim corporis redeunt: ſic etiam apud illam gentem, cum eæ res non ſint, è quibus lites & contentiones oriuntur, mutuæque inſidiæ & cędes ſuſcipiuntur, neque iudiciis, neque curiis, neque legum recitationibus eſt opus; ac ne eloquentia quidem verborumque argutiæ ac perplexæ inuentiones locum habent: ſed innata quædam iuſtitia illos regit, & haud inuidenda libertas. Quibus de cauſis & Homerus eos mortalium iuſtiſſimos nominauit: appellationem verò eorum ſcriptores veteres nobis variè tradiderũt.

*Auaritia febri ſimilis.*

Nam Homerus Cimmerios eos vocat: Herodotus verò, Perſicæ hiſtoriæ autor, Scythas diuerſos: Plutarchus Cheroneus, Cimbros & Tenthones: non ille quidem ſuapte autoritate, ſed tamen nominat velut ambigens, ac ipſe ſibi diffidens. Nam propriam ſuam appellationem, ipſi vtique ſua lingua norunt. Qui uerò Gręcis nominibus eos appellant, aliàs aliter, ſuo quippe arbitratu, illos uocant: qui torrentis inſtar, in noſtras prouincias irruentes, aliàs alia loca occupant.

*Cymmerii Scythæ. Cimbri. Teuthones.*

Vt enim terrores de cœlo ſæpe hominibus à Deo incutiuntur, vt fulmina, incendia, & crebri imbres: ſæpe è terra, vt telluris hiatus & quaſſationes: ſæpe ex aere, vt typhones & nymbi: ita hi à Deo aſſeruantur, Septentrionales & Hyperborei terrores, vt pro alia pœna, quando & quibus prouidentiæ viſum fuerit, immittantur.

*Scythæ Septentrionalis terror.*

Horum aliqui patriis ſedibus relictis, multas prouincias vaſtarunt, plurimaſq; gentes iugo ſeruitutis ſubdiderunt: non ſecus ac magni maris ſinus per decliuia effuſus, omnia ad quæ pertineret, inundaret ac proſterneret. Cæterùm cum inde nudi atque inermes exierint, mutata victus ratione, mores eorum immitantur, apud quos conſederint.

*Scythæ peregrinos mores adſciſcunt.*

quemadmodum è maximis orta montibus flumina, quę in mare influunt, potabilem ſuam aquam non ſtatim in littore in ſalſuginem conuertunt: ſed in longo tractu maris, naturam ſuam retinent, donec copioſioribus vndis victa, eam mutarint. ſic ii qui proximè veterem Scythiam conſederunt, nomen priſtinum inuiolatum conſeruãt. nam & ipſi Scythæ appellantur: & terra quæ eos alit, Scythia dicitur. Cuiuſmodi ſunt, qui cum vltra Tanais fontes, & ad ipſum Tanaim olim habitaſſent, in Europam effuſi, Mæotidis paludis latera ad occaſum ſpectantia occuparunt. Deinde multis ſeculis pòſt alii, vt ex ampliſsima regione prima Scythia auulſi, in duas partes ſunt diuiſi: quarum vna Sarmatis Aſianis euerſis, ad Caſpium vſque mare excurrit: qui patrii nominis etiam obliti, Sarmatæ Maſſageiæ, & Melanchęni à nigro veſtitu, atque Amazones vocabantur: quæque ſingulæ ab eis domitæ gentes nomina ſortitę fuerant, eadem & illi aſſumpſerunt propter illarum mores & ritus aſcitos.

*Aſiani Scythæ.*

Alteri verò verſus Europam profecti, & omnem Oceani oram peruagati, Sarmatarum & Germanorum nomina ſibi vendicarunt. Denique in Galliam quoque impreſsione facta, eáque ſubacta, Celtæ & Galatæ ſiue Galli ſunt appellati: vt Cimbros & Teuthones taceam, qui multo poſt Alpibus ſuperatis, cum innumerabili multitudine, vxoribus & liberis etiam adductis, Italiam ingreſsi, vix illi quidem, ſed tamen cæſi ſunt à Romanis exercitibus, Caii Marii & Luctatii Catuli conſulum ductu atque auſpiciis.

*Europei Scythæ.*

*C. Marius. L. Catulus*

Quid multa? Cum in ipſam Africam ſæpe penetrarint, & Herculeo freto traiecto, Hiſpanos ſubegerint. Nam quibus arma inferunt, eos plerunque vincunt, & alienis regionibus dominantur. Eorum verò patriam Scythiam nemo vnquam ab omni æuo domuit. In cauſa eſt, quòd delicatam & luxu diffluentem vitæ rationem ab initio peroſi, nec frumentum edunt, nec vinum bibunt. Quamobtem neque terram arant, neque vineam vnquam coluerunt, neque alias fruges ſerunt, vnde interioris orbis incolæ victitant. Quæ cum Scythis, quippe aſſuetis, minimè grauia, ac potius iucunda ſint: hoſtibus eorum acerbiſsima eſſent, impedimenta plura quam arma adducentibus,

& vbi caſtrametati ſunt, mercatum omnis generis requirentibus ne quid vel ipſis vel iumentis deſit. At illi expeditæ ac tenui vitæ aſſueti, facilè quouis tempore bella ſuſcipiunt, ac tridui iter ſæpe vno die volucrum inſtar conficiunt: & alias atque alias ante famam aduantus ſui terras occupant, nihil quidem ſecum adducentes, ſed ijs rebus omnibus inſtructi, quibus victoria facilè paretur. eæ ſunt, multitudo eorum penè innumerabilis, agilitas corporum, ac celerrimæ progreſsiones, & (quod hæc ſuperat) mortis contemptus, & ferarum more rectus in aduerſum hoſtem impetus.

### DE SCYTHARVM IN EVROPAM *& Aſiam incurſione.*

*Sitziſchanes.* *Chalaus.*

SEd ad hiſtoriæ ſeriem redeundum eſt. Nam cum Ioannes Ducas rerum iam potiretur, maxima Scytharum multitudo ab Hyperboreis effuſa, ad Caſpium mare deſcendit. Interim verò duce eorum Sitziſchane defuncto, ambo eius filij, Chalaus & Telepugas, exercituum principatum diuiſeruut. Ac Chalaus Chaſpia & Iaxarte fluuio lato & profundo, qui è Scythicis montibus, ortus, Sogdianam perfluens, in mare Caſpium irrumpit, ad Septemtrionem relictis, per inferiorem Aſiam deſcendit. Sed differatur hoc: nam de

*Telepugas*

Europa prius eſt dicendum. Alter enim Sitžichanis filius Telepugas, limitibus imperij ſui conſtitutis, meridiem verſus Caucaſi cacuminibus, & deinceps mari Caſpio, per Maſſagetarum & Sauromatharum terram proficiſcitur: nec eas tantum, ſed omnes gentes quæ Mæotidem paludem & Tanaim accolunt, ſubigit. Deinde Tanais fontibus ſuperatis, impetu aduerſus Europæas gentes deſcendit: quæ multæ ac variæ ſunt. nam quæ in mediterraneis habitant, partes ac reliquiæ ſunt verarum Scytharum, in paſtores & aratores diuiſæ: quæ verò Mæotidi conterminæ ſunt, & Ponti oram accolunt, Zinchi ſunt, & Abaſgi, Gotthi & Hamaxobij, Tauroſcythæ & Boryſthenitæ: prætereáque Myſiam ad Iſtri hoſtia tenent, qui Hunni & Comani vocantur. erant etiam qui ſe Scythas nominarent: qui graui & intolerabili Scytharum impreſsione perterriti, mutandas ſibi ſedes cenſuerunt. Neque enim vllis ſatis fiduciæ ad reſiſtendum erat, ſed omnes & vrbes & gentes trepidabant, & velut ſpicæ in areis terebantur. Vnde & hi Scythico bello deſperato, pellibus palea plenis pro ratibus vſi, cum vxoribus & liberis Iſtrum tranſierunt: nec breui Tempore in Thracia oberrarunt, idoneam ſibi coloniam quæ-

*Scythæ in Romanas legiones relati.*

ritantes, decem millibus haud pauciores. Sed priuſquam certam ſedem legerent, Imperator Ioannes magnificis muneribus, aliiſque beneficijs eos ſibi adiungit: & ipſos etiam in Romanas legiones refert, alijs alibi ſedibus attributis, partim in Thracia & Macedonia, partim in Aſia ad Meandrum & Phrygium.

### DE SCYTHARVM IN ASIAM *impreſsione.*

VErùm iam in Orientem eſt transeundum, & ad tranſmontanos illos Scythas veniendum: qui in Aſiam inſtar locuſtarum effuſi, propemodum vniuerſam conturbarunt, & oppreſſerunt. Nam Caſpijs anguſtijs ſuperatis, Sogdiana à tergo relicta, & Bactrianis & Oxo Sogdo flumine, qui plurimis ijſque magnis fontibus augetur, ad radices magnorum montium progreſsi hybernarunt, vbertate illius regionis & præda antè parta fruentes. Mon-

*Taurus Caucaſus.*

tes autem illi & plurimi ſunt: & maximi: qui quòd vna quadam continenti ſerie cohærent, in vnum veluti montem conflantur, qui nomine communi Taurus dictus, Aſiam vniuerſam exquiſitè mediam diuidit. Incipiunt illi ab Occaſu, proximè Ægeum mare. Inde verò exorſi totam Aſiam in duas partes ſecant, donec ad Subſolanum ventum iuxta ipſum Oceanum terminentur. Verè igitur, cum terra graminibus & herbis refloreſceret, relictis ad Caucaſi radices hybernis, Scythæ maximorum gregum aut armentorum inſtar montium cacumina ſuperant, & populos ſubiectos inuadunt: eóſque omnes prædati, in Indiam penetrant, quanta in vtramque ripam maximi fluuiorum Indi patet. Qua ſubacta, verſus ortum progredi deſtiterunt, ob aſperitatem & æſtum loci: ſed itinere in Arachoſiam & Carmaniam conuerſo, gentibus illis facilè ſubactis, ad Chaldæos & Arabes peruenerunt. De-

*Scythæ in Meſopotamia conſident.*

inde ad Babylonios & Aſſyrios trangreſsi, occupatáque Meſopotamia, amœnitate loci allecti, longos ibi errores finiunt, tertio anno poſtquam Laxarten fluuium traiecerant: & à popularibus ſuis auulſi, Aſiam inferiorem ſibi vendicarant. Sed quemadmodum ignis denſo luco correpto, non eum ſolum conſumit, ſed proxima quæque etiam facilè peruagatur: ſic dux ille Scytharum, totius Aſiæ ad omnem humanam iucunditatem optatiſſima ſede ſibi delecta, poſtea non quieuit, neque finitimis abſtinuit: ſed tribunis ſuis & ſatrapis aliò atque miſsis, Perſas primùm, & Parthos & Medos ſubigit. Deinde per Armeniam maiorem aſcendendo, verſus Septentrionem ad Colchidem, & finitimam illi Iberiam excurrit. Habebat porrò in animo, ſequentibus annis interiorem quoque Aſiam peruagari, & Imperij ſui limites littoribus maris terminare. neque enim ferendum eſſe, vt vlla gens ſuæ ditionis expers eſſet, quæ per totam Aſiæ continentem ad maria vſque habitaret. Sed tum quietè ibi conſidere decreuerunt, prouincijs, vrbibus, ædibus, prædijs amœniſsimis & delicatiſsimis inter ſeſe diſtributis. Aurum verò, argentum, pecuniam, cæteráſque delicias, quibus loca illa abundant, cui vſui eſſent cum adhuc ignorarent, non ſecus ac lutum & ſordes neglige-

*Neceſsitatem luxus ſequitur.*

bant. Natura enim neceſſaria in primis docet: quæ ſi non deſint, ſed benignitate fortunæ ſuppetant,

perſint,

*Agricultura & res pecuaria Romanos recreant.*

perſinc, tum naturæ prouidencia veluti peræmulationem rurſus excitatuc ad ea diligenda, quæ ſenſibus magis blandiantur. Quorum vbi ſatietas cœperit, ad ſuperuacanea deflectir, pec ambages atque illecebras, varietatem & compoſitiones multiplices machinatur, & præſtigias quaſdam atcanæ voluptaris conſectarur, ne luxuriæ continuatio grauis & moleſta fiat. Ita hi quoque principio ſolis neceſſarijs, ijſq; non affatim ſuppetentibus aſſueti: deinde in tot amœnitatibus verſati, quoc Babyloniorum & Aſſyriorum confinia ſuppeditant, eas non eſſe deferendas iudicarunt: ſed repudiatis diururnis illis laboribus, ibi deinceps conſidendum & acquieſcendum eſſe. Vnde ijs gentibus quas inuaſerunt, annua trubuta impoſuerunt: nec ex eo deſiſtunt, eas exactionibus & edictis pro mancipijs quotannis exagitare, & velut oracula reddere, pro ſuâque libidine quiduis in illas decernere. Tandem conſuerudine & excultis moribus Aſſyriorum, Perſarum & Chaldæorum manſuefacti ad eorum religionem inclinarunt, patrio numinis contemptu celicto: illorumque mores & inſtituta in veſtibus, in ſumptuoſo victu, cæteriſque delicijs receperunt, tanta mutatione facta, vt cum prius caput craſſo & promiſſo pileo tegerent, & reliqui veſtirus omnis felicitas in pellibus animalium, & corijs illaboratis conſiſteret, arma verò eis eſſent clauæ & fundæ, haſtæ, ſagittæ & arcus, nullo confecta artificio, qualia quercus & ſponte enatæ in ſyluis & montibus arbores ſuppeditanr: pòſt, veſtes omnes ſericas & anro intertextas vſurparent. Vſque adeò luxuriare cœperunt, priſtina vitæ ratione, prorſus in contrarium mutata.

DE TVRCORVM LEGATIONE *ad imperatorem.*

INter hæc Turcis, qui Aſiam intra Euphratem, & Arabibus, qui Cœleſyriam & Phœniciam tenent, non mediocriter perturbatis, proptec periculoſam Scytharum vicinitatem: Turcorum princeps legatos omni tei gerendæ autoritate præditos, ad Imperatorem Ioannem firmandæ pacis canſa mittic, timens ne Scythico bello diſtractus, hoſtilem Romanorum exercirum à tergo haberet. Neque enim poſſe fieri, quin principatu excidecet, ſi Scytharum tanrum incurſionibus ægræ reſiſtens, ob geminarum bellum vires ſuas partiri cogeretur. Idem & Imperatori gratum fuit, ac multis de cauſis eſſe faciendum iam antè decretum: rum quòd minimè vtile aut facile, imo graue ac pernicioſum futurum eſſet, bellis Aſianis & Europeis diſtringi: rum, quòd firmiſsimum & optatiſsimum vallum futuri eſſent, Turci inter bellum Scythicum interiecti, commune periculum, fortiſsimorum propugnarorum aut ſcopulorum inſtar, quos alicubi natura marinis fluctibus obijcit, ſuis corporibus excepturi. His igirur de cauſis haud inuirus, & cupidè admodum fœdus cum Turcis fecit: quod rem Romanam plurimùm erexit. Metu enim & ærumnia diuturnorum bellorum liberati, poſſeſsiones & res ſuas curandi ocium habuerunt. Nam Imperatoc tantum terræ arationi & vineis plantandis idoneæ vſurpauit, quantum ſatis ſore putabat ad ſuam menſam, & ad eos ſuſtentandos, quos pro liberalitate ac perpetua benignitate ſua fouendos ſuſceperat. Hi erant ſenes, pauperes, & varijs afflicti morbis: quibus & domicilia aſsignauit, & curatores præfecic, qui & agros colere, & vineas plantare ſcirent: ac quot annis vberem frugum prouentum repoſuit, acque eriam armenta equorum & boum ouium item & porcorum greges. ac varia genera cicurum auium parauit, vnde multiplicem ſingulis annis prouentum percipiebat. Idem cæteris etiam faciendi a[illegible]r fuit, tam cognatis ſuis quàm reliquæ no[illegible]rati: vt cum domi quiſque haberet vnde viueret, neque plebeios & inopes per vim opprimeret; & Romana Reſpublica omni maleficio & crimine vacaret. Itaque paucis annis omnium & horrea & cellę refertæ frugibus & vino conſpiciebantur, & viæ ac plateæ & ſtabula & mandræ pecoris multitudinem vix capiebant: accedebant galinarum cæterarumq; auium greges.

DE FAME TVRCORVM.

ACcidit aucem illud etiam fœlici Romanorum ſato, vt Turci fame & maxima annonæ penuria conflictarentur. qua de cauſa plenæ erant omnes viæ illius gentis hominum, mulierum, virorum, puerorum, adeuntium & abeuntium è Romanis prouincijs: & omnes Turcorũ opes, argenti, auri, telæ, cæterarumq; delicatum, ad Romanorum manus perueniebant. Videres Magni precij merces exiguo frumento cõmutari: tum quælibet auis, bos, hœdus magno precio vænibant. Eo pacto cum Romanorum ædes celerrimè Barbaricis opibus affluebant, tum fiſcus Imperatoris pecunia redundabat. Et vt rem omnem paucis expediam, cum oua gallinarum quotannis collecta venderentur, exiguo tempore tantum inde pecuniæ coactum eſt, vt Imperatrici corona gemmis & margaritis precioſiſsimis diſtincta pararetur: quam Imperator ex eo Ouatam nominauit, quòd de venditis ouis confecta eſſec. Ac vnum hoc illius Imperatoriæ prouidentiæ ſpecimen eſto. Alterum illud, quòd cum viderer, Romanas diuitias in peregrinas ac ſumptuoſas veſtes, ſericas, Aſſyrias, Babylonias atque Italicas, vario ac ſolerti artificio confectas effundi, decreto ſanxit, ne quis ſubditorum ijs vteretur: niſi ipſe, quiſquis eſſet, cum omni ſamilia, in ordinem cogi ac notari ignominia vellec: ſed ijs contenti eſſent, quas Romanæ prouinciæ ac manus præberent.* Neceſſariarum enim rerum vſus immutabilis: & ſubditi quantum licet, " principum ſequuntur cupiditates: idque lex is " eſt & honoc, quod principibus viſum fuerit. " Proinde cernere erat, illa quoque breuiſsimo " tempore viluiſſe: nobilitatis autem limites, Romanis veſtimentis definitos: & diuitias domo, quod aiunt, domum ferri.

*Ouata corona.*

*Lex veſtiaria.*

### DE IMPERATRICE IRENE EX *equo præcipitata.*

SEd iam ad alia tranſeat oratio. Cum Imperatrix filium Theodorum peperiſſet, accidit, cum ſpectandæ venationis cauſa cum marito Imperatore veniſſet, vt equo deiecta, per longum ſpacium traheretur. Vnde læſa matrice, parere deſijt. Cæterùm ambo Imperium grauiter & modeſtè adminiſtrabant, ſummóque ſtudio curabant, vt iuſtitia & æquitas in vrbibus florerent, auaritia verò & rapinæ prohiberentur. Etiam templa elegantiſsima vterqoe maximis ſumptibus, amplitudine & varietate ſtructuræ inſignia ædificarunt: Imperator Magneſiæ Deiparæ virginis nomine, quod Soſandra dicitur: & aliud Niceę, Magno Antonio ſacrum. Imperatrix verò intra Pruſam metropolim, ad montem Olympum ſitam, nomine venerandi prophetæ, præcurſoris & Baptiſtæ, multis ornamentis additis & amplis annuis reditibus adiectis, vbi monachi diuino cultui dediti habitarent: quæ loca plena erãt ſuauitate & gratia ſpiritus. Nec his contenti, complura domicilia ad alendos ſenes & pauperes deſtinarũt: aliáq; fecerunt, quæ amorem eorum erga Deum euidenter declararent.

### DE IMPERATORIS POST IRE*nes obitum, ſecundis nuptijs.*

INterim Irene Imperatrice mortua, Imperator poſt longum luctum tandem ſolitudinis pertæſus, aliam vxorem duxit, Annam Alemanàm, admodum adoleſcentulam, Manfredi Siciliæ Regis ſororẽ. Quam inde nutricia & magiſtræ loco cum multis alijs mulieribus comitabatur, matrona pulcherrima facie, quæ ex oculis caſſes (vt ita dicam) ineuitabiles eiaculabatur, nomine Marceſina: quæ philtris & illecebris amatoris, ac morum vrbanitate paulatim etiam Imperatoris oculos in ſe conuertit, amoréque ſui ſic incendit, vt iam haud diſsimulanter Imperatrix Anna præ ea negligeretur. Nam tandem eò dementiæ redactus eſt Marceſinæ amoribus, vt eam Imperatorijs inſignibus ornari pateretur, quibus Imperatrici Annæ nihil cederet: eandem verò & amore & propenſione Imperatoris, & ſubditorum obſeruantia ac reuerentia longo interuallo ſuperaret, ne dicam ſola illis frueretur. Etſi autem prudens erat Imperator, non tamen vitam moleſtiæ, triſticiæ, angoris expertem egit: ſed conſcientiam acris inſtar ſtimuli pungentem habuit, pœnitentiæ occaſionem expectans, & prauitatis illius correctionem à Deo. id quod ex eo conſtat. Aiunt Marceſinam aliquando, tum Adorandi, tum ſpectandi cauſa templum Blemmidæ ſumptibus exedificatum, & piorum virorum exercitationibus dedicatum adijſſe magno cum faſtu & ſplendore Imperatorio, ſatellitiumque comitatu. Sed priuſquam veſtibulum intraſſet, cœtum monachorum templi fores Blemmidæ præceptoris iuſſu intrinſecus illi occluſiſſe. Erat is multis virtutibus inſignis, & varia eruditione tum ſacrarum tum prophanarum literarum perpolitus. Nefas enim iudicabat diuinus ille vir, nefariam illam & impudicam mulierculam profanis & conſceleratis pedibus ſacrum pauimentum calcare. Nec eum hoc feciſſe mirum, quippe qui prius etiam dicterijs illam tam lingua quàm calamo inceſſere nunquã deſtitiſſet. Ea verò ſe grauiſsima contumelia afficitata, & tanto dignitatis faſtigio non ferenda, cum per ſeſe ira ardebat, tum ab adulatoribus magis inflammabatur. Vnde ad Imperatorem magna cum indignatione reuerſa, toto impetu illum ad vindictam incitabat: eam ignominiam in ipſius Imperatoris caput redundare clamitans. Accedebant aſſentatorum voces, oleum igni (quod aiunt) addentium, aucupandæ gratiæ cauſa. At Imperator ſubito mœrore affectus, ac lacrymis oppletus, cum profundo ſuſpirio: Quid me (inquit) ad virum iuſtum puniendum impellitis? Nam ſi ego ſine probro & ignominia viuere voluiſſem, Imperij maieſtatem inuiolatam conſeruaſſem. Nunc cum ipſe meæ, atque adeò ipſius Imperij contumeliæ cauſam præbuerim: meritis meis gratia refertur, vt malè ſementis malam meſſem percipiam.

*Ioan. Ducas Marceſinæ amore captus.*

*Conſcientiæ ſtimulus adulterij comes.*

*Marceſina excluſa templo.*

*Nicephorus Blemmydes.*

*Ioan. Ducas culpã ſuam deplorat.*

### EXPEDITIO IMPERATORIS *contra Michaelem Theſſalum.*

CÆterùm his temporibus Theſſaliæ & Ætoliæ, viciniſque regionibus præerat Michaelis Angeli primi nothus filius Michael. nam tota eius cognatione extincta, omne locorum illorum imperium ad vnum nothum hunc deuolutum fuit. Huic filij fuerunt, Nicephorus, Ioannes, Michael: & quartus Ioannes, nothus & ipſe: inter quos breui pòſt diſtributurus erat ſuum principatum. Tum autem miſsis ad Imperatorem Ioannem legatis, filio ſuo Nicephoro, filij Imperatoris, Theodori Laſcaris filiam Mariam, ſponſam petebat: & voti compos factus eſt. (facta enim tum ſunt ſponſalia, & pacta qualiacunque) cum mane mater Theodota vnà cum filio, Nicephoro, tum viſendæ ſponſæ tum firmandorum ſponſalium cauſa adueniſſet. Quibus peractis ſponſa ibidem relicta, cum filio domum redijt: fide accepta, fore vt anno ſequenti nuptiæ celebrarentur: Sed paulo pòſt Michael rupto fœdere limites ſuos tranſgreſſus, Occidentales Romani Imperij vrbes infeſtauit: vt niſi Imperator Ioannes ipſe illi bellum inferret, periculum eſſet, ne omnes illæ vrbes ab eo occuparentur. Vere igitur appetente, Imperator, exercitu maximo coacto, contra Michaelem proficiſcitur. Fama vero præcurrente & ſparſa, Occidentales Romanorum vrbes animos receperunt: Michaelis verò res labaſcebant, & peſſum ibant. Imperator autem cum ad Theſſalonicam & Macedoniam acceſsiſſet: pleraſque vrbes Occidentales, quas Angeli incurſio concuſſerat, & ad breue tempus interceperat, facile recuperauit: vt Caſtoriam, Preſpam, aliaſque non paucas. Vnde ſummo timore perculſus Michael, miſsis ad Imperatorem legatis, priſtinum fœdus renouat: & præter alia

*IIII. filij Michaelis Theſſali.*

*Nicephori & Mariæ nuptiæ.*

caſtella,

caſtella, Prillapum etiam & Beleſum & * reſtituit. Imperator contrà, & patri Michaeli, & filio eius Nicephoro, propter affinitatis neceſsitudinem, Deſpotatum honorem conceſsit: ne quid poſtea oriterut, quod animos ad ſimultates excitaret, ac pacem perturbaret. Rebus autem ibi ſic ordinatis, reditum parat, quòd ibi hybernate nolebat. Inſtabat enim tum Arcturi exortus.

*Theſſali fiunt Deſpotæ.*

## DE COMNENO MICHAELE *Palæologo.*

CVm verò dies complures Philippis exegiſſet, criminationes quędam cõtra Michaelem Comnenum Palæologum eruperunt, eum regnum affectare. Producebantur ij qui primi illud ſuſurrarant, amici eius & argumenta, quibus crimen probarerur, quærebantur. ſed & hæc infirma, falſæque criminationes viſæ ſunt, ſiue reipſa eſſent falſæ, ſiue per id tempua tales haberentur: decretum tamen, vt iureiurando teſtaretur iniuriã ſibi fieri, nec ſe vnquam regnum affectaturum, vtque deinceps ea pœna ſolutua, & ab omni ſuſpicione quàm remotiſſimus eſſet, prætereáque deinceps priſtinum dignitatis gradum obtineret. His factis Imperator diſceſsit, Helleſpuntum traiecturus: exercitum verò domum in hyberna dimiſit.

## MORBVS IOANNIS DVCAE *& obitus.*

CVm verò in Orientem traieciſſet, & ad Niceam verſaretur, atroci morbo eſt correptus, qui haud ſcio phrenitis an epilepſia ſit appellandus. uam grauitate & ſtupore capitis afficiebatur: vt ijs qui è cerebro laborant, in Solis & Lunæ congreſsibus aucta frigiditate & humiditate aeris, accidere ſolet, vertigine oboriente cerebro, quod tales cõuerſiones & mutationes ferre nequit. Cum autem mutus, & reſpiratione excepta, mortuus tres perpetuos dies iacuiſſet: recuperate vires, morbóque leuari viſus eſt. quem tamen ars medicorum, non penitus propulſare potuit, quominus ex eo tempore in eo deliteſcere, & firmam ſedem fixiſſe videretur: ita vt deinceps aliàs affligeretur, aliàs valere videretur. Nam nunc plurium, nunc pauciorum dierum interuallo vel accedebat vel recedebat malum: nunc domi, nunc in via, nullo præcedente ſigno, ſubitò eum inuadebat, vt ſæpe à miniſtris ex equo delapſurus, lectica domum referretur. Morbus ia annum integrum caput eius infeſtabat, clàm ac paulatim ſubinde augeſcens: donec omni medicorum arte ſuperata, è rebus humanis eum ſuſtulit. Deceſsit autem ex eo morbo, cum circa Nymphæum verſaretur: ac ſepultus eſt in Suſandrio, monaſterio à ſe extructo, anno ætatis ſexageſimo: ſeptem & viginti natus annos, cum Imperium ſuſcepiſſet, idque annos tres & triginta adminiſtraret: quot annos & filius ac ſucceſſor eius Theodorus compleuerat, eodem natus anno quo pater ſumma rerum potitus fuit.

# *NICEPHORI GREgoræ hiſtoriæ Romanæ liber tertius.*

## CAPITA LIBRI III.

*Theodori Laſcaris iunioris Imperium.*
*De patriarcha Arſenio, & Imperatoris vnctione.*
*De expeditione contra Bulgarum & Theſſalum.*
*De Palæologi fuga ad Turcos.*
*De Conſtantino Tæcho principe Bulgarorum.*
*De obitu Imperatoris Theodori Laſcaris iunioris.*
*De Muzalone, tutore pueri Imperatoris.*
*De altero iureiurando ob Imperatoris in filium dato.*
*De occaſionibus & cauſis, quibus ad imperium peruenit Palæologus.*
*De Michaele Palæologo, quo pacto Deſpotæ dignitatem ſit adeptus.*
*De bellis Theſſalicis.*

CVm autem Imperium iure hæreditario ad filium eius Theodorum Laſcarim rediturus eſſet: quia ia à patre viuente non appellatus fuerat Imperator, eodem defuncto, communi concurſu totius exercitus ac nobiliũ omnium ac procerum Imperator eſt ſalutatus. Conſtabat enim, Ioannem vtiq; nemini omniũm niſi filio Imperium relinquere voluiſſe: quòd & pater fuerat pius in liberos, & nemini alteri id deſtinarat. Sed obſcuris adhuc ſubditorum voluntatibus, an id ijs lubentibus ac approbantibus futurum eſſet, viuens eum deſignare nullo modo voluerar: quòd diceret. Tempus multa nouare ſolere, niſi quiſque ita res adminiſtraſſet, quemadmodum oporteret. Nam adoleſcentiam ſuapte natura mobilem & contumacem, temere ad omnia ferri, quæ concupiſſet. Quòd ſi ſpes ac nomen Imperij acceſsiſſet, ob quas res delicatorum adoleſcentum comitatus accederet ac omnium acclamationibus aures complerentur item accidere quod homini ebrio, cuius neq; pes neque mens ſuum ſatis officium facit, ſi ad magnæ gubernacula nauis adhiberetur: cum nec ij à quibus eligeretur, rectè iudicarent nec ia qui electus eſſet, quò ferretur, quidve agendum eſſet, intelligeret. Hanc igitur vnam ob cauſam ipſe, dum in viuis eſſet, illum eſſe deſignandum haud cenſuit: tum ſpe adempta, adoleſcentiæ leuitatem cohiberet: tum, quòd multi adeò puſillis eſſent animis, vt hæreditatis cupiditate longiorem patrum vitam moleſtè ferrent, nec expectato fato curſum illius immatura morte interrumperent. Ad hæc, id eſſe populi plerunque ingenium, vt qui ipſo inuito rerum potitus eſſet, eum & tyrannum appellaret, & occultis initiò probris ac conuitijs laceraret, donec ad inſidias tandem apertámque vim & cædem deſcenderetur. His igitur & id genus alijs de cauſis, Theodorus patre ſuperſtite non fuerat appellatus. Poſt eius obitum autem, totius populi ſuffragijs eſt creatus Imperator, in

*Ioan. Ducæ prudentia in regẽdo filio.*

clypeo ſedens, more à maioribus accepto. Sed cum à patriarcha coronandus eſſet, ac tum ſedes vacaret (nam Germanus, vir prudens, & doctrina & probitate vitæ inſignis, non ita pridem deceſſerat) de ſucceſſore eligendo deliberatum ac diſputatum eſt: ac multi in expectatione atque in ore erant, & alij alijs. Sed doctrina & virtute celebris Nicephorus Blemmydes, omnium ſermonibus cæteris præferebatur: qui tũ in monaſterio à ſe extructo, quietam agens vitam, aſpera victus & exercitationem ratione ſeſe macerabat.

*Nicephorus Blemmides patriarchatũ recuſat.*

## DE ARSENIO PATRIARCHA
*& Imperatoris inunctione.*

IS cum delatum ſibi honorem recuſaſſet, cæteris prælatus eſt Arſenius monachus: qui in quodam monaſterio iuxta Apolloniam ſtrenuè ſeſe exercebat, virtute illuſtris ille quidem, ſed ſimplici vir ingenio, & minimè callido. Sacerdotio igitur hic potitur, & patriarcha creatur communi pontificum ſententia & ſuffragio, Imperatore maximè approbante, & pontificium illud ſuffragium (vti moris eſt) confirmante.

## THEODORI SECVNDI EXPEDItio contra Bulgaros, & Theſſalos.

QVibus peractis, Imperator à patriarcha vnctus, & diademate ornatus, expeditionem parat. Nam Bulgarorum princeps, vt primò Imperatoris obitum audierat, fœderis, quod cum illo fecerat, rumpendi conſilia agitans, Romanæ ditionis oppidula in Thracia continuis incurſionibus ita vexabat, vt non paucis ad mõtem Rhodopenſitis potiretur. Idem & fœdifragus Michael in Theſſalia fecerat, aduerſus finitimas ſibi Romanorum prouincias & ciuitates. Imperator verò principiò, quod pater cum Turcis percuſſerat, fœdus renouat, & confirmat: vt Orientalium negociorum cauſa, omnis ſolicitudinis eſſet expers. Deinde ſub Pleiadum exortum, Helleſpontum traijcit, exercitum paterno longè maiorem ſecum adducens. Nec enim eos tantum qui militiæ deſtinati erant, ſed venationis etiam miniſtros, relictis canibus & auibus, militare iuſsit. Cæterùm Bulgarorum princeps, tanto Imperatoris apparatu audito, graui terrore percelli cœpit, & varijs ſubinde cogitationibus æſtuauit. Cũ autem armis decernere nullo modo poſſet, tum quòd exercitum tantæ hoſtium multitudini, armis præſertim inſtructiſsimæ, parem non haberet: tum quòd Imperatorem ætate florentem gloriæ ſtudio flagrare, & deſtinata ſtrenuè atque alacriter exequi cerneret: tandem quid è re ſua eſſet animaduerſo, vetus fœdus renouat, Imperatorem facilè ſibi reconciliatum iri ſperans, quòd is ſororem ſuam in matrimonio haberet. haud ignarus, quòd etiam fama fœdifragi Theſſali Michaelis perturbatus, illum quamprimùm compeſcere decreuiſſet, antequam omnia occuparet: quæ res vel in primis ad impetrandam pacem adiumento ſibi futura eſſet. Igitur legatis ad imperatorem miſſis, ſpe facilius pacem impetrauit, reſtitutis omnibus quæ Romanis interceperat caſtellis. Ac ne diutius morer, ſub autumnale æquinoctium Imperator cum ſuis legionibus rectà in Theſſaliam contendit. Sed priuſquam Macedoniam attigiſſet, Theodora Michaelis vxor ei occurrit, tum vt nuptias Nicephori filij ſui & Mariæ filiæ Imperatricis conficeret. tum vt quę maritus Romanæ ditioni per latrocinium quoddam ſubtraxerat, reſtitueret. Quibus rebus paulo pòſt facilè confectis, Theodora ad maritum Michaelem reuertitur, filij ſponſa Maria vnà ſecum adducta.

*Bulgarus veniam impetrat.*

*Theſſalus veniam impetrat.*

## DE PALÆOLOGI FVGA
*ad Turcos.*

IMperatori his rebus occupato, literæ Nicææ redduntur, quæ Palæologi ad Turcos fugam ſignificarent. ei enim abiens Nicæam præfecturam, dum ex Occidente in Orientem rediret, mandarat. Quæ res Imperatorem non mediocriter perculit, ac perturbauit. Fugę verò prętextus hic ferebatur. Cum ſe à multis & multifariam in inuidiam adductum cerneret, verbiſq; odioſiſsimis Imperatoris aures clàm occupatas: ab eoq; imminere ſibi & ſuſurrari ſupplicia, quę infeſtiſsimis hoſtibus imprecanda eſſent: ſibi nullo modo quieto eſſe licuiſſe, quominus hoſtilium cogitationum plenus, ſurſum deorſum huc atq; illuc inſtar mancipij raptaretur, & ignominiosè vexaretur: timuiſſe Imperatoris in puniendo ſeueritatem & celeritatem, nec quicquam clementiæ ſperare potuiſſe. Neq; enim expeditum ſibi fuiſſe, magnas calumnias, & ſupra modum exaggeratas, quas inuidi ſui concinnaſſent, ac Imperatoris auribus ingeſsiſſent, exiguo tempore refellere. Quare ſe deſperatione coactum, nihil prius habuiſſe, quàm vt fuga ſalutem quæreret. Cum verò Iconium proficiſcens, Sultanum ſuas copias ſummo ſtudio conducentem reperiſſet, ad Scythas cum maximo exercitu irruentes, propulſandos: optatiſsimus illi ac gratiſsimus aduentus eius fuit. Nam cum Romanos complures pridem ſubactos haberet, eos in vnam legionem contractos Palæologo parere iuſsit, Romanis & peregrinis armis & veſtibus ornatos: ad Scythas percellendos qui credituri eſſent, Turcis recentia auxilia illinc eſſe miſſa. id quod accidit. Aiunt enim Scythas, cum Turcos inuaderent, haud mediocriter eſſe perterritos, peregrino exercitu conſpecto: ac forſitan perturbata acie fugituros fuiſſe, ac terga daturos ijs quos abſque vllo negocio ſe fuſuros eſſe credidiſſent, niſi quidam Sultani cognatus, ex veteri ſimultate, cum magnis copijs cum ad iam manus ventum eſſet, vltrò ſe ad hoſtes contuliſſet. Quæ res Turcorum fortunas euertit, & maiorem partem ditionis eorum Scythis adiecit. Cæterùm nõ multo pòſt liberaliſsimis & amiciſsimis Imperatoris literis Palæologus eſt reuocatus, ſecuritate iureiurando firmata.

*Cauſa fugæ.*

*Turcorũ Romana legio.*

*Turci à Scythis vincũtur.*

*Perfidia cognati.*

*Palæologi reditus.*

ta. Ita Palæologus in Romanam terram rediјt, non prius tamen, quàm ſanctiſsimo iureiurando Imperatori promiſiſſet, ſe dicto ſemper fore audientem, nec regnum affectaturum eſſe vnquam, nec ad ea rediturum quæ antè crimini data ipſi eſſent: neq; poſthac intermortuam ſuſpicionem aucturum, ſed conſeruaturũ & propagaturum parem beneuolentiam & amorem erga ipſum Imperatorem Theodorũ, & filium eius Ioannem, cæteroſq; tam familiæ quàm imperij ſucceſſores. His igitur conditionibus Magni Conoſtabili dignitate recepta, deinceps Imperatoria beneuolentia & liberalitate in primis floruit.

*Palæologus Magnus Conoſtabilis.*

## DE CONSTANTINI TOECHI *regno in Bulgaria.*

INter hæc Bulgarici motus nunciantur. Nam Aſane illorum principe, cuius ſoror Theodoro Imperatori nupta erat, ſine liberis defuncto, qui ei ſuccederent, neceſſe erat principatũ ad Mytzen ſororis eius maritum tranſire: idq; factũ eſt. Erat autem is homo ſegnis & effœminatus quibus de cauſis paulatim cõtemptui eſſe cœpit, donec mutatis populi voluntatibus omni poteſtate priuaretur. Erat autem ijs temporibus in Bulgaria vir clarus, nomine Conſtantinus, cognomento Tœchus, ingenij dexteritate & robore corporis multum alijs antecellens: qui, cùm rem Bulgaricam labaſcere cerneret, inſurgit: conciliataq; ſibi & plebis & nobilitatis beneuolentia, illorumq; omniũ voluntate principatu potitus, Ternobum obſidet, quæ Bulgarorum regia erat: vt Mytzes vel inuitus cũ vxore & liberis in munitũ quoddam & maritimum caſtellum nomine Meſembriam, confugere cogeretur. Vnde ad Imperatorem tranſit, Nicææ in Aſia tum degentem: Romanæq; ditionis Meſambriam fecit, pro qua prędijs circa Troiam & Scammandrum ab Imperatore cum annuis reditibus acceptis, ibidem æui reliquũ cum vxore ac liberis quietus exegit. Cæterùm Conſtantinus Tœchus Bulgarici regni potitus, legatos ad Imperatorem mittit, ſe amicum eius & fœderatum profitẽs, ſi qua ſibi ex eius filiabus deſponderetur: nõ quòd coniuge eſſet opus, quippe qui vxorem & liberos haberet: ſed quia nullo gentilitio iure, Bulgaricum regnum ad eum pertinebat, iniquo ferebat animo, ea ſe parte deteriorem, ac veluti nothum & dici & haberi. Hac igitur de cauſa, & quia Imperatoris filiam, Aſanis non ita pridem defuncti Regis, ex ſorore neptem eſſe ſciebat: atque etiam ſui honoris cauſa, & ad firmandũ principatum, eas nuptias ambiebat, priorem coniugem ſtatim ſe repudiaturum promittens. Quibus ab Imperatore impetratis, & Theodora eius filia & thori & regni ſocia accepta, priorem coniugem Nicæam mittit, quæ pignus eſſet Romanis fidei, atq; etiam conſtantis erga alteram amoris.

*Ternobus.*

*Meſembria.*

*Theodora Imperatoris filia Bulgaro nupta.*

## DE IMPERATORIS THEODORI *Laſcaris iunioris obitu.*

IMperatorem annum ætatis ſextum & trigeſimum agentem, moleſtus ac difficilis & planè lethalis morbus inuaſit: qui paulò ante obitum alacriter habitum monaſticum induit, & multos pecuniarũ aceruos ſuis manibus diſtribuit, feruentiq; corde vim lachrymarum profundit, quibus animi vulnera, in tantæ neceſsitatis articulo, eluebat & curabat. Sed me id penè præteriſſet, quod vel in primis exponendum eſt.

## DE MVZALONE.

NAm vir quidã cognomento Muzalo, nomine Georgius, non claro genere ortus, ſed ob familiaritatis notitiam tantum, & vrbanitatem morum, à puero in aulam Imperatoriam aſcitus, vt ſcilicet Imperatori Theodoro cum multis alijs ęqualibus colluſor eſſet: etiam cùm is adoleuiſſet, ita ſe ad mores eius accommodauit, vt vnus illi eſſet omnia: ac quicquid Imperatori gratum eſſet, continenter & diceret & faceret. Quantum autem ætate procedebat, tantum hic affectus & amor eorum augebatur: adeò vt apud eum iam Imperatorẽ, principem & gratiæ & autoritatis locum obtineret, ſolertiſsimus coniector quid illi placeret, dexter negociorũ adminiſtrator, fidus arcanorum particeps. Quas ob res celeriter Protoueſtiarij dignitate ornatus, vxorem ex Imperatoria familia duxit. Hunc vnà cum Arſenio patriarcha, Imperator moriens curatorem Imperij reliquit, donec filius Ioannes, ſextum tum agens annum, ad maturam ætatem perueniſſet, ſub nutricibus adhuc agens, & parentum vel maximè egens, cùm vtroque orbatus eſſet. Nam filias quidem grandiuſculas quatuor reliquerat Imperator, marem verò nullum præter hunc Ioannẽ, puerum adhuc. Quatum filiarum natu maximam Mariam, vt ſuprà expoſui, legitimo ſibi matrimonio Nicephorus Ætolus iunxerat, cui à ſocero Deſpotæ titulus tributus erat: alterã Theodoram Bulgarorũ princeps Conſtantinus Tœchus, quod & ipſum iam diximus. Reſtabant duæ pupillæ, cum puero Ioanne natu minimo, propter quem ſcriptum Imperatoria teſtamentum extabat, quo tutor illi Muzalo dabatur. prętereáque ſanctiſsimum iuſiurandum à ſummis & infimis exactum erat; nec id ſemel, ſed primùm Imperatore moriente, deinde ſtatim poſt eius obitum. Nam cum proceres nonnulli, & claris orti natalibus, Muzalonis fortunam adeò ſubitò mutatã cernerent, inter ſeſe ſuſurrabant, dignitatis illius faſtigium ægrè ferentes: cùm multi eſſent, ad quos ſimul & tutela pueri, & Imperij adminiſtratio magis pertineret, tum quòd propinqua cognatione Imperatorem attingerent, tum quòd ad huiuſmodi munia obeunda Muzaloni multum antecellerent: ad quem contemnendum, & odio proſequendũ, vt ipſi dicebant, multæ cauſæ ſuppetebant. Nam quòd nec genere nobili ortus eſſet, & Imperatori ſæpè ſuppliciorũ miniſter fuiſſet: hæ res ad odiũ vulgi animis ingenerandũ ſatis efficaces erant. quòd ſi imperium etiam concupiſceret ac cogitaret, quo ſcelere caput ſuum nõ obligaret? Hæc Muzalonem non latebant, cùm aliàs ad talia intelligenda acutũ, tum verò iſtis motibus & ſolici-

*Muzalo et Arſenius tutores pueri Laſcaris.*

*Laſcar' is filiæ. Maria & Theodora.*

*Muzalonis nouitas inuiſa nobilitati.*

*Muzalo honoriſonus excutere ſtudet,*

tudinibus maximis ingenio eius magis etiam excitato. Igitur proceribus omnibus celerrimè in curiam conuocatis, dexteram porrigit: ſubmiſſeq; cum eis collocutus, haod obſcurè fert, ſe libenter cuiuis tum adminiſtratione Imperij, tū tutela Imperatoris pueri ceſſurū eſſe. Quamuis autem omnes ſimul velut ex compoſito id recuſarent, & eum præferendum eſſe confiterentur, quem ipſe Imperator & rerum & pueri dominus hoc munere fungi voluiſſet: Muzalo tamen nullo modo ceſsit, ſed fortiter reſtitit, ocium præferens, & negocium totis viribus à ſeſe amoliens, nō tam propter obrepentem inuidiam, quàm ob maximi periculi metū.* Quare iuſiurandum priore ſanctius datur, iurant omnes tam nobiles, quàm ex plebe militari: ſibique & familiæ ſuæ quilibet exitium imprecantur, ni qood iuraſſent, ſanctè ſeruarent, ac Muzaloni tutelā, Imperatoris verò filio Imperium inſidiarum expers, & inoiolatum ad omnem eius poſteritatem tuerentur. Sic illi diſcedebant, res verò rurſus à Muzalooe adminiſtrabantur. Sed priuſquam nooem dies elaberentur, quidam oobilitate & opibus præſtātes, inuidia impellente, dexteras ſuas, concitato exercitu, in Muzalonis cædem armarunt: ſanctum illud iuſiurandum, quo noo ita pridem ſeſe obſtrinxerant, & atrociſsimas diras (heu principum malorū) prorſus obliti. Aderat nonus dies: omnes matronæ nobiles iu Soſandrio monaſterio, vbi cadaoer Imperatoris ſepultum erat, conueniebant, vt de more lugerent, & memoriam eius celebrarent. Aderant omnes principes, plebeij omnes: inter quos ij quoq; qui inſidias ioſtruxerant. Confluebat omnes exercitus, alij cædem ſpirantes. Quid multis morer? Dum adhuc hymni cantarentur, milites omnes ſtrictis enſibus ſubitò impetu in templum facto, Muzalonem, qui ad ſacroſanctam menſam cōfugerat, & duos eius fratres Androcum magnum Domeſticum, & Theodorum venatorum principem, atque etiam ſcribam horum, formæ ſimilitudine decepti, crudeliter occiderunt. Ita & matronæ & omnis reliqua turba, Inchoato luctu omiſſo, alij alios ex metu vrgentes, quò quenq; pedes ferebant, celerrimè aufugerunt. Sacerdotū verò ordo, & grex monachorum, in templum volentes nolentes compolſi, labentes alij in alios incidebant, tum quòd vi & impetu vehementi inſulcem vrgebant, tum quòd ob fuſum cruorem conſiſtere non poterant. Paucis diebus pòſt, Arſenius patriarcha, qui & ipſe tutor eſſet, intelligens maximum ex hoc tumultu periculum & puero & ſummæ rerum impendere, & ad ſummum ſcelus euaſura eſſe omnia: anceps animi æſtuabat, nec quid conſilij caperet reperiebat. Nam quod ad virtutem & pietatis cultum attinebat, ille vir parum à ſummis aberat: ſed vſu rerum & Imperij adminiſtratione, ne cum foſſore quidem conſerendus. Nam diuinarum rerum

** Videtur nonnulla deeſſe.*

*Iuſiurandum tertium.*

*Exequiæ cruentæ.*

*Arſenij patriarchæ perturbatio, & inopia conſilij.*

*Religionē & remp. vni tueri difficile.*

„ contemplatio, & Reipub. adminiſtratio, haòd
„ ferè coniungi ſolent: atque adeò optandum eſt,
„ ne magna inter eas pugna, vt inter carnem &
„ ſpiritum, & ſenſum ac mentem, appareat. Mihi

verò placet, eum qui ad principatum adſpirat, ex vtraq; contemperatum eſſe: vt in Muſicis inſtrumentis fieri cernimus: oeq; enim ibi omnes chordæ æqualiter intenduntur: id enim ineptū & abſonum eſſet: ſed aliæ ad grauiorem, aliæ ad acutiorem ſonum, aliæ plus minúſue aſtrictæ, variam & concionam efficiunt harmoniam. Qui enim ſoli diuinarum rerum ſpeculationi eſt intentus, in montibus & ſpeluncis debet viuere: vt cuius mores à ciuili cōſuetudioe prorſus abhorreant. Qui verò morum ciuilitatem cum virtute coniunxit, & vſu variarum rerum perpolitus eſt: is populum ad res optimas & ſalutares facilè deduxerit. Nam & ſeruator ac Deus noſter, niſi ad humanos affectus ſe demiſiſſet, & cum publicanis cibū cepiſſet, & humanitatem præ ſe tuliſſet, & quatenus ratio ſineret, omnium ingenijs ſe accommodaſſet: haud facile opioor totas ciuitates ac populos ad amplectēdas res vtiles & ſalutares perduxiſſet. Sed illuc redeo. Arſenius patriarcha tanto rerum tumultu circumuentus, æſtuabat, nec ſecum ipſe meditabatur (quomodo enim id faceret, homo minimè malus, vt dictum eſt, & ſimplici vir ingenio) ſed cum proceribus quid agendum eſſet deliberabat, priuſquā Ioannis Imperatoris caput ferro peteretur. Cæterùm minimè proſpiciebat id conſilium, quòd nullo vſu rerum, nolla prudentia niteretur, faciliùs ei cui proſpectum vellet exitio futurum, quàm omnes gladios hoſtiles: vt progreſſu orationis declarabitur.

*Chriſti comitas.*

*Arſenius lupo ouem cōmittit.*

## DE OCCASIONIBVS ET CAVſis imperij Palæologi.

*Palæologi mores.*

Comnenos Michael Palæologus, cuius ſuprà mentionē ſæpè fecimus, inter proceres erat cæteris ſuperior, vultu perquàm hilari, comis atq; vrbanus, prætereaq; munificus & liberalis quæ res ei omniū animos vehementer conciliabant, vt facilè omnes ad ſe alliceret, tribunos, centuriones, exercitum, duces, ſiue plebeij ſiue ſenatorij ordinis. Mouebantur præterea Imperij præſagijs, vt illi ſe adiūgerent, eiúſque amore flagrarent. Eodem etiam faciebant haud ſcio an rumores de illo ſparſi, an verò inſomnia & omina quædam. Solent enim etiam huiuſmodi rebus vulgò ſociari ſolitis, nō omninò temerè atq; inſcitè, aut (vt dici nequeat) ex imperitia homines commoueri. Nam plurima earum teſtimonia apud eos extat, qui illas diligentius obſeruarūt. Suppetebant tamen aliæ maiores his occaſiones, quibus ad Imperij faſtigium promoueretur: à veteri ſtirpe, velut à magno fonte riuuli quidam nobiles ad eum deſcendentes, quibus ipſe & amici eius freti, huiuſmodi de eo cogitationibus multum tribuebant. Nam ei [illegible] materna Irene, primogenita filia fuit Alexij Imperatoris: qui cùm filios non haberet, illi rubras crepidas indui iuſsit, vt ipſa, & qui illam duxiſſet, in Imperio ſibi ſuccederet. Vnde cum eam Alexio Palæologo deſpondiſſet, eúmque Deſpotæ titulo ornaſſet: niſi is morte priùs ſublatus fuiſſet, poſt Alexium ſocerum Imperator

*Præſagia imperij.*

*Nobilitas generis.*

tor fuiſſet. Sed cùm mortuus vnam tantum filiam reliquiſſet, eàm non multò pòſt mater Andronico Palæologô deſpondet: quem deinde Theodorus imperator magnum Domeſticum fecit. Ex his natus eſt Comnenus Michael, duplex (vt ita dicam) Palæologus, à paterno ſimul maternoq; genere. Habuit igitur inde quoque, vt dictum eſt, adiumenta non parua ad eam rem de qua nũc agitur: & vt paucis dicam, omnibus rebus, & ab omni parte vir ille illuſtris erat & ſuſpiciendus, famaq; eius paulatim vagabatur, & omnium auribus ſeſe clàm inſinuabat. Ne patriarcha quidẽ ab amore eius abhòrrebat, eúmque ſi non plus quàm cæteri, non minus tamen quàm quiſquam alius diligebat: & quod maius eſt, Imperatorij fiſci claues, cum ſtipendia militibus numeranda erãt, aut alia res pecuniam poſtulabat, ei ſoli credebat: id quod ad clandeſtina conſilia efficaciſſimum fuit, & celerem ijs quæ diu iactata erant, finem impoſuit. Accepta enim tantæ pecunię tractandæ poteſtate, quam optare ille quidem potuit, ſperare verè nunquam potuit: iam totis modijs eam in manus nobilium & militum effundebat, eorumq; etiam qui eloquentia demulcere populum norant. In quibus ſacri ordinis haud pauci erant. Hinc crebra concilia ab his omnibus indici: patriarcha vrgeri ne ceſſaret, ſed expergiſceretur, eamq; rerum curam ſuſciperet, quam tempora poſtularent. Neque enim parum referre: nec eius generis eas eſſe, quæ ſemel neglectæ in integrum reſtitui poſſint, ſed in præſenti exitij diſcrimine verſaturas: quemadmodum magnum nauigium in medio pelago, gubernaculo amiſſo, aut amplum ædificium fundamentis labefactatis. Statim autẽ in ore erat omnibus Michael Comnenus Palæologus, & prudentia & vſu rerũ tantæ Imperij moli ſuſtinendæ par, donec Imperatoris filius ad maturã ætatem perueniſſet. His vocibus etiam patriarcha eſt aſſenſus, eamq; ſententiam approbauit. Itaq; Reipublicæ præfuit Comnenus Michael, omni autoritate, Imperatorijs inſignibus exceptis, præditus. Hoc Michaeli fuit initiũ & primus gradus ad Imperatoriũ faſtigium aſcendendi. ex eo .n. ſecundis ventis, & plenis (quod aiunt) velis in Imperij portum eſt inuectus.

*Gratia Paleologi.*

*Claues fiſci.*

*Sacra pecunia.*

*Imperij adminiſtratio Paleologo committitur.*

QVEMADMODVM MICHAEL PA-
*leologus Deſpotes ſit deſignatus.*

PAucis diebus elapſis, aliud concilium eius ſtudioſi indicunt: negantes oportere eum qui negocia Imperij & Reipub. adminiſtraret, multarumq; gentium legationes audiret, dignitate regiæ proxima carere, tum honoris cauſa populi Romani, tum etiam ad ſtatum interregni firmandum. His de cauſis igitur Deſpotæ titulo ornatur, tam à patriarcha, quàm à filio Imperatoris.

DE BELLIS THESSALICIS.

SVb hæc, quum Michael Ætoliæ & Epiri Deſpotes ſoceri ſui Theodori Imperatoris obitum, nullo maturæ ætatis ſucceſſore relicto, audiſſet, eáq; de cauſa magnis agitari turbis proceres Romanos: cæteris curis omnibus repudiatis, ſe paruo labore magni principatus eſſe potiturum ſperauit. Neque enim Romanos, domeſticis negocijs ita intricatos & diſtractos, vt omnis eorum cura in ijs conſumeretur, ſuas in Macedoniam & Thraciã impreſsiones propulſandi facultatem habituros. Igitur magnum è ſuis prouincijs exercitum contrahit, & longè maiorem à fœderatis accipit. Nam legatione eius benigniſsimè audita, celerrimè adſunt Peloponeſi & Achaiæ princeps, qui filiam eius Annam in matrimonio habebat: &, qui tum in Sicilia regnabat, Manfredus, cui & ipſi filia eius Helena nupta erat: copias ſecum adducentes, vt ferebatur, propè innumerabiles. Nec enim tam adiuuandi Michaelis, quàm ſuas ditiones amplificandi cauſa, & alienas vrbes occupandi, aderant: ſpe cõncepta, Romanas prouincias omnes, ab Ionio ſinu Byzantium vſque, ſe ſtatim abſque labore ſibi vendicaturos: & haud ſecus quàm ſi iam earum poſſeſsionem firmaſſent, ſorte illas, priuſquam bellum inchoaſſent, diſtribuerunt. Hoc illuſtri & memorabili apparatu Michael Comnenus Palæologus audito, modò Deſpoticum titulum adeptus, magiſque firmata ſuæ poteſtatis autoritate, nulla mora interpoſita, fratrem ſuũ Ioannem Sebaſtocratorem cum magnis copijs obuiam illis mittit: adiunctis eidem Senatorij ordinis illuſtribus viris nõ paucis qui aliquem rei militaris vſum haberẽt: in quibus etiam Cæſar erat Conſtantinus, vterinus eius frater: & Alexius Strategopulus, magnus Domeſticus: prętereaq; Cõſtantinus Tornicius Sebaſtocratoris ſocer, magnus Primicerius. Factum hoc eſt poſt æſtiuum ſolſtitium, ſub ipſum Orionis & caniculæ exortum. Igitur Helleſponto celerrimè traiecto, vnà per Thraciam & Macedoniã proficiſcentes, Romanas eorum locorum legiones ſecũ adducunt, quæ ſparſim in vrbibus, & oppidis & agris ocium tum agebant. Sed cum iamiam autumnale ęquinoctium inſtaret, ad Achridam & Deabolim, Macedonię caſtella munitiſsima, perueniunt. Inter quæ caſtris poſitis, hoſtes etiam Aulonis planiciem tenere audiuerunt, vt caſtra vtrorumq; interiecto monte diuiderentur, Romanorum verſus Septentrionem, hoſtiũ ad Auſtrum vergentibus, qui Bellegradum caſtellum altiſsimum & ſupra nubes ferè eminens circumſedentes oppugnabant: eo conſilio, inani quidem illo & ſtulto, vt eo potiti, inde velut è ſpecula in omnes alias Romanas prouincias excurrerent, inſtar magni fluminis ex alto monte in ſubiectam vallem cum impetu ruentis. Ignari nimirũ, ea ſe animis agitare, quæ non ſucceſſura eſſent: nec reputantes, omne corporum robur, omnem equitatem, armorumque apparatum, Deo non adiutante, ab agmine formicarum protſus nihil differre. Itaque arrogantia & inuicti roboris opinione tumidi, ac ſecuri, Romanos inuadunt, conuenientem vanis cogitationibus exitum ſortiti. Romani verò, qui ſeſe abſque diuina ope nihil eſſe intelligerent,

*Deſpotæ Aetoliæ et Epiri fœderati, et generi.*

*Duces à Paleologo cõtra Deſpotẽ miſſi.*

*Bellegradi oppugnatio.*

*Heu nihil inuitis fas quenquã fidere Diuis.*

telligerent, omneſq́; conatus ſuos ad eam referrent, dimicare cum longè pluribus non dubitarunt, & illuſtrem Deo adiuuante victoriam ſunt adepti. Nam cum propius hoſtem caſtra mouiſſent, quendam mittunt hominem valde idoneum, ad concitandos & conturbandos hoſtiles exercitus. Neq; enim id fieri non poterat, cum Achaiæ princeps & Siciliæ rex alterius eſſent nationis & gentis, quàm Angelus. Statim igitur is noctu per ſpeciem transfugæ ad hoſtes tranſit, & clàm cum Angelo Michaele principe Ætoliæ congreſſus: Scito, inquit, hodie tibi & tuis omnibus magnum periculum impendêre. Ambo enim generi tui, tam Peloponeſi & Achaiæ princeps, quàm Siciliæ rex, clàm per legatos pacem Romanis offerunt, ſi ſibi certæ largitiones dentur. Si ergo ſalus tua curæ tibi eſt, quàm primùm tibi proſpicito, priuſquam illorum pacificatio & cõcordia rata fiat. Obtemperat Michael & re paucis ſuorum, quibus poterat, & tempus ſinebat, clàm indicata, ante ſolis ortum fugit: eumq́; alij atque alij, cum fugam ſuſurrari audirent, ſequuntur. Ita ſparſim omnes Michaelis milites alij alios fuga anteuertere ſtudentes, in pedes ſeſe coniecerunt. Manè verò ſocij experrecti, fugaq́; Michaelis cognita (cuius quæ cauſa eſſet, nulla conſequi coniectura poterant) obſtupeſcebant: nec armis laceſſendos eſſe Romanos ſtatuerunt, tum quòd quid ageretur, ignorarent, tum ob numerum ſuorum valde imminutum. Itaq; in fugam vertuntur, ſe à Michaele proditos eſſe rati. Eos igitur ita turbatos aggreſſi Romani, maxima ex parte cæciderunt: cæteros, paucis exceptis, viuos ceperunt, inter quos & Peloponeſi & Achaiæ princeps fuit. Siciliæ verò rex cum paucis ſuorum clàm effugit.

*Transfugæ hoſtiũ conſilia perturbat*

*Peloponeſium et Siculorum cædes.*

*Princeps Peloponeſi captus.*

## *NICEPHORI GREgoræ hiſtoriæ Romanæ liber quartus.*

### CAPITA LIBRI IIII.

*De Paleologi deſignatione.*
*De iureiurando Paleologi.*
*De coronatione Paleologi, in qua rurſus aliud iuſiurandũ exactum.*
*Vt Peloponeſus à Romanis recuperari cœperit.*
*Rurſus de Scythis, vt Euphratem tranſierint.*
*Quemadmodum Conſtantinopolis à Romanis recepta ſit.*
*Paleologi Imperatoris in vrbem ingreſſus.*
*Expeditio Cæſaris contra Michaelem Theſſalum fœdifragum.*
*De excæcatione hæredis Imperij Ioannis.*
*De Paleologo ſacris ab Arſenio patriarcha interdicto:*
*Arſenij patriarchæ exilium, & Germani in ſede illius collocatio.*
*De Icario Eubœo.*
*De Scytharum in Thraciam incurſione.*
*De Aegyptijs Arabibus.*
*De Celtegalatarum expeditione.*
*De Ioſepho, qui Germano patriarchæ ſucceſſor datus eſt.*
*De magno bello, quod Romani Theſſalico Sebaſtocratori intulerunt.*
*De nauali Romanorum & Eubœorum pugna ad Caſſandriam.*

QVAE cùm ibi ita gererentur, viri autoritate & nobilitate præſtantes, circa Magneſiam clypeo inſidentem Michaelem Palæologum, Imperatorem appellant. Quo patriarcha Arſenius audito vehemẽter perturbatus, pueto metuebat: ac primùm in animo habuit, tam eum qui appellatus eſſet Imperator, quàm qui appellaſſent, ſacris interdicere. Deinde mutato conſilio, moderatius & melius eſſe ratus eſt, eos ſancto iureiurãdo aſtringere, ne vel pueri vitæ inſidiẽtur, vel de Imperio illi per vim aut fraudem eripiendo cogitent. itaque factum eſt Calendis Decembris. Sed priuſquam menſis elaberetur, ijs ipſe qui hæc timuerat, & illa ipſa pro ſecuritate pueri egerat, ſuis manibus, in ſacro ſuggeſtu Michaelis Palæologi capiti coronam imponit, & Imperatorio diademate virum ornat, ſententijs Senatus & ſacri ordinis impulſus. Cæterùm non perpetuum illi decernit imperium, ſed quòd tum rebus ita cogentibus id ab eo adminiſtrandum eſſet, donec legitimus illius hæres & ſucceſſor adoleuiſſet: tum verò illi ſoli cedendum eſſe vitiò & ſolio regio, & omnibus Imperij inſignibus. Atq; his ſanctiore iureiurando quàm prius firmatis, velut optimũ Imperij auſpicium, victoria Romanorum Occidentalis ei nunciatur: pauloq́; pòſt autores illius adſunt, Peloponeſi Achaiæq; principem & multos alios captiuos adducentes, & iuſtis laborum ſuorum præmijs & honoribus afficiuntur. Nam Sebaſtocratori Deſpotica poteſtas ab Imperatore decernitur: Magnus Domeſticus Cæſar, Cæſar verò cum Deſpote ſocero Sebaſtocrator appellatur: ſoceri verò illuſtre diſcrimen in cæruleis calceis aureæ aquilæ intertextę conſtituebant. At Peloponeſi & Achaiæ princeps, redimendæ vitæ & libertatis ergò, tres optimas Peloponeſi ciuitates dat, Monembaſiam, Mainen ad Leuctra ſitam, quæ olim Tænarium promontorium dicebatur, & Spartam principem Laconiæ vrbem: itaq; ſuis, velut ex inferiorum faucibus, ereptus reſtituitur. Vrbibus verò illis vterioris Imperatoris frater Conſtantinus præficitur, quem, vt modò diximus, è Cæſare Sebaſtocratorem fecerat. Quò cùm perueniſſet, Latinos Peloponenſes ſæpenumero vicit, & multas alias vrbes ſubegit, opportunitate trium illarum vſus. Poſt hæc Arſenius, relicta ſede patriarcha, ſe in maritimũ Paſchaſij monaſteriolum, quieſcendi cauſa contulit. Cauſa illius receſſus fuit, Ioannis contemptus, Imperatoria Laſcaria filij. Miſerat enim eum paulò pòſt ante Imperator Michael Palæologus Magneſiam cuſtodiendum, ne præſentia eius quoſdam, alioqui rerum nouarum cupidos, commoueret. Proinde Nicephorus Epheſi metropolitanus ſucceſſor illi datus eſt: qui vno anno in ea dignitate exacto, mortem obijt. Imperator verò cum magnis copijs in Thraciam profectus, ſuburbana Conſtantino-

*Arſenij perturbatio & inconſtãtia.*

*Conditiones coronationis.*

*Victorib. ducibus noui tituli conferuntur.*

*Monembaſia, Maine, Sparta, Romanis redditæ.*

*Arſenius monaſterium ingreditur.*

*Palæologus Byzantium tentat.*

*Galatæ caſtellum.*

ſtantinopolis, fortunæ bellicæ rentandæ cauſa, inus ſurus putabsrur: & cũ ſotis ad rempus commoratus eſſet, caſtellum Peræ cognomento Galatæ primùm oppugnauie, quaſi facile pòſt, Illo potitus, eriam vrbis potiturus. Sed ea ſpes nihil vtique ſuit aliud, quàm ſomnium vigilantis. Nam cùm id multis machinis ſaxa eiulantibus circumdediſſet, & ſæpe impetum in id feciſſet, capere tamen hand potuit. Vude Byzantino agro finitima caſtella muniuit: & militibus præſidiatijs mandauit, vt crebtis incutſionibus atque inſidijs Byzsntinos Latinos inſeſtarent, ne (ſi fieti poſſet) illis vel proſpicere extra mœnia liceret. Quæ tes ad tantam illos egeſtatem sedegit, vt ob lignotum inopiam plutimas & pulcherrimas vrbis ædes deſtruerent, vt neceſſarijs ignibus matetia ſuppereret, Inde Niceam redijt, quæ poſt Byzantij vaſtationem regia Romanorum fuit: ibiq́; diu commoratus eſt.

*Nicea Byzantij vicaria.*

## RVRSVS DE SCYTHIS.

CÆterùm his temporibus Scythæ, etiã Euphrate ſupetato, Sytiam vſque ad Palæſtinam & Arabiam ſubigunr: (neque enim auatitia humans facilè conquieſcit, dum conatibus fortuns reſpondet) & multis manubijs onuſti, domum inde redeunt: cum reliquijs Syrorum, Arabũ & Phœnicum, veluti miſeris mancipijs, annua tributa imperaſſent. Anno ſequenti, etiam in Aſiam intra Euphratem irrumpuut, eamq́; prædati facilè ſubigunt: limitibus excurſionis & motus illius conſtitutis, verſus Septentrionem Cappadocia & flumine Thermodonte: ad meridiem Cilicis, & Thauri montis Aſiæ maximi pattibus, quæ paulò pòſt eius initium multiſariam diuiduntut. Deinde Turcorum quoque regia potiuntut. Quare Sultanus Azatines, cum fratre Meleco exul, ad Romanorum Impetatorem Michaelem Palæologũ confugit, magna ſpe ftetus, quòd non ita pridem liberaliter & munificè ipſum etiam tractaſſet, iminens ab Imperatote diſctimen ſugientem, & plurima terrorum illorũ veſtigia in animo circumferentem. Quæ cùm in memotiam illi reuocaſſet, petit vt vel opem ferar contra Scythas, vel pattem aliquam Romani agri, ac veluti coloniam ſibi aſsignet, in qua cum ſuis tutius confidere queat. Adducebar enim ſecum vxorem & liberos, ſamuloſque multos, prætereaq́; magnas diuitias. Imperatori autem tot vndiq; bellis vrgentibus, non committendum eſſe viſum eſt, vt Romanas copias comminueret. rerræ autem partem tanto viro qui tantis prouincijs imperaſſet, & regio ſaſtu ab ineunte ætate educatus eſſet, aſsignare, ne ipſum quidem ſuſpicione carere, aut metu in poſterum. Neceſſe enim eſſe, vt ſubiecti Satrapæ ducem ſuum quærant & alibi atq. alibi diſperſi: &, veluti planetæ, noctu oberrantes, ad eum qui facem præferat ac viam monſtret, concurrant, ac tandem Romano inſigni dettimento afficianr. Vnde animum eius, velut in æquilibtio nutantem, ſpe veluti paraſitum alebat.

*Azatinis Turci fuga ad imperatorẽ.*

## EXPEDITIO ADVERSVS DEſpotam Aetoliæ & Epiri.

DVo perpetui anni exierãt, ex quo Michael Imperatorio ſolio potitus, Occidentalia & Theſſalica arma repreſſerat (de pugna Acarnanũ & Ætolorũ loquor) cum malæ illius radicis mala & ſpinoſa germina repullulaſceret, perfidiaq́; Michaelis ac bellici tumultus renouarentur. Imperator igitur celeriter aduerſus illũ Cæſarẽ Strategopulũ, Bithynis illi paulum ſupra DCCC. datis mittit: reliquos milites, quotquot res poſtularet, è Thracia & Macedonia cogere iubet. Mandat etiã, vt cum Bithynis militibus obiter per ſuburbia Byzantij tranſitet ad Latinos perturbandos, ne protſus ociũ agere, quietiq́; eſſe ſinerentur: aut multũ extra mœnia, quoties libitũ eſſet, euagarentur: ſed in perpetuo metu eſſent, & tanquam in carcere incluſi. Itaq; Cæſar Propontide traiecta, caſtriſq́; circa Rhegiũ poſitis, in circumſoraneos quoſdam homines incidit, magno arcanoq́; cuncta gubernantis Prouidentiæ conſilio: quę ſæpe multitudini equorũ & exercituũ non ſubſeruit, exiguis verò copijs & parum locuplete ſpe fretis magis adeſt, maximaſq́; victorias largitur. Nam illorũ ſpem arma ſæpe & reliqui apparatus abundantia velut adultera, nec ſurſum ferri ad vitæ neciſq́; dominũ ſinit, ſed graui quodam pondere deorſum premit, humiq́; verſari cogit: horum contrà fiduciam penuria expeditiorem facit, ac propemodum ad percurrendum cœlum impellit, ac votis ardentioribus ſupernam dexteram euocandã. Hinc eſt quòd multi magna ſpe deiecti, contrarium experiuntur: alij verò ex inopia & ſui deſperatione maximos triumphos ſunt adepti. Ecce enim Imperatores tribus haud pauciores, cum maximis ſæpe copijs Conſtantinopolim aggreſsi, re infecta diſceſſerunt, cum nec ad ipſa mœnia propius accedere licuiſſet. At Cęſar eandem cepit, cum ne millenarium quidem exercitũ adduceret, nec vllas machinas ad deijciendos muros paratas haberet, ſed à ſola diuina ope penderet. Cepit autẽ ſic. Cum in illos viros incidiſſet genere Romanos, Cõſtantinopoli verò natos, qui ob ruſticum opus condendaſq́; fruges foris agant: rogauit eos, quales & quantæ eſſent Latinorum vires: aliaq́; à Duce inquirenda, longo præſertim vſu exercitato. His verò, cum Latinorum iugum longo iam tempore moleſtè ferrent, & alioqui etiam populariũ ſuorum quàm alienarũ conſuetudine vti mallent, optatiſsimus Cæſaris aduentus fuit: eiq́; cuncta perſpicuè narrauerunt, conſiliaq́; proditionis cum eo agitauerunt, & maximorũ præmiorum pollicitationes cupidiſsimè, veluti re minimè dubia, admiſerunt. Nam Latinorum vires non exiguas modò nunc eſſe, ſed etiam maximã earum partem abeſſe, in Daphnuſiæ (oppidum id Euxini ponti eſt, multis aquis circũdatum mille ſtadijs à Conſtantinopoli diſsitum) obſidione ſibi verò facile eſſe noctu illi patefacere ingreſſum, atq; etiam aſcitis amicis opem ei laturos eſſe, & manu & armis & totis viribus ad hoſtes vlciſcendos: quòd & ædes ſuæ port[illegible] contiguas

*Obiter tentandũ Byzantium.*

*Modeſtiæ adeſt Deus.*

*Byzantij proditores.*

*Daphnuſia.*

tiguæ eſſent, quæ rectà fanum Deiparæ Fontanæ ſpectaret: occultumq́; ſcire aditum, quem vetus quidá cuniculus vltrò præberet: per quem quinquaginta armati ingreſsi, occiſis vigilibus, effractaq́; porta, facilem ingreſſum vniuerſo exercitui patefacturi eſſent. His illi dictis domum reuerſi, paucis diebus interiectis, quæ verbis promiſerant, rē ipſa præſtiterunt.

## RECVPERATIO CONſtantinopolis.

*Byzantiū à Cæſare incēditur.*

CAESAR verò ſub diluculum vrbem ingreſſus, ibiq́; certo in loco acie ad pugnam inſtructa, vno die exacto, poſtridie ignem iniici ædibus, & quatuor in locis vrbem incendi iubet, vt gemino bello exitium Latinis machinaretur. Regia Latinorum erat Pantocratoris monaſterium. Qui verò tum Conſtantinopoli regnaret, Balduinus erat, Balduini primi ex ſorore nepos. Ei enim frater Henricus ſucceſsit: huic ſororis Iolentæ primogenitus filius Robertus: Roberto frater ætate proximus Balduinus, quartus & poſtremus à Balduino primo Conſtantinopolis rege. Is manè cùm ſurrexiſſet, & hoſtes in vrbe eſſe audiuiſſet, ſimulq́; vrbem flammis circundatam conſpexiſſet, quæ actæ vento mox ipſius quoq; regiam inuaſuræ eſſent: primùm arma & bellū ſpectauit, coactis ſi qui aderant Latinis militibus. Sed cùm ſtatim animaduertiſſet, irritum eſſe conatum ſuum: & inſignia regni & ipſum regnum valere iubet, ac nudus cymba quadam arrepta, fuga ſalutē quærit. Cuius rei fama eodem die ad eos qui Daphnuſiam obſidebant, affertur: qui ea relicta, poſtridie quàm celerrimè poterat, præter & circum mœnia vrbis nauigantes conſpiciuntur, & labentes Latinos, quatenus licebat, acetuarim recipientes. idq́; à veſpere vſq; ad diluculum continenter fecerunt. Sub auroram verò expanſis velis rectà verſus Italiam curſum intenderunt, multum & ipſi adulterinam patriam valere iubentes.

*Paleologi Lætitia de recuperata vrbe.*

Lætus autem bene geſtæ rei nuncius, cum celerrimè Nicæam ad Imperatorem perlatus eſſet, is initiò credere non potuit cogitans, ſe non ita pridem maximo cum exercitu maximoq́; machinarum apparatu exiguum Galatæ oppidulum expugnare non potuiſſe: & nunc audire, Conſtantinopolim, tantum orbis terrarum miraculum, adeò facile ab ... viris eſſe captam.

*Ludit in humanis diuina potentia rebus.*

Deinde cum ſe colligiſſet, ac reputaret, Prouidentis numinis etiam arida reflorescere, & pauperes ditari, & imbecilles confirmari, & paruos amplificari: contraq́; fieri, cum diues ſuis opibus glorietur, & potens ſuis viribus intumeſcat: gratas manus ad Dominum extendit, & multos hymnos huic argumento conuenientes recitauit. Ad hunc ergo modum eo nuncio affectus, in eo fuit, omiſſis alijs rebus omnibus, vt cum vxore & Andronico filio, tum bimulo, reginam vrbium ingrederetur.

## INGRESSVS IMPERAtoris in urbem.

*Deipara ἀδηγήτρια imperatorem præcedit.*

POſt dies complures Imperator Conſtantinupolim intrat: non prius tamen, quàm ſacroſanctæ Deiparæ, quam quaſi viæ monſtratricem Hodogetriam vocāt, imago, per portam, quam Auream dicunt, ingreſſa eſſet. Vbi cum illi gratiæ hymnis actæ fuiſſent, tum demū pedes, præcedente ſacroſancta imagine, eſt ingreſſus: & in palatio, quod Hippodromo proximum eſt, habitare cœpit. nam Blachernium longo iam tempore neglectum, & fumo ac puluere plenum erat.

*Byzantij vaſtitas ex incuria Latinorū.*

Tum verò principem vrbem, vaſtitatem eſſe cerneres, ruderibus & tumulis plenam: ædes alias euerſas, alias magni incendij paruas reliquias. Nam prius etiam vis flammarum, pulchritudinem eius & potiſſimum ornatum abſumpſerat, cum Latina ſeruitute opprimaretur. Oppreſſam verò illam adeò non curarunt, vt etiam noctu atque interdiu deſtruerent. quippe Latinis firmam eius poſſeſſionem deſperantibus: Deo, opinor, occultis vocibus, quid futurum eſſet, illis ſignificante. Nec mediocriter illam poſtremus ille Ignis deformauit, quem Romani proximè, ad terrorem Latinorum, dumibus iniecerant.

*Vrbis inſtauratio.*

Prima igitur & præcipua Imperatoris occupatio fuit, vt eam repurgaret: ac multiplicem illam confuſionem, quoad liceret, eleganti ordine exornaret. Proinde templa nondum collapſa fulciuntur, & vacuæ ædes habitatoribus complentur.

*Arſenius patriarcha Byzantiū vocatur.*

Altera, vt Arſenius patriarcha ſedem Byzantinam tum vacantem occuparet: idq́;, reuocato illo, factum eſt, partim volente, partim nolente. nolente, propter ſuperiores offenſas: volente, quòd & ipſe Imperatricem vrbem ſpectare cupiebat, & amore gloriolæ non prorſus inuictus erat. Homo enim & ipſe erat: neque noui quicquam, ſi minus ille quidem quàm ambitioſiſſimi, ſed non-

*Ambitio moderata.*

nihil tamen gloriæ cupiditate moueretur: ac potius non tam ſedem adamaret, quàm ſortem quæ iure ſibi obueniſſent, ſpernere, iniquum iudicaret.

*Alexij Cæſaris triumphus.*

Tertia vt Alexium Cæſarem pro dignitate remuneraretur, cuius opera Deus Imperatricem vrbem Romanis donaſſet. Iubet igitur triumphum frequentiſſimum & ſplendidiſſimum indici: & Cæſarem cum maxima pompa per totam vrbem incedere, non Cæſaris tantum inſignibus ornatum, ſed etiam precioſa corona, eáque parum abeſt quin Imperatoris dicam, redimitum. Præterea mandauit, vt nomen Cæſaris per integrum annum, vnà cum Imperatorum in omnibus Romanis prouincijs, hymnis, alijsq́; laudibus celebraretur.

*Nullū gaudium perpetuum.*

Ac Cæſaris quidem fœlicitates hæ fuerunt. Inuidiæ autem autori eſt in more poſitum, vt acerbas aliquas calamitates atque infeſtas proſperis ſucceſſibus admiſceat, tanquam ſegeti lolium, nec vllum ferè humanæ vitæ gaudium ſolidum ac perpetuum eſſe patiatur.

*Philippi Macedonis votum.*

Quæ Philippo Macedoniæ tyranno cauſa fuit, vt cum tres vno die ſucceſſus obtigiſſent, lætitia quidem exularet: non tamen illis inſolenter gloriaretur, ſuperciliáve attolleret: ſed cum inuſitatis proſperitatibus, grauiores calamitates ſolere comites eſſe intelligeret, euentus illos moderatius tulit. ma-

giſq́;

gisq; de futuris ſolicitus, quàm præſentibus læ„tus, cùm aſſurrexiſſet: O Dij immottales (in„quit) mediocrè bonis hiſce malum admiſcete, „ne tanrotum bonorū voluptaribus elati, iu ma„lorum barathrum præter opinionem præcipi„temus. Sic igitur Telchines quidam his exercitati artificijs, in Cæſaris etiam res ſecundas inuidis oculis coniectis, citra moleſtiā omne tempus ætatis eum degere, vt ſuo loco dicetur, non ſciuetunt.

## EXPEDITIO CAESARIS ADVERſus fœdifragum Michaelem.

POſt magnas enim victorias iſtas & triumphos, Cæſar iterum ab Impetatore eodem mittitur, ad Michaelé Epiri & Ætoliæ Deſpotam vlciſcendum: qui limites ſuos tranſgreſſus, Romanos fines vaſtabat, vt antè diximus. Ille verò Thracicis & Macedonicis exercitibus coactis, iuſtaq; manu facta, hoſtem inuadit. Sed poſt multas belli viciſsitudines, ac variam Martis aleam, Romani vincuntur, Cæſarq; viuus capitur: cuius victoriarum & triumphorum fama non ita pridem & Auſtrum & Septeutrionē ſtupore affecerat. Sic nihil humaui firmum ac certum eſt, ſed omnia incetto euentu velut in mari æſtuant & affli&tantur. Abſtruſus quidam errot „humanæ peritiæ & cognitioni inſultat, ſurſum „deorſumq; trahens ac permiſcens omne conſi„liorum ſtudiū, & velut teſſetas euertens, firmis decretis nixas deliberationes. Cyrus qui olim Perſis, Medis, & Chaldæis impetauit, cum Aſiæ maximam partem percurriſſet, & Babylonem Aſiæ decus facilimè cepiſſet, acie cum Maſſagetica muliercula congreſſus, à fortuna turpirer deſtituitur. Hannibal Carthaginenſis, qui omnem Libyam & Africam domuit, poſt Ibericas illas & Celticas victorias, poſt aſperrimas Alpes ſuperatas, poſt mitabiles victorias de Romanis partas, paulò pòſt vnius Romani ducis arma, idq; in patria ſua, tolerare non potuit, ſed funditùs euerſus, exilium exilio mutauit, ac potius crudeliter à fortuna exagitatus eſt. Pompeius magnus, Romanus Conſul & Imperator, cum victor Aſiam vſque, ad Caucaſeas rupes & mare Caſpium percurriſſet, & plurimis nationibus ſubactis, Romam infinitis pecuniarum aceruis collocupletaſſet: à perexiguo tandem exercitu atque à ſuis profligatus, omnem ſuam gloriam amiſit. Ita is de quo nunc agimus, Cæſar, maximis rebus heri geſtis, hodie obſcurioribus certaminibus oppreſſus iacet: Deo huiuſmodi ex„emplis arcanam doctriuā explicante, vt noſtria „viribus, cum à deterioribus ſuperamur, agnitis, magnorum atq; admirabilium ſucceſſuum cauſas vni planè Deo acceptas referamus. Cæterùm Cæſarem ita captum Michael peteuti Manfredo Siciliæ regi, genero ſuo, ſtatim miſit, quò ſuam ſororem illo liberato redimeret, quam Ioannes Ducas Imperator poſt Irenes obitum altéram vxorem duxerat, à Theodorico ipſius & Siciliæ regis patre acceptam: cui cum poſt coniugis obitum redire domum haud liceret, magna cum modeſtiæ laude viuebat, morumq;

*Alexius Cæſar capitur.*

*Inconſtantis fortunæ exēpla.*

*Cyrus.*

*Hannibal.*

*Quæ norent docent.*

*Cæſaris liberatio.*

honeſtate vultus ſui ſplendorem ſuperabat: eóque pacto vrbs adamatum ſuum Cæſarem recepit, Deinde Michael Ætoliæ Deſpotes Nicephoro filio viduo vxorem quærés, Imperatoris conſobrinam Annam accipit: quo cōiugio pax cum illo firmata eſt. Enimuerò Imperator cùm Conſtantinopolim iam tenens, rum res proſperè ſibi ſuccedere cernens, ſecuudæque fortunæ aura ferri, planè iam imperium ſibi vendicare ſtatuit, omnemq; metum ſibi imminenrem funditùs extirpare: veritus, ne fortè tandem ij qui nunc clàm ſe deuouerent, iramq; magno cum dolore premetent, non paruo prætextu ſucceſſionis Imperij & paternæ hæreditatis freti, inſidijs in apertam vim commutatis, maximum ſibi & capitale periculum crearent. Igitur Latino cuidam, qui è Peloponeſo negocij cuiuſdā cauſa obirer in vrbem venerat, nobili quidem illi, ſed non illuſtri, Belicurto nomine, Theodoram, vnam è Theodori Laſcatis filiabus deſpondet, eumq; hortatur vti ſecū eam abducat: alteram Irenen comiti cuidam Genuenſi deſpondet, nomine Vigintimilio, qui & ipſe forte fortuna Conſtantinopolim venerat, & eum quoq; domum redire ſinit: fratrem verò earum Ioannem, qui iam decimum agebat annum, oculis priuat.

*Nuptiæ Deſpotæ & Annæ.*

*Palæologus regnū firmare conatur.*

*Theodora Laſcarina Belicurto nubit.*

*Irene Vigintimilio Comiti.*

## DE IOANNIS SVCCESSOris Imperij excæcatione.

SVcceſsione Imperij ad hunc modum citra vllam ſuſpicionem aut metum confirmata: patriarcha Arſenius, audita Ioannis excęcatione turbatus, exilit, ſurſum deorſumq; in ædibus curſitat, vociferans, plorans, pectus palmis acriter plangens: animoq; grauiſsimis doloribus ſauciato, facinus illud palàm cum crebris ſuſpirijs deteſtatur, & ſolem ac elementa iu vltionem vocat. Sed cum quiritando ac lamentando nihil proficeret, alia ratione inita, ſacris interdicit Imperatori. Mentiouem tamen eius in pſalmodijs nō ſuſtulit, veritus, ne per iracundiam grauius aliquid in Eccleſiam conſuleret: neue fumum (quod aiunt) fugiens, in ignem incidere cogeretur. At ille mulctam moderatè ferens, compluribus diebus ſupplici geſtu & habitu, reſtitutionem in integrum expectabat. Sed cùm ſpe fruſtraretur, ad vltionem conuerſus, non eam quam potentiæ licentia ſuadet, nec aperta vi graſſatus, Pontificum concilium indicit: eaq; crimina quæ ſparſim à quibuſdam contra patriarcham ſuſurrabantur, in vnum quaſi faſcem collecta, in canonicam diſquiſitionem vocari iubet. Mādato illo (quid dicam?) ij quos Dominus alijs fraternæ charitatis exemplum eſſe iuſsit, accepto, concilium cōtra Principem fratrem in palatium conuocarunt: & vt accuſatores in medium prodirent, proclamarunt. Ii verò, aſius alium anteuertere ſtudens, accurrerūt. Crimini autem dabatur, Sultanum Azatinem, cum ſacra doxologia peragererur, ſæpe interfuiſſe, & intra templum cum patriarcha collocutum eſſe: quamuis & Imperatori & ſacerdotibus conſtaret, quòd is & Chriſtianis parenti-

*Arſenius Palæologo ſacris interdicit.*

*Palæologus patriarchā loco pellendum curat.*

*Sacerdotū temeritas.*

*Crimina patriarchæ obiecta.*

*Azatines Chriſtianus.*

bus ortus, & ſacro baptiſmate ioitiatus eſſet, ac fortunæ quodam impetu (vt multa præter ſpem eueniunt) Soltanus & princeps Turcorum extitiſſet, ac tum quidem pręcipua religionis capita in animo cōſeruaſſet: nuoc verò Conſtantinopoli & ſacras imagines veneraretur, & omnia palàm Chriſtianæ pietatis inſtituta tueretur. Quæ cum arma patriarchæ firma ſuppeterent, oppognatores eius vt abrogationi aduerſantia retundebant, primùm incerta atque obſcura, pòſt etiam planè commentitia eſſe dictitantes. Acceſſitur patriarcha ad caoſam dicendam: indicio ſe oon ſiſtit. conciliom iuſſu Imperatoris indictum eſſe, qui ipſe aduerſatius & prætor eſſet, excipit. Igitur eum cootumacem condemnant, & ſede cedere iobent: vnaq; adſunt, qui in exilium eum abducaot. Is verò, qui & ocium longo iam tempore deſideraſſet, & eom rerum ſtatum moleſtè ferret, vltrò eos à quibos abducebatur, eſt ſecutus.

*Arſenij exilium.*

ARSENII PATRIARCHAE EXI-*lium, & Germani ſucceßio.*

Cum tertio die in Præconeſum perductus eſſet, Adrianopolitanus epiſcopus illi ſubrogatur, amicitię vetuſtate cum Imperatore coniunctus, qoi ea dignitate illū ceu debito præmio remuneraretur. Nam ſuperioribus temporibus illi meto Theodori Laſcatis Imperatoris ad Sultanū ſugieoti, in extremis tum Romanorū finibus monaſticā vitā agens, lætus occurrerat: ſplendideq; exceptum, & liberali viatico inſtructum proſecutus erat: deinde imperio potitum acceſſerat, & poſt multos alios honores etiā Adrianopolitano ſolio accepto, inde modò in patriarchicam ſedem transferebatur.

DE ICARIO EVBOICO.

Sub hoc tempus Icarius quidam, ab Eubœæ principe, quæ Venetorum prouincia eſt, capta Conſtantinopoli cùm deſeciſſet, nec paucos alios Eubæos ſibi aſciuiſſet, munitam arcem occupauit: è qua crebrò deſcendens, è finitimis agris & villis prædas egit: atq; agreſtes ita breui tēpore perterreſecit, vt nec extra mœnia habitare, nec in agris & villis ſine ſpeculatore verſari auderent, nec diu cunctatus, munito etiam oppidulo potitur, vnde aperto Marte eum Eubœæ prætore congredi auſus ſuit, Tamen veritus ne ab illo copijs maioribus inſtructo caperetur, per legatos ſocietatem Imperatoris petit. qoa impetrata, & oppidulo iuſto præſidio firmato, vltrò ipſe Imperatorem adit, cùm alia pollicens: tùm, ſi iuſtum exercitum accepiſſet, nihil prohibere quo minus vniuerſam Eubœam illius Imperio ſubijceret. Celeriter igitur cum multis Romanis militibus abit, priuſquam acceſſum eius Eubœi animaduerterent. Sed Latini ſupercilij gnarus, nec Eobœæ prætorem cōmiſſurum ſciens, quin peregrino exercitu viſo, ex vrbe ſubitò erumperet: noctu multos milites circa vrbem in inſidijs collocat, deinde

*Eubœæ recuperatio.*

manè ipſe ſeſe populabūdus oſtendit. Itaq; Latinos ſubitò arma cum ſuo duce arripere, & hoſtibus extra mœnia occurrere coactos, qoi in inſidijs erant, à tergo, à frōte verò Icarius cum ſuis adorti, prætorem quidem viuū capioot, & complures alios cum eo: cæteros verò cædunt. Prætor igitur Eubœę captiuus ab Icario, ad Imperatorem perductus, paulò pòſt obijt: obijt autem hoc modo. Regiam ingreſſus, & vt captiuū decet, ante fores ſtans, cum Imperatorem in ſolio conſidentem, Senatumq; omnem ſplendido & modeſto habitu circumſtantem: Icarium verò non ita pridem ſeruum ſuum, nunc ornata veſte & inſolenti geſtu introeuntem & exeuntem, & Imperatori in aurem inſuſurrantem coospexiſſet, abrupta ſtatim vita, proous humi coocidit, iniquæ fortunæ violentiam peroſus. Cæterùm pulſis vrbe Latinis, turba opificum & circumforaneorum hominum remaoſit, ex Venetis & Piſanis permiſta. Quare non tutum, nec paci accommodatom eſſe viſum eſt, etiam Geouenſes in vrbem recipere: eaq; de cauſa è regiooe, circa Galatæ locū, habitationes eis aſsignauit: etiam mercium immunitate donata, quā ante captam vrbem, illis promiſſam Imperator, ſi ſibi aduerſus Latinos adiumento eſſent, nunc præſtitit, quanquam abſq; illorum ope ea potitus. Magiſtratus verò, qui certis temporibus eò mittuntur, Venetorum Mpaiulus ſiue curator, Piſanorum Conſul, Genuenſium Poteſtas appellatur. At Balduinus periculo Coostaotinopolitano elapſus, in Italiam cùm peruenisset, cum rege Carolo affinitatē iunxit, illius filia ſoo filio deſponſa, illius opibus ſe Conſtantinopolim recuperaturum ſperans: inani vtiq; ſpe & cupiditate. Imperator enim maximam claſſem ornauit ſexaginta triremibus completis, tum ex alijs gentibus, tum ex Gaſmulicis: qui inter Romanos & Latinos educati, ab illis prudentiam in ſuſcipiendo, ab his audaciam in gerēdo bello ſumpſerant. Cum his erat etiam armatus oaualis exercitus Laconū, quos corrupta lingua Tzacones vocat, qoi ſe recens ad Imperatorē cootuleraot. Igitur claſsis adò ſplendidè inſtructa iuſſu Imperatoris incedebat, & maximū Latinis terrorem afferebat Recepit etiam Ægæi maris inſulas ferè omnes, Lemnom, Chium, Rhodom, cęteraſq; quæ Latinis ſeruierāt. In hac maritima occupatione denuò fidem fregit, & finitimā Romanorom ditionē vrere cœpit Ætolus Michael. Quo audito, mœrore & ira affectus Imperator, quamprimùm ipſe bellum ei inſert, ad motus illos comprimendos. Cùm autem in Theſſalia verſaretur, oſtentum io cœlo apparuit, vates & prænuncius malorum, cometes illuſtris, iuxta ſignum Tauri, noctu ſub diluculum, paulum ſupra horizootem: & quantum ſol procedebat, tantum indies & ille ab horizonte diſcedebat, donec tandem ipſum cœli medium præteriret. Nam cū is primùm viſus eſſet, ſolſtitiō æſtiuum fuit, Sole cancrum perambulante: cum laogueſceret atque extingueretur, idem ſol autumnale æquinoctium confecerat: tribus interim ſignis peragratis, cometa circa Taurum fixo, ac

*Prætor Eubœæ ſubitò moritur.*

*Galata Venetis, Piſanis & Genuenſibus aßignata.*

*Mpaiulus Conſul. Poteſtas.*

*Balduinus et rex Carolus Byzantio minantur.*

*Palæologi irrita expeditio cōtra Michaelem Deſpotam.*

*Cometa.*

paulatim euaneſcente. Qui cùm cladem minitari videretur, Imperator valere iuſſa Theſſalia, laxis habenis Byzantium contendebat: nam & fama Scytharum Iſtrum accolentium, qui mox in Romanos fines irrupturi eſſent, haud mediocriter eum turbabat: qui, priuſquam in vrbé rediſſet, vniuerſæ propè Thraciæ, inſtar exęſtuantis maris, & longè extra littora euagari, circumfuſi fuerant. Eſt enim expeditiſſima natio Scytharum, adeò vt ſæpè tridui iter vno die conficiant. Excurſionis autem eorum hæc cauſa fuit.

## SCYTHARVM IN THRAcian irruptio.

*Ioannis excæcationẽ ſoror vleiſcitur.*

CONſtantino Bulgarorum principi nuptam fuiſſe diximus Laſcaris Imperatoris filiã. Quæ cum fratris Ioannis excæcationem audiuiſſet, maritum ad illius facinoris vltionem exhortari atq; impellere non deſiſtebat. Illi igitur vindictæ occaſionem quæritanti & hæſitanti, rei aggrediendæ cauſam veluti flammæ materiam præbuit Sultanus Azatines. Nam abſente Imperatore, ad Ænum maritimum oppidulum degere iuſſus eſt, quod ei ſimul cuſtodię vice eſſet, ad ſuſpectam eius fugam prohibẽdam. Quod cùm ei malum intolerabile videretur, in cauſa fuit, vt per nuncios cum Conſtantino ageret, bellum Romanis illaturo: eique pecuniam non paruam, ſi eius ope liberatus eſſet, polliceretur. Qua occaſione Conſtantinus non parum confirmatus, cognito etiã Imperatoris è Theſſalis receſſu, amplius viginti millia Scytharum ad Iſtrum degentium accerſit: cum quibus celerrimè in Romanos fines impreſsione facta, ſeipſum etiam Imperatorem in itinere excepturum ſperabat. Scythæ igitur per omnem Thraciam ſagenæ inſtar dilatati, ad mare vſq; prouecti ſunt, vt neq; iumentorum, nec homo vllus, nec Imperator ipſos effugeret. Ac cætera quidem illis omnia ex ſententia ſucceſſerunt: ſolus autem Imperator elapſus, ſpem eorum fefellit. Nam cùm eorum incurſione anteuertiſſet, clàm per montes, qui iuxta Ganos ſunt, ad mare deſcendit, vbi diuina quadam prouidentia in duas Latinas triremes incidit: quæ cùm Byzantium iter haberent, ibi aquationis cauſa præteribant: in quas cùm ſe conieciſſet, biduo in vrbem peruenit. Scythis autem Imperatore fruſtratis, illud reſtabat, ne Sultano Azatine fruſtrarentur. Quare omnis eorum labor & curſus Ænum verſus rectà tendebat, vt illum aut ſolum volentibus ciuibus, aut iis inuitis, cum ipſo oppidulo & ciuibus abriperent. At illi ne funditùs exciderentur veriti, tradito eo impetrarunt, vti Scythę pacati diſcederent. In reditu autem cerneres illos multitudinem penè innumerabilem iumentorum inſtar, abigentes: vt aliquandiu ægrè bouem aut aratorem in Thracia conſpiceres, vſq; adeò eam & habitatoribus & iumentis ſpoliarunt. At Sultani hiſtoria nunc differatur, quam paulò pòſt copioſius explicabimus. Vxor verò illius & liberi ſtatim ſunt cuſtodię traditi, pecunia eiuſdem in fiſcum Imperatorium relata. eius verò comitatus, qui plurimi & bellicoſiſsimi viri erant, Chriſtiano baptiſmate regenerati, Romanæq; militiæ ſunt adſcripti.

*Azatinis ad Scythas fuga.*

*Imperator Scythas vix euadit.*

*Azatines à Scythis liberatur.*

*Thracia vaſtatur.*

## DE AEGYPTIIS Arabibus.

*Per ſpeciẽ negociationis Scythæ in Aegyptũ traducti.*

HIs temporibus Ægypti & Arabiæ Sultanus, miſsis ad Imperatorem legatis, Romanorum amicitiam expetit: vnaq; petit, vt Ægyptijs mercatorib. quos ipſe vellet, quotannis ſemel fretũ noſtrum traijcere liceret. Quæ res cùm initiò parui momẽti eſſe videretur, conceſſa fuit. Sed cùm progreſſu temporis cõſtitiſſet, qualis & quanta eſſet: iam prohiberi nõ potuit, conſuetudine confirmata atq; inueterata. Traijciunt enim quotannis ſingulis, interdum etiã binis nauibus onerarijs ad Europæos Scythas, Mæotidem paludem & Tanaim accolentes: ab eiſq; partim transfugas accipiũt, partim à dominis & parẽtibus emũt, è quibus in Ægyptiam Babylonem & Alexandriam perductis, Scythicas legiones conſtituunt. Neq; enim bellicoſos eſſe Ægyptios, ſed timidos potius atq; effœminatos plerunq; affirmant: eaq; de cauſa neceſſariò ſibi peregrinum militem parandum, & ære emptis mancipijs propemodum ſeruiendum eſſe, omnis ſolicitudinis earum rerum quibus humana vita eget immunibus. Proinde tempore non adeò longo, tantum per eam cauſam exercitum pararunt Arabes Ægyptij: vt non Occidentalibus tantùm, ſed ijs etiã populis qui magis verſus Orientem habitant, admodum eſſent formidabiles. Africam enim vniuerſam, & Libyam, Gades vſq;, deinde Phœniciam & Syriam, & omnem oram maritimã domuerunt, habitatoribus cùm alijs, tùm verò Galatis & Celtis, qui longo iam tempore prouincias & vrbes optimas obtinebant, occiſis, qui ex Occidente hoc ferè modo illuc tranſierunt.

*Aegyptij Scytharũ ope propagant imperium.*

## DE CELTO GALATIS neceſſaria expeditio.

*Alpes.*

*Rhenus.*

SVnt in Europa montes altiſsimi qui Alpes dicuntur: è quibus fluuius maximus Rhenus ortus, & in Oceanum Britannicum influens, vtranq; Galliam magis meridionalẽ facit: quarum incolæ Galli & Celtæ dicuntur, fortiſsimi viri, qui cum ſalutaris Sepulchri videndi cupiditate arderent, decreuerunt magno exercitu coacto, ad id & adorandum & recuperandum proficiſci: atq; ad Arabes qui id tenerent, ſi fieri poſſet, profligandos. Itaq; armis & equis inſtructi maximo numero, pulchram illã expeditionem ſuſceperunt. traiectoq; Rheno, Danubium maximum fluuium ſecuti ſunt: qui & ipſe ex iiſdem alpibus erumpens, quinq; oſtijs in pontũ Euxinũ influit. cuius Septentrionales ripas Legẽtes, propè ad ipſius oſtia vſq; ſunt progreſsi: terribile vtiq; ſpectaculũ gentibus in medio habitantibus, qui inſtar ferrei muri procederent: ſed ea præditi probitate, vt nemini prorſus nocerent. Sic igitur ibi etiã Iſtro traiecto, in Thra-

*Gallorum expeditio ad ſacrum ſepulchrũ.*

*Danubius.*

*Alexius Comnenus Gallorum ope vrbes Orientales recuperat.*

cia caſtra poſuerunt. Rerũ tum potiebatur Comnenus Alexius, à quo per legatos, & forum rerum neceſſariarum & per Helleſpontum tranſitum ad Orientem petiuerunt. Quę illi peroptata occaſio, minimeq́; negligenda viſa eſt: quippe qui principatu recens ſuſcepto, rem Romanam magnis ſuperiorum Imperatorum peccatis vndique infeſtari, & immaniter conquaſſari cerneret. Nam omnes Orientales prouincias longo iam tempore Turci obtinebant, ipſamq́; Nicæam, celebrem illam vrbem: præterea regiæ diſciplinam ingens pecunię inopia magnopere turbabat, omni ſpe redituum intercluſa: neque quicquam præter internecionem atque excidium expectabatur. Hoc igitur rerum ſtatu Gallici exercitus aduentus peroptatus illi fuit.

*Conditio societatis.*

Habitoq́; colloquio, cum eis paciſcitur, ſi Turcos Romanis prouincijs & vrbibus expuliſſent, vt illi omnes illorum opes acciperent, ſibi verò vrbes vacuas reſtituerent. Qua conditione illi auidè accepta, Helleſpontum cum ipſo Imperatore traijciunt. Sicut autem ignis denſæ ſyluæ iniectus, alia tanquã ſtipulam celeriter, alia propter viriditatem tardius ille quidem, ſed tamen abſumit: ſic geminus ille Romanorum Gallorumq́; exercitus, terribilis hoſtibus atq; intolerabilis eſt viſus, tum ob armorum grauitatem, roburq́; corporũ, tum ob conſtantiam animorum inexpugnabilem. Proinde hoſtium alij veluti gramen & lutum (vt ita dicam) conculcabantur: alij ſe defendebant, anguſtijs locorum alicubi, Romanorũq́; munitionibus freti. Non tamen ne illorum quidem fortuna prorſus inuicta fuit, quin alij deditionem facerent, alij vi ſubigerentur, alij fuga ſalutẽ quæritarent. Hoc modo omni Aſia quæ intra Alym eſt, & Meandro Pamphyliaq́; includitur, repurgata, promiſſiſque aſſertarum vrbium opibus acceptis, cœptum iter ſuut proſecuti. Superatis autẽ qui intra Pamphyliam & Ciliciam ſunt mõtibus, non parua ſolicitudine æſtuabant: & niſi tranſitus daretur, aduerſus Cilices & Phœnices & Syros pugnandum eſſe proſpiciebant. Verùm primi Cilices primo illorum conſpectu territi, rectiſsimè ſibi conſulerũt: eoſq́; vt amicos tranſire paſſi, & forum præbuerunt, & viæ duces dederunt, omniaq́; amicitiæ & hoſpitalitatis officia præſtiterunt. Ac Cilices adeò expeditè cum Gallis & Celtis tranſegerunt, nõ multitudine tantum & viribus eorũ territi: ſed eiuſdem quoq; propemodum religionis verecundia, & à ſua non multum abhorrentis, adducti.

*Cilices dãt Gallis tranſitum.*

*Arabes Syriæ et Phœnicis fruſtrà prohibent Gallos.*

Sed cum iam eis in Syriam & Phœniciam facere impreſsionem tempeſtiuum eſſet, non eadem illis euenerunt. Nam cum ij qui eas tenebant, Arabes eſſent, gens peregrina atq; inſolens admodum, negocium illis, ac ſibi potius ipſis faceſſerunt, cum arreptis armis tranſitu eos prohiberent: exiſtimationem ſuam imminutum iri rati, ſi terrã eorum gens peregrina & remotiſsima ſine ſanguine & cædibus penetraret. Vnde Galli commeatu excluſi, penuriaq́; laborantes eorum quibus nec ipſi, nec iumenta carere vllo modo poterãt, armis de ſumma rerum decertandũ eſſe ſtatuerunt. Hinc pugnæ continentes & nocturnę, diuturnæq́; cædes Arabum, atque vrbium excidia, Gallorum viribus indies inualeſcentibus. Ac vt ea quæ interceſſerunt, omittam, bellicoſiſsimis Arabibus partim occiſis, partim lõgiſsimè profligatis, reliquos pro inermibus mancipijs tractarunt: ac poſtea ijs in locis conſederunt. Viris enim victis, locorum amœnitate ſuperati, ibi reliquum ætatis exigere decreuerunt. Quo facto, ipſi ſeſe manifeſti criminis reos peregerunt. Munus enim atq; inſtitutum profectionis eorum fuerat Palæſtinam, ſi poſſent, occupare: & impios, qui ſalutare Sepulchrum tenerẽt, aut funditùs extirpare, aut ſuo pro ſanguine profuſo animorum ſalutem redimere. Cùm autem talis amor eos patria extorres egiſſet, planè diuinus & omni laude digniſsimus: eum tamen diuinũ amorem Phœniciæ & Syriæ amor illis, iudices præter ſpem nactus diuitijs oneratos, & veluti ebrios, excuſsit. Sed omiſsis Celtogalatis, ad inſtitutæ hiſtoriæ ſeriem eſt redeundum. Nam Ægyptij Arabes, Scythicis (vt diximus) copijs aucta potentia, extra ſuos fines quàm longiſsimè excurrerunt, verſus Occidentem Africanis & Mauritanis gentibus domitis: ad ſolis verò ortum tota felici Arabia, quam & Indici maris ora terminat, & vtrinq; ſinus Perſicus & Arabicus includunt: inde Cœleſyria & Phœnicia, quã fluuius Orontes continet, Celtogalatarum illorum poſteris partim inde pulſis, partim belli more breui tempore interfectis.

*Galli in Aſia conſident.*

*Amœnitas locorũ voti immemores facit.*

## GERMANO PATRIARCHAE vt ſucceſſerit Ioſephus.

CÆterùm patriarcha Conſtantinopolitanus Germanus, cùm ſibi vulgus per ſummam petulantiam inſoltare audiuiſſet: quippe qui Arſenio legitimo patriarcha adhuc ſuperſtite, ſedem illius occuparet: ea cuiuis relicta, quieti ſe dedit. Huic ſuccedit Ioſephus, vir canus, qui longo tempore in monte Galleſio monachum in ocio egerat, Græcarũ literarum planè rudis, & nimiũ ſimplex. Tales enim mores cum Republica & vſu rerum commune nihil habent. Huius ob religionem conſuetudine vtebatur Imperator Michael, & ſuas illi cogitationes exponebat. Quare cùm is primum ſacrificium cum cæteris pontificibus peregiſſet, ante veſtibulũ ſacri ſuggeſtus proſtratus, duo ſua peccata, periurium, & filij Imperatoris excæcationem, apertè profitetur, ſibiq́; condonari petiit: Primus igitur patriarcha illi iacenti aſtans, condonationis ſyngrapham quandam, ac poſt eum pontifices ſuo quiſq; ordine, eandem recitarunt. Ita lætus diſcedit Imperator, tam ob illam condonationem, quàm quod Deum etiam ſibi placatum & reconciliatum exiſtimabat.

## DE ECLIPSI SOLIS.

SVB hoc tempus Luna Solem obſcurauit, quartam Geminorũ partem peragrantem, ſub horam ante meridiem tertiam, XXVI. die

die Maij, anni VI. M. DCC. LXXV. Fuit tota eclipſis punctorum ferè 12. Tantæ autem ſub eius medium ortæ ſunt tenebræ, vt multæ ſtellæ apparerent: quæ nimirum maximas & pernicioſas Romanorum calamitates portendebat à Turcis imminẽtes. Populi enim afflictio ab eo tempore nõ deſtitit, & ſubinde paulatim aucta eſt. Terrena autem mala huiuſmodi cœleſtium luminum affectionibus ſignificari, extra controuerſiam eſſe puto: niſi fortè quiſpiam rixis inanibus delectetur. Cui ſi quis ea quæ in theatro vniuerſitatis huius, alijs atq; alijs temporibus eueniũt, perſuadere verbis inſtituat, eius inane ac ſuperuacaneum fuerit ſtudiũ, obſtinatis dare mentem conãtis. Quod enim in hominis vnius corpore fit, idem etiã in corpore huius vniuerſi contingit. Vnum enim mundus corpus eſt cohærẽs, è membris & partibus vt homo compoſitũ. & vt hic, capitis aut colli affectio, efficacem noxam ad tibias aut talos eiaculatur: ſic etiam in mundi corpore, cœleſtium luminũ affectiones in terra figuntur, in eaq; vires ſuas exercent. Poſt hæc longo tempore elapſo, Imperator Andronico filio Annam Pannoniã deſpondet, ſimulq; illum inſignibus Imperij ornat.

*Significatio Turcicæ vaſtationis.* *Stultis & pertinacibus nec certiſsima perſuaderi poſſunt.* *Mundus humani corporis ſimilis.* *Andronici nuptiæ.*

### ANDRONICI IMPERATORIS
*iuſiurandum patri datum.*

I. DEinde ipſe quidem Andronicus patri iurat, ſe Dei Eccleſiam piè veneraturum, eiuſq; priuilegia modis omnibus culturũ,
II. & inuiolata conſeruaturum eſſe. Poſtea, ſe vitam & Imperium patris ſui expertem inſidiarum, vſque ad eius obitum, pro virili conſeruaturum. His peractis, omnis Romanus populus vſitatum iuſiurandum Andronico nouo Imperatori dedit. Patriarcha verò & collegium ſacerdotum iuſiurandum ſuum perſcriptum, in ſacros codices retulerunt: ſe & ſucceſſores ſuos, eius imperio non eſſe inſidiaturos, profitentes. Pater autem permiſit, edictis ſubſcribere rubris literis, cæterum ſine menſe & indictione: ſed, ANDRONICVS CHRISTI GRATIA IMPERATOR ROMANORVM.

*Andronici autoritas.*

### DE MAGNO BELLO, QVOD ROMANI Theſſalico Sebaſtocratori intulerunt.

HOc ſtatu rerum deceſsit Michael Deſpotes Epiri, & Theſſaliæ princeps, relictis filijs, vno notho Ioanne, legitimis tribus: quorũ natu maximus fuit Nicephorus Deſpota, qui conſobrinã Imperatoris in matrimonio habebat: quem pater ob immaturam ætatem reliquorum, qui cœlibes adhuc erant, Michaelis & Ioannis, curatorem reliquit, diuiſa omni ſua ditione in duas partes: quarum vnam, quæ vetus appellatur, Epirum, Nicephoro Deſpotæ reliquit, continet autem Theſprotos, Acarnanes, Dolopes, prætereaq; Corcyræos, Cephalenios & Ithacenſes: terminatur ab occaſu Adriatico & Ionio mari: verſus Septentrionem altis mõtibus Pydno & Acroceraunijs: ab ortu Acheloo flumine à meridie inſula Corcyra & Cephalenia. Alteram partem Ioanni notho filio reliquit: quæ & ipſa continet Pelaſgos, Phthiotas, Theſſalos, Locros Ozolas: ac verſus Septẽtrionem Olympum montem habet, ad meridiem Parnaſſum vtrunq; altiſsimum. Cæterùm duo, Michael & Ioannes, Nicephori fratris tutelam & curationem ægrè ferentes, & alioqui rati eius exitum, ſibi funeſtum fore, ad Imperatorẽ profugiunt. Nothus autem Ioannes, effreni & vafro ingenio vir, ſuis contentus quieſcere non poterat, quamuis nuper admodum Sebaſtocratoris honorem ab Imperatore conſecutus: ſed ruptis crebrò fœderibus, Romanas prouincias populabatur: vt Imperator indignatus, fratrem Ioannem Deſpotam, cùm maximis copijs vndecunque collectis contra eum mitteret. Is igitur Paphlagones & Bithynos equites, Comanorum & Turcopulorum etiam turmis adiunctis adducens, pedites è Thracia & Macedonia colligebat. Quorum aduentu Sebaſtocrator audito, cum ſe tanto exercitui imparẽ eſſe, & ab omni parte deſtitutum cerneret, grauiſsimis curis æſtuabat. Nam ſupplici habitu veniam petere, non expeditum, neq; etiam conducibile iudicabat: quòd pactis & conuentis ſæpe non ſteriſſet. Itaq; aliam viam ingreſſus, munitis & in tutò collocatis ſuis caſtellis, quantũ poterat, cum ſuis exercitib. circuibat, eminus ſpeculans quid ab hoſtibus ageretur: forſitan & ſpe concepta, inſidijs & incurſionibus ſe Romana caſtra turbaturum & vexaturum. Sed cum in excurſionibus à noſtris diſciplinam militarẽ obſeruari, & omnia prudenter adminiſtrari cerneret: illo conatu deſperato, ſurſum deorſumq; ambulans, ſummæ rerum metuebat. ac præ metu & angore forſitan vitam cum morte cõmutaſſet eo tempore, illiuſq; ditio ab Imperatore occupata eſſet, niſi exterorum commilitonum immodeſtia & graue delictum, præter ſpem, rem Romanam labefactaſſet, & fœdiſsimè peruertiſſet. Nam impreſsione in illius fines facta, omnibuſq;, reſiſtente nemine, facilè ſubactis: Comani per ſummam petulantiam omnia fana, omnia monaſteria ſpoliabant, & impunè cremabant, ac ſacris vt profanis, cùm alijs, tùm Diuorum imaginibus loco menſarum abutebantur. Et quid multis eſt opus? ſine vllo metu faciebant omnia, quæ impiorum hominum conſuetudo fert. Quamobrem belli exitus non bonus, nec principijs conſentaneus fuit: vt progreſſu orationis oſtendetur. Nam cum Ioannes Deſpotes cum exercitu aduenisſet, oppidula partim ſtatim deditionẽ faciebant: partim ſitu locorũ freta aliquandiu reſiſtebant, donec machinarum violento impetu debilitata, & ipſa ſeſe ſubmitterent. Quare Sebaſtocrator Ioannes deſperatis rebus, nouas Patras, munitiſsimum caſtellum, ſe recepit: vbi eum circũſident, & longo tempore oppugnant hoſtes. id caſtellum in edito monte ſitum, bellicas machinas facilè contemnebat: ſed ob multitudinem hominum ibi incluſam, commeatus penuriam metuebat. Ita ille inops cõſilij vrgentium malorum remedium ſolicitè quæritabat.

*Nicephori Deſpotæ ditio.* *Ioannis nothi Sebaſtocratoris ditio et perfidia.* *Theſſali ſolicitudines.* *Scytharũ impietatẽ clades Romanorum ream agit.* *Nouarum Patrarum obſidio.*

granes actardæ erant, tam ob magnitudinem, quam ob armaturam nouam, & vrbium inſtar in mari tardè incedebant. Romanæ verò, tantum magnitudine inferiores erant, quantum numero ſuperiores: alioqui ſanè celeres & agiles ad hoſtem circundandum, ſed paribus armis haud quaquam inſtructæ. Tamen in pugnam deſcenderunt, nec tam ad naues quam ad mœnia oppugnanda, quibus proræ hoſtium ſimiles erant, inſolenter militibus robuſtiſſimis circundatæ. Ac claſſis præfectus Philanthropenus prætoria naue circumuehens, milites ſuos confirmabat, nunc in dextro, nunc in ſiniſtro cornu curans. A fronte verò naues Romanæ in hoſtes impetum facere non poterant, hoſtibus velut è continenti magna ſaxa continenter in eos iaculantibus, & alia quæ supernè deijci commodè poſſunt, peſſimèque eos accipientibus. Quare à lateribus, quatenus dabatur in eos irruebant. Ac ſiniſtrum hoſtium cornu laborabat, matutino ſole oculos eorum feriente & confundente. Dextrum verò ferocius Romanos vrgens, egregiè vincebat, grauitérque & milites & remiges vulnerabat: vt victoria deſperata, ad littus elapſi, naues in arena vacuas relinquerent. Ac niſi is qui res impeditas expedit, & deſperatis ſpe bona prælucet Deus, tum quoque Romanis opem tuliſſet: res eorum internecione deletæ eſſent, duabus magnis cladibus oppreſſæ. Verùm admiranda eſt inſcrutabilis Dei ſapientia, in clade terreſtri inopinata, ſecuritate marina magis inopinata corrigenda. Nã Imperatoris frater Ioannes, in proximo illic cum ijs qui cladem Epiroticam euaſerant verſans, cum pugnam illam animaduertiſſet, fama in mediterranea vſque vagata: ad littus profectus, miſerabile ſpectaculum videt, naualibus etiam Romanorum viribus in periculo conſtitutis. ac ſtatim ex equo deſiliens, Deſpotica inſignia cum multis lachrymis abijcit: ac Nudus (inquit) ex vtero materno ſum egreſſus, nudus etiam hodie diſcedam. Deinde puluere conſperſo capite, cum ſuſpirijs clamauit ad Dominum, celere ab eo auxilium expetens: ne poſt tam recentem cladem, altera illata Romanum imperium prorſus deleretur. Ac ſpe diuini auxilij concepta, rem aggreſſus, probatiores pedites magna feſtinatione naues conſcendere iubet: ſimulq́; crebros ſagittarios, funditores & ferentarios: vulneratóſque ſubinde recipiens, per vices alios recentes ſubmittit, qui maxima ex parte aduerſarios ſaxis petebant. Quod cum ad veſperam vſque faceret, hoſtes in fugam conuertit. Proinde omnis exercitus laudes Deo cecinit, præter ſpem, & ſalutem & victoriam largito. Cæterùm frater Imperatoris Ioannes, Deſpotiæ inſignibus omnibus depoſitis vt diximus, ſic Byzantium ſine ornamentis redijt, itáque vitæ reliquum exegit.

*Inopinati euentus.*

*Ioannes Deſpotes claſſi Romanæ ſuccurrit.*

*Deſpotica inſignia abiecta.*

# *NICEPHORI GREgoræ hiſtoriæ Romanæ liber quintus.*

## CAPITA LIBRI V.

*De Carolo Italiæ rege.*
*Concio Imperatoris de communione Latinorum.*
*Supplicia eorum qui decreto Imperatorio non paruerunt.*
*De Ioanne Becco patriarcha.*
*De Bulgarica confuſione, & Lachana.*
*De Aſane rege Bulgarorum, Imperatoris genero.*
*De mirabili nauali pugna cum Latinis.*
*De Sultano Azatine, & cur Turci latrocinari cœperint.*
*De Paphlagonico Romanorum & Turcorum bello.*
*Principiũ malorũ in Aſia, & lachrymis dignæ narrationes.*
*De oraculo Trallibus in ſaxo reperto.*
*Expeditio Latinorum contra Romanos.*
*De Comneno Lazo.*
*De rebus Theſſalicis iterum.*
*Michaelis Palæologi Imperatoris obitus.*
*Oraculorum diſtinctio copioſior.*

CÆterùm vt ordine progrediatur oratio, & hiſtoriæ contextus ignoratione rerum, quas præcognitas eſſe oportet, non interrumpatur: quædam paulò alterius repetenda ſunt. Supra diximus, Balduinum Conſtantinopolitanis periculis elapſum, veniſſe in Italiam: ibiq́; cum rege Carolo congreſſum, illius filiam ſuo filio deſpondiſſe: promiſſa in dotem, quam perdidiſſet, Conſtantinopoli, ſi illius opibus in bello adiuuaretur. Ille igitur hoc promiſſo inflammatus, nihil iam exiguum de ſumma rerum agitabat, ſed totam Iulij Cæſaris & Auguſti monarchiam ſomniabat, Conſtantinopoli ſi potiretur. Erat enim vir non acri modò ingenio, ad prudenter cogitandum: ſed etiam ea quæ decreuiſſet, ſtrenuè exequebatur: & paucis vt dicam, animi vigore preſtantiq́ue ſapientia maiores ſuos longo interuallo ſuperabat. Quare conſilium id, quod diximus, breui ſe ad exitũ perducturum ſperabat. Ad eum porrò conatum & Conſtantinopolis infirmitas, multifariam diuulſæ & dilaceratæ, quæ multum temporis, ad inſtaurationem & confirmationem poſtularet, inſtigabat, & Imperatoris in rebus nouis excogitandis ſolertia, & ſumma in negocijs cõficiendis celeritas. Quæ ſanè permoleſta erant, eiuſq́; rationes turbabant, ac magnum illi terrore incutiebant. atque ob hæc ipſa ad opprimendum eum feſtinabat, priuſquam ipſe ab eo maioribus & terreſtribus & naualibus copijs inſtructo oppreſſus, in extremum diſcrimen adduceretur. Ac primùm ſtatuit, iuſto exercitu comparato, iubere, vt is per Ionium in Romanos fines impreſſionem faceret: neq; prius conquieſceret, obuijs quibuſq; ſubigendis, quàm ipſam Imperij ſedem ad deditionem compuliſſet. Deinde magna claſſe inſtructa, Imperatorem ancipiti ac duplici bello circumuenire. Sed ſpe ſua fruſtratus eſt, cum Imperator, dux eo ſolertior extitiſ-

*Caroli regis apparatus aduerſus Conſtantinopolim.*

*Paleolo-* ſet:qui ſtatim ſumma celeritate & ſtudio irritos
*gus dome-* illius reddere conatus ſtuduit, Imperatrice vrbe
*ſtica bella* & præſidijs & ſtructuris ab omni parte mumien-
*Carolo* da, firmúmque murum intra maritima Mœnia
*machina-* extendit. Nec his contentus, magna pecunia fi-
*tur.* nitimos, Siculum regem & Venetos ad bellum
*Artaxer-* illi faciendum concitauit. Artaxerxem illum
*xis 30000* imitatus, qui Ageſilai Spartani impetum refor-
*HS.* midans, Thebanum Epaminondam, Pelopi-
dam, cæteroſq; Græciæ principes ad bellum ei
inferendum impulit: prudentiq; conſilio cauit,
vt priuſquam inſigni ab illo clade afficeretur,
*Palelogus* cum illo potius peſsimè ageretur. Cæterum Ca-
*cum pon-* rolus, quamuis ab Imperatore ſit & oppugna-
*tifice con-* retur & repelleretur, tamen ſe non eſſe quietu-
*cordiam* rum præ ſe ferebat, tum viribus exercitus ſui, tũ
*init.* pecuniæ copia fretus. Proinde tot difficultati-
bus circumuentus Imperator, penè ad deſpera-
tionem compulſus, legatos ad Papam mittit, de
ineunda veteris & nouæ Romæ Eccleſiarum
concordia, modò Caroli expeditionem auerte-
ret. Ea legatio à Pontifice benignè audita eſt: ea
ſe facilè quæ Imperator petiuiſſet, cooſecturum
eſſe polliciro. ſtatimq; ſuos legatos illis adiun-
git, qui concordiam conciliarent atq; implecte-
*Capita cõ* rentur. Cuius hæc tria capita fuerunt. Primum,
*cordiæ.* vt in ſacrorum voluminum hymnodijs, Papæ
I. cum quatuor Patriarchis mentio fieret. Alterũ,
II. vt liceret cuiuis Romam veterem, quę curia ma-
III. ior & perſectior eſſet, appellare. Tertium, vt illi
*Appendix* principatus in omnibus deferretur. De appen-
*Symboli.* dice verò ſacri Symboli, quam illi nouarunt, aut
alio quouis argumento, tum nulla acrior con-
tentio incidit: ſed (quod ad eas quidem res at-
*Byzantini* tinebat) pacata & tranquilla fuerunt omnia. At
*Romanæ* patriarcha Ioſephus ea concordia repudiata, ſe-
*concordiæ* de ſua ceſsit: nec multo pòſt relicta vrbe, ſe in Ar-
*aduerſan-* chiſtrategi monaſterium ad Boſphorum contu-
*tur.* lit, vbi reliquum ætatis tranquillo & religioſo
ocio exigeret. His rebus ſacerdotum collegium
concitatum, haud obſcurè ferebat, ſe non eſſe
quieturum: plebemq; ab Imperatoria illa con-
cordia reuocabat, Martyrij & coronarum tem-
pus eſſe clamitans: ita vt magnus inde tumul-
tus excitaretur, atque in atrocem tempeſtatem
erumperet: & Imperator externis negocijs reii-
ctis, omne ſuum ſtudium ad res domeſticas trãſ-
ferre cogeretur, vrbana pericula bellis externis
grauiora ratus. Erant enim non pauci è magi-
ſtratibus etiam, qui decretis illius acriter aduer-
ſarentur. In eas igitur redactus anguſtias, duas
ſibi patere vias arbitratus, ſumma neceſſitate ni-
hil tertium admittente in præſentia, vt aut om-
nes ſibi aſſentirentur, aut hoſtium loco haberen-
*Paleolo-* tur. Quamobrem aduerſariorum animos, prin-
*gus vulpi-* cipiò verborum blanditijs, & comitate morum
*num peliẽ* conciliare ſibi, & obnoxios reddere ſtudebat:
*leonina* cœptam eam eſſe rem, nullo ſtudio nouitatis,
*mutat.* ſed propter difficultates temporum. Eſſe autem
» prudentiæ, impendentea præcauere calamita-
» tes: & ſi quid ad grauiora mala auertenda no-
» uandum ſit, non eſſe cunctandum. Si enim ho-
ſtes aduentarent, vrbe adhuc multis in partibus
lacerata, modòque inſtaurata, & velut è multi-
plici dudum morte reuiuiſcente, præſentia ma-
la grauiora futura ſuperioribus: ac dominos fo-
re hoſtes non tantùm ſacrorum, ſed omnium ſi-
mul, liberũm, coniugum & rerum: quorum do-
mini vi abrepti, libertate cum ſeruitute commu-
tata, non corporibus tantum, ſed animis etiam
hoſtium ſequi voluntates cogerentur. Id etiam
reliquum fore, ne quis mores patrios ac vetera
inſtituta tueretur: imò vt ſacræ leges & ſanctio-
nes expeditiſsimè & deprauerentur, & euerte-
rentur. Quæ cum ipſe præuideret, neceſsitati
parère haud recuſaſſet: exiguumq; damnum,
quod prudentiæ munus ſit, magno emolumen-
to poſthabuiſſet: minoraq; aduerſarijs, vt maio- *Pœnæ con-*
ribus potirentur, conceſsiſſet. Hac oratione alios *tumaciũ.*
commouit Imperator, alios non item. Vnde ſua-
ſione omiſſa, viam alteram ingreſſus, & vi graſ-
ſatus eſt: cuius variæ rationes fuerunt publica-
tiones, bonorum relegationes, cuſtodiæ, excæ-
cationes, flagra, mutilationes, omnia deniq;
quibus virorum fortium & mollium animi ex-
plorantur. Ac quorum ſtudium cognitione re-
gebatur, (qui pauci erant) ij magnis & fortibus *Religionis*
animis omnia libenter tolerabant & perpetie- *prætextu*
bantur, quæ poteſtas Imperatoris inferebat. Ma- *mendici*
xima verò pars veri iudicij expers, fex plebis & *impoſto-*
circumforanea turba, ſemper nouis rebus gau- *res.*
dens; aſperis velut in ſcena pallijs induti, vbique
terrarum ſparſim & paſsim vagati ſunt, vbi chri-
ſtianos eſſe audiuerunt: in Peloponeſo inquam,
Achaia, & Theſſalia, & Colchide, vbique deniq;
gentium extra ditionem Imperatoris: neq; vni-
uerſalem pacem conſeruare volentes, neq; inter
ſeſe: ſed alij alijs nominibus aſcitis, partim Ar-
ſenij aut Ioſephi patriarchæ ſectam profitendo,
partim alia iactitando, tempus terebant, pleriq;
& decipientes & decepti. Nec enim deerant qui
oracula in vicis & vrbibus, quaſi modò à Dei
conſpectu reuerſi, cantarent: lucri vtrique cauſa,
& ad implendos ſaccos. qui etiam ipſam ob rem in
eodem habitu perſeuerarunt: nec poſt Eccleſiæ
inſtaurationem, vitæ ratione mutata.

## DE BECO.

His temporibus magnæ Eccleſiæ charto-
phylax erat Beccus, excellenti vir ingenio,
& in doctrinæ ſtudijs ab ineunte verſatus
ætate: præterea tantis naturæ donis ornatus,
quantis quiſquam alius illius ætatis. Nam &
proceritate corporis, & maieſtate vultus, & fa-
cundia, & vbertate atq; acumine ingenij omnes
ad res apti, aliiſq; dotibus præſtabat. Quibus id
erat conſecutus, vt & Imperatoribus & princi-
patus, & omnibus eruditis venerabilis, atq; il-
luſtri apud eos fama eſſet. Qui cum Imperato-
rio decreto acriter aduerſaretur, Imperator ni-
hil non tentauit, tam per ipſum, quàm per alios
eruditos; vt eruditis & legitimis rationibus e-
um adduceret, vt decreto aſſentiretur. Verùm
ille ingenij acumine & copia orationis omnium
animos commouebat, eorumq; argumenta ve-
luti Penelopes telam retexebat. Nam Græca-
rum literarum doctrina erant qui illum ſupera-
rent:

rent: ſed acumine ingenij, & eloquentia, & Eccleſiaſticorum dogmatum vſu, omnes cum illo collati, pueri videbantur. Ea ſpe fruſtratus Imperator, aliam viam init, eúmque & omne ferè genus eius in teterrimos carceres conijcit. Quibus peractis, tandem in mentem venit Imperatori, eandem rem à Latinis ante annos xxv, Ioanne Duca rerum potiente, agitatam fuiſſe: ac tum doctum extitiſſe virum. Nicephorum Blemmydam, diuinarum literarum peritiſsimum, qui cum ſe in ocium contuliſſet, multa è ſacra Scriptura reſtimonia, quæ dogma Latinorum confirmate viderentur, colligere ac conſcribere cœpiſſer: clàm ille quidem, infamiæ metu, ſed tamen ſcripſiſſe quædam. Quæ tum Imperator Beco miſit. quibus ille perlectis, ſanctorum libros è quibus Blemmydes ea collegerat, prudenter admodum poſtulauit: iiſq; lubentiſsimo Imperatore acceptis, in eo occupabatur, vt diligenter illos legeret, expenderet, ad verbum cõferret. Itaque breui tempore eum teſtimoniorum aceruum coegit, quæ integra volumina complete poſſent: & qui dudum acerrimè Latinis aduerſabatur, mutata ſcientia, victoriam facetet ambiguam. Quamobrem patriarcha ſede conſcenſa, Imperatori vnus fuit omnia, & lingua, & manus, & acuti ſcriptoris calamus, & dicendo & ſcribendo, & dogmata ſtatuendo: eius certamina adiutoribus Melireniote & Metochite, Imperatorij clerischi diaconis, & Georgio Cyprio. Nullus tamen eorum omnium ad Papæ rationem liturgiam celebrarat: niſi quod Freriorum nonnulli poteſtate data, ſemel in Blacherniotemplo id fecerunt, ſuffragio cuiuſdam è familiaribus. Sed ad inſtitutum redeundum eſt. Soror erat Imperatori Eulogia. Quæ cum filias multas haberet, Annam Nicephoro Ætoliæ principi deſpondit, Mariam Conſtantino Zagore regulo: quorum primæ vxores deceſſerãt. Eas ſorores fuiſſe, & Imperatoris Theodori Laſcaris filias ſuprà diximus.

*Nicephori Blemmydæ ſcriptis mutatur Becus.*

*Melitenio tes. Metochites. & Cyprius*

## DE BVLGARICA CONfuſione.

His temporibus in Bulgaria quidam extitit paſtore quidem patrè ortus, ſed verſuto vir ingenio, & callidus ad res nouandas, nomine Lachanas: qui magna nebulonum manu facta, latrocinando vitam tolerauit. Vnde breui tempore magnas diuitias, & iuſtum exercitum coegit. Huius continentes incurſiones & detrimenta non ferenti Conſtantino, viſum eſt, conuocatis in vnum copijs ſuis, acie cum illo decernere, ac de ſumma rerum decertare. Turpe enim ducebat, nihili hominem exiguo tempore tanta potentia auctum, non Bulgaris modò magnas inferre clades, ſed toti regni indigens abeo diſcrimen imminere. Sed paratis rebus cum eo congreſſus, vincitur: nec regnum tantum, ſed vitam etiam amittit. Lachanas verò, præter principatum, etiam coniuge Conſtantini præter ſpem potitus, in animo habebat, exacta hyeme, ſub veris initium, Romana oppidula ex inſidijs aggredi: vt illorum viribus imminutis, ipſe firmiſſimus haberetur. Quæ Imperatorcum audiuiſſet, non ferenda, nec obliuioni mandanda aut negligenda ratus, ſed omni ſolicitudine propulſanda, æger animo, non tam quod illum in præſentia formidabilem eſſe putaret, quàm quod ad ea quæ concupiſſet, acerrimo eum ſtudio ferri cerneret: dicebat, ſi ita pergeret, paulatimq; vires augeret, tandem nec à Romanis poſſe vinci. Oportere autem eos qui
" citra periculum velint viuere, anteuertere & oc-
" currere malis impendentibus: & ſi in præſentia
" creſcẽtis plantæ, radicem facile præcidere poſ-
" ſis, non eſſe cunctandum, neque expectandum
" vt acceptam iniuriam cum periculo vlciſcatis,
" cum aduerſarij malè cogitantis conatus opprimere liceat. Igitur cum, vt ſuprà eſt expoſitum, Myrtzes ex Aſanis poſteritate, quibus de cauſis diximus, ad Troiam degens deceſſiſſet: filium eius Ioannem Aſanem, vt cui regnum Bulgariæ paterno iure deberetur, accerſit, deſponſaq; Irenæ filia, cum magnis copijs tum ad Bulgariam à Lachanæ tyrannide liberandam, tum ad ſuſcipiendum regnum, iuſta ſucceſsione ad ſe deuolutum, mittit. Cæterùm Lachanas firmandæ tyrannidis cauſa tum in Scythiam proficiſcens, clandeſtinis Imperatoris inſidijs occiditur.

*Lachanas Bulgarorum tyrãnidem inuadit.*

*Conſtantini Tœchi clades.*

*Palæologus Lachanæ cædem procurat.*

## DE ASANE IMPERATORIS genero Bulgariæ principe.

Aſane verò citra laborem, volentibus Bulgaris, regno potito: etiam Maria Imperatoris neptis cum filio Michaele, quem è Conſtantino ſuſceperat, inde pulſa, Conſtantinopolim peruenit. Vt autem pleruq; magnis
" gaudijs dolores adhæreſcunt, velut hoſtiles en-
" ſes lætitiam illam turbantes: ſic ea conſuetudo netum quidem exoleuit. Nam vir quidam nobilis, & ſingulari prudentia & animi promptitudine inter Bulgaros inſignis, nomine Terteres fuit: quem ſibi conciliare ac ſecuritati ſuæ cõſulere volens Aſan, ſororem ei ſuam deſpondet, priore eius coniuge cum liberis Nicæam miſſa, Deinde Deſpotæ dignitate illum ornat. Verùm is non diu in fide permanſit: ſed animaduerſa eius ſimplicitate & leuitate inſigni, breui tempore totius exercitus & procerũ non paucorum animos, ſibi clàm conciliauit. iamq; id agebat, vt Aſane interfecto, principatu potiretur. Quo ille cognito, ſe cum vxore Byzantium ad ſocerum profecturum ſimulat: & omnibus ornamẽtis & pecunijs Bulgaricis clàm comportatis, ibi deinceps vitam egit. Terteres verò, prohibente nemine, Bulgaricum regnum occupat. Et hæc hactenus Ego verò quod è multis veterum cognoui, difficilius eſſe res ſecũdas quàm aduerſas ciuiliter & moderatè ferre: nunc reipſa edoctus, magis admiror. Ecce enim Genuenſes, qui è regione Conſtantinopolis habitabant, lucro immunitatis inebriati, elatiq; ſuperbia, aduerſus Romanos inſoleſcere, eoſq; vt imbecilliores contemnere cœperunt: ac tandem quidam ob pauca põma, rixa cum quodam orta, enſe quàm lingua promptior, ſtatim hominem interfecit.

*Terteres Ioannem Aſanem regno pellit.*

*Palæologus Genuenſium ſuperbiam reprimit.*

Quod

Quod facinus Imperator non vt vnius cædem neglexit: ſed ita exarſit & commotus eſt, ac ſi tota ciuitas euerſa, & Imperatoria maieſtas violata eſſet, ſtatimq́; exercitu omnea eorum ædes ciuxit ( nondum enim murorum munitiones habebant, nec vrbem, quæ, cum vellet, Imperatrici vrbi aduerſaretur) ac fortaſſe tum funditùs periſſent, niſi miſerabili habitu, vltrò mulcta ipſi ſibi irrogata, ſupplices ſeſe ſtatim ad pedes Imperatoris abieciſſent, itaq́; veniam impetraſſent. Hoc, ſtudij & celeritaris Imperatoris primum eis ſpecimen fuit: alterum & maius, illud. Quidam eorum populares duas piraticas triremes inſtituerunt: & Byzantini freti anguſtijs clàm ſuperatis, in Euxinum pontum traiecerunt, ſolito Imperatorem honore non proſecuti. Quod nec ipſum inultum pati voluit. Itaque triremes non paucas, & vnam magnam onerariam nauē ad promontorium templi Argonautarum collocat, quod os Ponti appellatur, vbi Cyanes & Planctas Græci olim eſſe dixerunt: piratarum acceſſum expectaturas, ne audacea illi & ſcelerati homines incolumes euaderent. Quod cum illos haud fefelliſſet, hac calliditate ſaluti ſuæ conſulunt. Omnes opes quas latrocinando coegerant, pro mercibus exponunt, & vnà ſecum in maximam onerariam transferunt. Deinde omni armorum genere eas tegunt & muniunt, vt cum Septentrionales venti vehementius ſpirarent, oram ſoluerent: & vi patefacta via, per eos qui in faucibus ſtationem habebant, citra periculum euaderent. Paulo pòſt, cum vehemētior Boreas erupiſſet, etiam illa nauis è medio pelago plurimis armatis ornata, inſtar integræ vrbis per fluctus incedere, ac potius aduolare conſpicitur. Iam & Imperatoriæ triremes inſtructæ aderant, ſimulq́; oneraria ſublatis antēnis, ſed velis nondum expanſis, quieta manſit. Cæterùm hoſtili oneraria, accedente, & ipſa vela intendit, illamq́; partim à latere, partim à puppi eueſtigiò perſequens arripit, cædit & cæditur: æthereumq́; illud, vt ita dicam, bellum, & volatile conficitur. Ibi diuerſas & varias acies comminus pugnantes cerneres. Nam & è tabulatis & ligneis turribus, & è ſummis malis inuicem feriebant: ſeq́; magnis ſaxis & ſagittis, interdum etiam ſecuribus & gladijs comminus feriebant. Triremes verò in propinquo incedentes, tela ſolùm eminus conijciebant. Cum ſic in multum diei iuxta freti fauces vtrinq; omnes dimicarent, initiò Latini ſuperiores videbantur. Deinde, cum ventus velis Imperatoriæ onerariæ illam continenter & à puppi & à dextro latere, vnde is ſpirabat, affectantis, inhibitus in hoſtilia vela ſegnior incideret, fiebat vt nauis tardius ac lentius moueretur. Iam, quæ maior Latinorum calamitas fuit, quidam ex ijs audacius in Romanam nauem cum inſiliſſet, acuta ſecuri funes maximè neceſſarios reſecuit: quare antennæ in mediam illorum nauem delapſæ, milites eorum plurimos ſubitò pugnæ inutiles reddidit. Ex eo etiam triremes impunè propius acceſſerunt, & vndiq; comminus eam fortius percuſſerunt. Tandem vnus, ac pòſt alij atque alij, ſubinde plures in eam inſilierunt: donec planè victis hoſtibus, qui non occubuerant, alios vulneratos, alios captiuos inde exceperūt. Alterum hoc Imperatoriæ celeritatis & feſtinationis ſpecimen euidentius, Latinorum animos ita debilitauit & perterrefecit, vt magna parte audaciæ & ſoliti faſtus depoſita, vt quem tempora minimè ferrent, neceſſario moderatiores eſſent.

*Genuenſiū duæ piraticæ triremes.*

## DE AZATINE SVLTANO: ET QVA *occaſione Turci latrocinari cœperint.*

NVnc illuc redeundum eſt. Cum Sultanus Azatines ex oppido Æno cū filio ſuo Meleco profugiſſet, Iſtrúmque traieciſſet, id quod deſtinarat conficere non potuit, morte præuentus. Melecus verò cum ibi non diu hoſpes parum ex animi ſententia vixiſſet, per Pontum ad Scythas Aſianos tranſijt: à quibus poteſtate data, Turcorum principatum, vt paternam hæreditatem, poſtulauit. Ac cæteri quidem Satrapæ conuenerunt, illumq́; adierunt, vt dominum ſuum: alij idem cogitabant. Vnus autem nomine Amurius, infeſtis armis illi occurrit, donec eum attritis viribus ad mare compuliſſet. Tum igitur Melecus Heracleam Ponti vrbem euaſit. Vere autem appetente, Imperatorem adire ad Nymphæum agentem decreuit. Cæterum iter ingreſſus, non tamen executus eſt, ſed ad Turcos denuò ſe contulit: atq; ab illis paterno principatu repetito, & ipſe breui per inſidias cæditur. Turcico imperio ſic euerſo, & ex honeſta diſciplina & ſplendida fortuna, ad maximā perturbationem prolapſo: non modò ſatrapę & nobilitate preſtantes, omne regnum in plurimas partes diuellerunt: ſed multi etiam obſcuri & ignobiles homines, infima plebe aſcita latrocinari cœperunt, præter arcum & pharetram nihil ſecum geſtantes: qui faucibus montium inſeſsis, finitimos agros & vrbes Romanorum, crebris & occultis incurſionibus vexabant. Nā paulo antè acciderat, vt præſidia quæ arces tuebantur, inde migrarent, cum annua ſtipendia è fiſco Imperatorio non numerarentur. Quod initio, vt res parui momenti, neglectum, maximas tandem clades Romanis importauit. Turci autem ſatrapis illis variè diuiſis, cum à Scythia pellerentur, Romanos pellebant: & quàm infirmi erant aduerſus Scythas, tam fortes contra Romanos extiterunt: vt Scytharum incurſio non calamitatis cauſa, ſed ſummæ felicitatis occaſio illius eſſet. Nam & è Paphlagonia & è Pamphilia irruebant, Romanáſque prouincias populabantur. Tandem etiam ad bella & aſsiduas dimicationes ventum: è quibus vnum prælium Romanos in omnia mala coniecit.

*Turcorū ἀναρχία latrociniorum occaſio.*

*Præſidia deſerta.*

## DE TVRCORVM ET ROMANO- *rum in Paphlagonia conflictu.*

MVltis Turcorum copijs in Paphlagonia collectis, Imperatori viſum eſt magno & firmo exercitu, celerem illorum, quantū fieri

fieri poſſet, impreſsionem inhibere: ne illa parte veluti porta perfracta, impunè ac prohibente nemine longius euagerentur. Eos autem duces miſit, qui ſtulticia & temeritate ſua tum ipſi impegerunt, tum omnes copias amiſerunt. Nam Turci pridie inſtâtis pugnæ nocte inſomni exacta, ante diluculum non paucis inſidijs in Oriẽtali vicini fluminis ripa collocatis, en ſuperato caſtrametati ſunt. Cum pugnæ tempus inſtaret, congreſsis exercitibus, principiò Romanorum impetus Turcis non adeò reformidandus eſſe viſus eſt. Subſtiterunt igitur, & repugnarunt, non ſtataria pugna, ſed crebrò de more eorum commutata. Fugam enim ſimulâtes terga dant, ſtatimque redeunt: idq; frequenter facere non deſiſtunt, vt hoſtilem aciem perturbent, ac de gradu deijciant: poſtea perturbatos aggreſsi, facilè in fugam vertunt. Tum autem aſtus is nihil illis contra Romanos profuit, optimè munitos & armatos: ſed plurimis ſuorum amiſsis, ad flumen Romanis (quod vtinam non factum eſſet) continenter perſequentibus, effuſè fugerunt: quamuis prudentiores duces vehementer milites reuocarent, ac receptui canerent: quòd hoſtium fuga ſuſpecta & periculoſa eſſet. Sed illam pugnam initium vtique excidij Romani eſſe oportebat: Diuina prouidentia infinita peccata à multis annis cumulata, mediocriter puniente.

*Turci Romanos in inſidias pellectos cædunt.*

ROMANARVM IN ASIA PRO-
*uinciarum vexationis initium.*

HOſtes igitur vltra flumen perſecuti, ſegnius fugientes cædendo, in improuiſas inſidias, præ curſu & æſtu anhelantes, atque in viros quietos & integris viribus incidunt. Ita hinc numeroſo exercitu, inde flumine interclusi, paucis exceptis omnes ceciderunt, nulla re memorabili geſta, Turci autem velut porta aperta, ſecuri ac prohibente nemine, omnes Romanas prouincias populabundi vſque ad Sanguinarium percurrebant. Quibus malis fatigatus Imperator, ripas fluminis crebris oppidis muniuit, ne ipſa etiam Bithynia potirentur. Neque enim cæteras Romanas legiones ab vrgentibus bellis reuocandas eſſe cenſebat. nam Tracenſes Bulgaricis & Illyricis motibus, inferioris verò Aſiæ vires (quam Phrygia, Lycia, & Mæander fluuius definiunt) alijs atque alijs Turcarum incurſionibus obſtare debebant: neque etiam vllo modo committendum videbantur, vt claſſe diſſoluta, & in terram perducta, maiores in mari quàm in Aſia tempeſtatum fluctus exiſterent. Quapropter ſuis quaſque locis hoſtium aduentum expectare iuſsit, prudentem & tutam eorũ quæ ſupereſſent cuſtodiam incerto euentui & periculo præſtare ratus. Enimuerò cum Turci noſtrorum finium arces impunè occupaſſent, terraſq; ſubactas in Satrapias diuiſiſſent: à mari Pontico & Galatia vſque ad mare Lycium & Carium, & fluuium Eurymedontem, omnia ſuæ ditionis fecerunt. Quis Iliade prolixiorem eorum malorum, quibus noctu atq; interdiu vexati ſumus, commemorationem pro dignitate

*Sangarius limes Turcorum.*

*Turci Aſianas prouincias occupant.*

abſoluerit? Romanorum viribus tantum imminutis & depreſsis, quantum potentia Turcorum augebatur. Nam omnia quidem velut vno collecta faſce perſtringere, ignaui & ingenij & linguæ fuerit, neque tum ſentiret quiſquam, quàm deploranda illa eſſent. Contrà, ſingulatim omnia perſequi neque nos poſsimus, neq; quiſquam paulo humanior ſine vi lachrymarum legere queat: neque nos hiſtoriam, ſed næniam ſcribere putabimur. Quare nec dicenda nec prętereunda ſunt omnia: ſed pauca quædam ſelecta de multis, atque aliàs alia, prout ſe dabit occaſio referentur.

MISERABILIS RERVM
*ſtatus.*

IN prima igitur aggreſsione Barbari prædam, quàm maximam, atq; adeò innumerabilem, virorum, mulierum, earum rerum quæ à viris expeditis ferri queunt, cnegerant, inter ſeſe diuiſerunt. Inter cætera autem fuerunt & duæ adoleſcentulæ ſorores: quæ cum diuellendæ eſſent, quòd non eidem domino ſorte obuenerant, altera alteram intuens, cum lachrymis, eiulatu, planctu omnia compleuiſſent, in mutuo denique complexu expirarunt: quaſi natura rerum corpora non prius quàm animas ſeparari pateretur. Poſt hæc accidit, vt iuſſu patris Andronicus ad Tralles, vltra Mæandrum ſitas, quæ longo iam tempore vaſtæ iacebant, inſtaurandas abiret, propter vicinorum locorum ab hoſtili incurſione defenſionem. Sed priuſquam anni quatuor elaberentur, qui in ea fame & ſiti nõ perierant, diuturna obſidione compulſi, Turcis eam dedere ſunt coacti, viginti millibus haud pauciores: qui cum in ſeruitutem abducerentur, fœlices prædicabant mortuos, qui ſemel & ſeruitute & diuturnis laboribus defuncti eſſent. Sed illud penè præteriſſem. Cum ea vrbs, vt diximus, inſtauraretur, ſaxum inuentum eſt, longo ibi tempore defoſſum, in quo hoc oraculum inſculptum erat: VRBIS TRALLIVM PVLCHRITVDO AD TEMPVS EXTINGVETVR: SED EIVS RELIQVIAE EXTREMIS TEMPORIBVS A POPVLO, CVI NON ERIT PRINCEPS PERTERREFIENT: SED NEQVAQVAM CAPIENTVR. RENOVABITVR AVTEM A POTENTE, CVI A VICTORIA NOMEN EST: QVI OCTVPLICEM SPLENDIDE NOVENARIVM VIVET DISCORVM: ET TER SEPTEM VOLVENS, ATTALI VRBEM ILLVSTRABIT: CVI ET OCCIDENTALES VRBES PAREBVNT, ET FEROCES EI PVERORVM INSTAR SVPPLICABVNT. Hoc oraculum multi non vetus præſagium, ſed recens commentũ putabât. Nec etiam deerant, qui id fide dignum & verũ iudicarent, indeq; Imperatorem longæuum fore augurarentur. Nec enim in octuplici nouenario reſiſtebant, qui ſeptuaginta duos annos conficit: ſed & ter ſeptem adijciebant circuitus, vt totus numerus annos nonaginta tres impleret. Cæterùm

*Duas ſorores in mutuo complexu expirant.*

*Trallium inſtauratio & deditio.*

*Oraculum Trallibus de Andronico repertum.*

*Oraculum euentu declaratum.*

rùm vt alia oracula o[illegible], ambigua & intricata ſunt, donec ipſo euentu comprobentur: ſic & hoc pleróſque decipiebat, atq; ipſum adeò Andronicum, ad obitum vſque, vt paulo pòſt dicetur. Eo verò humanis rebus exempto, ipſum ſeſe declarauit. Nam Andronicus cum Imperij inſignibus annos LXXII exegit, & in habitu monachi eò ferè biennium. Verum illud TER SEPTEM VOLVENS, nihil volebat aliud, niſi quòd, cum vrbem inſtauraret & illuſtraret, annũ ætatis ageret primum & vigeſimum. Primus autem vrbis illius conditor erat Attalus, nobilis quidam Troianus, qui vetere Trois capta, hanc in patriæ memoriam extruerat. Vnde τράλλεις, ſi nomen euoluatur, non aliud eſt niſi τροία ἄλλη: hoc eſt, altera Troia. Sed de Andronici vita & obitu ſingulatim pòſt ſuo loco agemus. Nunc ad inſtitutum redeat oratio. Supra oſtendimus, Carolum Italiæ regem fuiſſe virum magnis rebus gerendis intentum, & ſingulari in ingenij vitam excogitandis & deliberandis, quàm adminiſtrandis negocijs vti ſolitum. Verùm (vt paucis abſoluam) Imperatoris maius acumen & celeritas illi obſtabat, & velut è ſuperiore loco illi repugnabat. Ita fiebat, vt neq; huic ſui cõtra Romanos conatus, nec illi quæ contra Latinos moliebatur, ſuccederent: longóque tempore æquo Marte inter illos certaretur. Proinde viri prudentes haud inſciè dicebant, Niſi Reſpublica Romana talem Imperatorem haberet: facile eam à Rege Carolo ſubigi potuiſſe: & contrà, Niſi tum talis Rex Italia poriretur eam ab Imperatore capi potuiſſe. Itaq; mirari mihi ſubit imperueſtigabilem Dei ſapientiam, qui extremè contraria vno fine concluſit. Nam cum binas aduerſarias prouincias inter ſeſe coniungere ſtatuit, nec alteram alteri ſubijcere: aut ingenio virtuteq; præſtantes vtriq; moderatores præficit, vt vterq; alterius concilia & conatus euertat, & vtriuſque populi libertati conſulatur: aut vtróſque & hebetes & imbelles deligit, vt neuter alterum tentare, ac ſepem (quod aiunt) tranſilire audeat, veteréſque Regnorum limites cõuellere. Sic ſumma vtrinque aduerſatione ambo in tuto collocantur. Ita Rex Carolus per omne vitæ ſuæ tempus, Romanos & inſidijs & armis appetere nunquam deſtitit: nec tamen quicquam profecit, imperatore ſumma celeritate ac pari contentione conatus illius euertente. Ac cætera quidem ſingula ſuprà commemorauimus: nunc, quod poſtremò actum eſt, id dicam.

*Attalus Trallium conditor. τράλλεις τροία ἄλλη.*

*Prouidentia diuina in ordinandis regibus.*

## LATINORVM ADVERSVS *Romanos expeditio.*

CArolus Imperatori perpetuas ſtruebat inſidias, eáſque perducendi ad exitum occaſionem captabat. Cum autem hinc Ioannem Sebaſtocratorem Theſſaliæ principem, inde Illyricos bellum inferre illi cerneret ſibi quoque terra maríque Romanos inuadendi opportunitatem, & deſtinata exequendi dari ratus eſt. Itaq; magna claſſe inſtructa, terreſtres copias maiores parat: iiſq; virum fortem nomine Roſoſulem præpouit, qui Ionio mari traiecto, nihil ſpectabat magis, quàm vt caſtello Bellogrado, & opportunioribus Macedoniæ locis expugnatis, impunè Byzantium vſque progrederetur. Neq; enim fore quenquam, qui cum tantis exercitibus & armis tam firmis congreſſus, ſine malo diſcederet. Quod cum ad Imperatorem perlatum eſſet, non cunctandum ratus, & armis & pecunijs & conſilijs reſiſtendum illi cenſuit. Vnde apparet, quanto prudentia ſit armis potentior, & ingenij ſolertia milite numeroſo. Primùm enim omnis generis opibus miſſis, Siciliæ regem Fridericum ad bellum Carolo faciendũ concitauit, vt eum vel claſſem, ſi aliud non poſſet, domi retinere, & de vicino quàm externo bello magis ſolicitum eſſe cogeret. Id quod maximum & efficaciſſimum opus viſum eſt. Ac nauales copias Regis hoc aſtu Imperatoris dexteritas fecit irritas. Deinde ſupplicationibus per omnes Eccleſias indictis Romanas copias, quæ tum erant, contra Roſoſulem mittit. Quibus abeuntibus, neq; conſultum neque tutum viſum eſt, aperto Marte congredi cum hoſte tam potẽte, & firmiſſimis armis munito: ſed inſidijs & velitationibus è loco ſuperiore laceſſendum eſſe, & vt ſuperbi atq; impatientes eſſent, concitandos, vt per indignationem nullo ordine ſolutáque acie erumperent. Nam Italorum à multis ſeculis ea diſciplina eſt, vt cum ordine conſeruato inuadunt hoſtem, firmus ſint murus, & inexpugnabilis. Sin à conſueto ordine nonnihil receſſerint, nihil prohibeat quo minus ſtatim ab hoſtibus capiantur. Neque verò inſitus illos faſtus, & rationis expers iracundia magnopere læſit. Quæ cum Romanis olim nota eſſent, talibus eos dolis circumueniebant, ac frumentarios mulos ex inſidijs cædebant, & mercatum qui illos ſequebatur, impediebant, & velitationibus è tumulis eos qui aquabantur, occidebãt. Roſoſules autem copias ſuas à Belligradi obſidione ad tutiorem reducere locum, ſuo ſpiritu indignum iudicabat: prætereáque turpiſſimum ducebat, manſiſſe diu, vacuúmque reuerti. Sed ira inflammatus, cum paucis omnino inuadit eos qui aquationem infeſtam reddebant. quos noſtri cum vidiſſent, promptiſſimè deſcenderunt, iiſq; circumdatis, equos ſagittis confixerunt, equites verò omnes in Romana caſtra viuos perduxerunt. Quæ res Latinos vehementer perturbauit: Romaniſque cauſa fuit, in eos turbatos impetum faciendi. Ita inſigni victoria ſupra ſpem omnem potiuntur. Carolus verò ratibus Imperatoris ita ſuperatus: & vno bello facili & expedito, quod terra mariq; parârat, præter ſpem in duo diuiſo: ac altero exercitu qui Ionium tranſierat, prorſus perdito: altero verò, qui cum Siculis pugnârat, non quidem planè amiſſo, ſed filio tamen interfecto: æger animo ſedebat, vitæ pertæſus. nec diu binis illis cladibus ſuperſtes fuit, quarum mœrorem concoquere minus poſſet. Sed illud penè me præterierat.

*Palæologus Siculos contra Carolum concitat.*

*Latini iracundia inflammati vincũtur.*

*Roſoſule capto Latini vincuntur.*

*Caroli ægritudo.*

### DE COMNENO LAZO.

*Trapezus regia ſedes.*

NAm Ioannes Alexij nepos, qui poſt vrbem captam Colchorum & Lazorum tyrannidem inuaſerat, ſcripto iureiurando ab Imperatore accepto, Byzantium profectus, Eudociam eius filiam vxorem ducit. & paulíſper ibi commoratus, vnà cum illa in regnum ſuum reuertitur: cuius regia ſedes erat Trapezus. Vbi antequam annus elaberetur, filius ei natus eſt, iunior Alexius Comnenus: qui patri, vt pòſt dicetur, in regno ſucceſsit.

### DENVO DE THESSALICIS motibus.

*Palæologus infeſtus Theſſalis.*

*Scythica auxilia.*

HOc rerum ſtatu rurſus fidem fregit Theſſaliæ princeps, Ioannes Sebaſtocrator: quæ res exacerbauit Imperatoris animũ, & maxima iracundia inflammauit, extincta omni fœderis & amicitiæ ſpe: quam & ſæpe abrumpi, & ſæpe reſarciri, & vix per vim coire, facilè verò diffluere ac conturbari: eiuſmodi eſſe rem, vt planè deſperanda videretur. Quare omni pacificationis mentione ſublata, per legatos à Noga Scytha, qui vltra Iſtrum habitabat, & Imperatoris amicitiam, cuius notham filiam Irenen paulo antè duxerat, colebat auxilia petit: acceptiſq; quatuor millibus delectorum Scytharum, adiunctis etiam Romanis legionibus, Ioánem Theſſalum Sebaſtocratorem bello petere in animo habebat: tum vt eum ipſum deleret: tum vt omnem militarem ætatem, quæ Theſſaliæ præſidio erat, occideret.

### PALÆOLOGI MORS.

*Pachomius à Paleogo excæcatus.*

SEd priuſquam conſilium hoc ad rem conferretur, mora conatum illius interrupit. Nã cum prope Lyſimachiam, iuxta pagum qui inter Pachomium & Allagem (locorum hæc nomina ſunt) ſitus eſt, verſaretur, ibiq; Scythicum exercitum inſpiceret, Romanoſq; duces deligeret, eoſq; quid agendum eſt, moneret: morbo cordis corripitur, qui breui mortem denunciaret, ac medicorum omnia iudicia confunderet & turbaret, & artis præſidia aſpernaretur. Ferunt & ipſum mortis metu, eos qui adeſſent percontatum, quo nomine locus ille vocaretur? Cum Pachomij & Allages nomen audiſſet, cum alto ſuſpirio dixiſſe: Hic ſibi finem inſtare, vitæque mutationem fato decretam eſſe: & ſeipſum grauiter accuſaſſe, quòd non ita pridem honeſtum quendam virum nomine Pachomium excæcaſſet: propterea quod vulgò ferebatur oraculum de Imperatore, ſub vitæ mutationem Pachomium illi ſucceſſurum: quo deceptus, & Imperij cupiditate amens, Pachomium Imperio inutilem efficere feſtinarat.

### DE ORACVLIS.

*Spiritus quidam miniſtri oraculorum autores.*

*Inſomnia. Aſtra. Tripus. Exta. Vox. Scriptura.*

*Obſcuritas oraculorum.*

HAud iniuria de oraculorum, quæ ſermonibus hominum celebrantur, ortu atque inuentione dubites. Deinde qui fiat, cũ futurorum neceſſariam ſignificationem complectãtur vt intricata verborum ambagibus obſcurētur. Nam quis [ea] compoſuerit, & ad poſteros tranſmiſerit, à nemine vnquã vel poëta, vel philoſopho, vel hiſtorico ſcriptum reperimus: ſed illud tantum ab eis annotatum deprehendas, alio atq; alio tempore certum oraculum vulgò iactatum hunc vel illum exitum habuiſſe. Quis verò primus illud ſparſerit, à nemine dicitur aut ſcitur, niſi quis mentiri velit. Sunt tamẽ qui exiſtiment, ſpiritus quoſdam adminiſtros partim bonos, partim malos, & inſtrumenta ſupplicorum, inſpectores eorum quæ hic gerantur, aërẽ & terram peragrare, qui futurorum ſcientiam & supernè acceperint, & hominibus impertiri iuſſi fuerint, partim per inſomnia, partim per aſtra, partim per Delphicum quempiam tripodẽ partim per exta immolatorũ pecudũ; partim (ne ſim prolixior) per vocem ex aëre primùm ortam, ac deinde circumuolitantem, & aures hominum circumſonantem, quam veteres ſapientes Diuinam vocem appellarunt. Sæpe etiam factum, vt in ſaxis aut parietibus, ignoto autore ſcripta reperirentur. Sed tamen ambagibus inuoluta ſunt omnia, & non ſatis perſpicua: quemadmodum Imperatorũ ornamenta, quæ diuini quiddam habere, & (vti par eſt) vulgi captum ſuperare creduntur. Nam quæ expoſita ſunt omnibus, facilè faſtidiuntur, & ferè negliguntur. Nõ tamen vana ea eſſe aut irrita creditur, ſi quis nõ obiter, ſed iudicio adbibito rimetur. Alijs enim beneficij, alijs ſupplicij loco ſignificari. Quoſdam enim calamitatum impreſsionem præparatione & patientia molliorem reddidiſſe: quoſdam verò vitæ emendatione placato Deo, prorſus illa auertiſſe: quibuſdam interiecto tempore ob animorum imbecillitatem, ſupplicio eſſe calamitatem expectationem, priuſquam aduenerint ea quæ perperienda fuerint: ita gubernãte Prouidentia, vt grauius ob commiſſa plectantur.

*Oraculorum ex libidine interpretatio.*

*Oracula commentitia.*

Quod ſi qua mentiantur, hominumq; ſpem fruſtrentur: (nam omnia quæ ſignificantur, alijs moleſta ſunt, alijs iucunda: vt Crœſi Imperij deſtructio, Crœſo & Lydis moleſta, Cyro & Perſis pergrata viſa eſt) ſi qua igitur ita fallere videantur, id non ipſorum oraculorum natura fieri, ſed hominum præpoſtera potius cupiditate, qui tempora anticipent, & oraculorum ſenſum ad optata ſua detorqueant. Interim tamen videndum, ne qui ſint, qui huiuſmodi oraculis ad dictos ludificentur, & nouos commenticios verſiculos ad oraculorum imitationem confingant, eoſq; clàm in vulgus ſpargant, hominumque mendacijs illorum etiã veritatem confundant. Id quod multos noſtra etiam ætate feciſſe conſtat. Sed illuc redeo. Imperator illis in locis, quæ dixi, præter ſpem ſuam fato functus eſt, Anno ab orbe condito ſexies milleſimo, ſeptingenteſimo, nonageſimo, primo, annos LVIII natus,

*Palæologus ſine honore ſepultus.*

At filius eius Imperator Andronicus, quamuis adeſſet, patrem Imperatoria ſepultura adeò nõ honorauit, vt ne plebeia quidem dignatus: præterquàm quod iuſsit, vt noctu pauci quidã cadauer procul à caſtris abductũ multa terra obruerent: id modò cauens, ne Imperatorũ cadauer à feris diſcerperetur. In cauſa erat, quòd dum vi-

ueret. à recta Eccleſiæ [illegible] [illegible]e. ciuiſſet, vt ſuprà expoſuimus: quod factum filius, etſi patrem adamabat, & pietate filios omnes atque obſeruantia ſuperabat, ex animo, vt poſtea dicemus, clàm oderat. Ac Michaelis Palæologi hic exitus fuit: viri naturâ decori, cum grauitate quadam, & digna principe maieſtate. Erat porrò in eo robur corporis, & rei militaris peritia, diuturni temporis parta exercitationibus. cum autem & prudentia & eloquentiâ valeret, in rebus gerendis multo fuit acrior. In Imperij principio munificentiſsimus eſſe viſus, vt ſubditorum animos nimirum ſibi conciliaret: deinde modum ſumptibus adhibuit, cum varia bella exiſterent, quæ diuturnos & magnos ſumptus citra vllam detractionem poſtulabant. Nec deſunt, qui eũ afflicto animò, & perpetuò turbata conſcientia fuiſſe dicant, ob innouatum dogma: quod eò amplexus fuerat, vt Imperium ad liberos ſuos propagaret: à quibus id ſcilicet honoris ei eſt habitum, vt ne Imperatoria quidem ſepultura onaretur, Eccleſiæ ſanctiones patriæ pietati lõgè præferentibus. Mea verò ſententia is prudentiſsimè rebus ſuis conſulet, qui primùm ſuapte cauſa optima quæque amplexus fuerit: deinde liberis etiam & cognatis ſuis proſpexerit. Qui verò toto animo incertam gloriolá aucupatur, & ijs caſibus qui animum obtuunt, nec conſtantiæ quicquam habent, ſe ſubijcit, & iucundiſsimam optimis ſiue ſua, ſiue ſuorum cauſa anteponit: is miſer mihi videtur, tum ob temeritatem, tum propter inane ſtudium: quòd præter Deum eius voluntati & conſilijs aduerſantem, euestigiò etiam euidenter alia quàm ſperarat, experitur, & in extremas miſerias præcipitatur. Ecce enim, is de quo nunc agimus, vir alioqui prudens, & in rebus gerendis fortunatus, charitate liberûm victus, verum eſſe quod Plato dixit, amorem eſſe cæcum. Nam cum omnia & de ſe & liberis curas in diuinam prouidentiam reijcere debuiſſet: ille cæci inſtar, dum amori liberûm ſuorum indulget, imprudens à ſummo principatu in calamitatum barathrum ſeſe præcipitauit: idque conſecutus eſt, vt vulgò eum execrentur. Nam cum Deus imperium illi indeab infantia deſtinaſſet, vt variè multiſq; locis declaratum eſt: ſi animi puſillitatem nonnihil moderatus eſſet, & linguam ab omni periurio, & manus à cruore cohibuiſſet, neque omnino ad peregrina & aliena ab Eccleſia dogmata deflexiſſet, longo interuallo ſuperiores Imperatores etiam laudatiſsimos ſuperaſſet. Sed oportebat vtrique calceum ab Iſtiæo conſui, ab Ariſtagora verò indui, vt nos in extrema mala deueniremus: ſiue ad vetera & recentia delicta luenda, ſiue haud ſcio quam aliam ob cauſam. Atq; hæc hactenus.

*Elogium Palæologi.*

*Propter liberos non violanda pietas.*

# *NICEPHORI GREgoræ hiſtoriæ Romanæ liber ſextus.*

## CAPITA LIBRI VI.

*Imperium Andronici Palæologi, filij Michaelis.*
*Eccleſiaſticorum procerum confuſio.*
*De Gregorio Cyprio patriarcha.*
*De altera coniuge Andronici, Irene.*
*De relegatione Becci patriarchæ.*
*De Eccleſia miſerabiliter à ſacerdotibus lacerata.*
*De Ioanne excæcato, imperij herede.*
*De cauſa Romanarum cladium in mari.*
*De patriarchatu animi ægritudinem à Gregorio recuſato.*
*Iuſti iudicij Dei explicatio.*
*De Athanaſio patriarcha.*
*De Porphyrogenito.*
*Athanaſij è patriarchico ſolio deſcenſus.*
*De Ioanne patriarcha Sozopolitano.*
*De Alexio pincerna.*
*De affinitate Cralis, Seruiæ principis.*
*De A·anis.*
*De Ioannis patriarchæ deſcenſu.*

CVm autem Andronicus in Imperio patri ſucceſsiſſet, magno tumultu plena erant omnia. Hinc enim bellum Eccleſiaſticum ab aduerſa factione renouabatur, Imperatoris obitu occaſione data: inde auxilia Scythica, quę quatuor millium numerum excedebant, magnum Reipublicæ periculum minitabantur, ne propter eius à quo acceriti fuerant, obitum, noui aliquid molirentur. Erat autem eis facillimũ, ſi vellent, cum Romanæ legiones nondum adeſſent, omnia miſcere cædibus, & prædas agere, & pecuniam vnà cum ipſo Imperatore & Patribus conſcriptis abducere. His igitur de cauſis Andronicus pleriſque negocijs dilatis ac præteritis, omnem ſuam curam ad id conuertit, quo maximè vrgebatur. Eos porrò manibus non plenis dimittere domum, nec Scytharum eſſe moris videbat, nec alia ratione citra tumultum & pugnam abituros: Romana verò pecunia eos explere velle, nec facile erat, & nefas eſſe videbatur. His igitur de cauſis, duce adiuncto Michaele Glaba, magno Conſtablo, qui rei militaris vſu tantum excellebat, vt reliqui duces, pueri præ eo viderentur, vt quamprimùm Triballos infeſtiſsimos hoſtes, qui Romano Imperio magnas ſæpe clades intuliſſent, adorirentur: eo conſilio, vt & horum vires imminuerent, & ipſi maxima præda parta, inde domum Iſtro traiecto recederent. Et hæc quidem ex ſententia ſucceſſerunt. Imperatori autem neceſſe erat, in vrbem profecto patris obitum matri Theodoræ renunciare, publicumque de more luctum indicere. Itaque cadauer Imperatoris in vrbem Selybriam deportari iuſsit, veritus ne id Latini furarentur: ipſe Byzantium redijt, iuſtiſque peractis, in componendo Eccleſiæ ſtatu ante omnia elaborauit.

*Periculoſa Imperij principia.*

*Scythæ cõtra Triballos mittuntur.*

*Andronicus emendandum eccleſiæ ſtatũ ſuſcipit.*

quod

quod conſilium patre ſuperſtite ſedulò diſsimulatom, per occaſionem protulit, & quis eſſet, oſtēdit. Proinde caduceatotibus & edictis quòd libet miſſis, Eccleſiæ correctionem nunciabat: & qui Eccleſiæ ſtudio exulabant, aut malè tractati fuerant, eos reuocabat. Interea Becus ſede clàm relicta, ſecedit, ſeq; in Panachranti monaſterio concludit, veritus ne io hac ſubita mutatione à nonnullis diſcerperetur. In eius vero locum ſtatim ſuffectus eſt Ioſeph, qui loco illi ceſſerat, motbo & ſenio confectus, & motti proximus.

*Beci occultatio.*

*Ioſephus patriarcha.*

*Diaboli potentia.*

Enimuerò cū diabolus io ſacris literis huius mūdi princeps appelletur, terrenarumq; terū moderator, arcano conſilio Dei cōniuente: probabile eſt, eum res quæ hic gerūtur e veſtigiò perſequi: & quæ protſus deprauata ſunt, ſibi protſus vendicare: ex optimis autem portionem qualemcunque decidere, more hominum qui prouinciam aliquam ſortiti, habitatoribus tributum & annuum vectigal imponunt. Iniquiſsimè enim ſecum agi exiſtimat, qui mundi princeps vocetur, niſi eorum qui terram incolant, partim dux & dictator, partim ſocius ſit, quatenus liceat. Quamobrem quum alia, tum vt Iudæi contra CHRISTVM Seruatorem inſanierint, ſtudio breuitatis præteribimus. Hi enim ſors eius fuerunt. Sed in ipſos Seruatoris diſcipolos atque Apoſtolos facto impetu, vnum tributi nomine Domino eripuit. Deinde omnes ordines peragrauit, eorum qui in montibus & ſpeloncis exercentur, paſtorum Eccleſiæ, eorum qui dogmata eruditè explicant, eorum qui martyrio decertarunt. & quamuis vndiq; excluderetur, quatenus Diuina prouidentia mandabat: tamen non prorſus inanis & vacuus abijt, ſed vndecunque multiformem populum coegit, & nouum quendam exercitum, qui ſecum flammæ particeps eſſeut. Tum autem, cum Imperatorem à pio conatu auertere non poſſet, alio pacto confuſionem effecit, & pulchram illam concordiam tempeſtate diſſenſionum turbauit, ac nouam illam feſtiuitatem infeſtam reddidit: Eridem illam imitatus, quæ pomum contentionis in Thetidis & Pelei nuptijs proiecit, vnde poſtea magnæ pugnæ & hoſtiles flammæ exortæ ſunt, vti fabularum patentes Poetæ tradunt: ac potius lupos, qui grege prius diſsipato, facilè nonnullas oues abripiunt. Nam eò redegit populum, vt in binas & ternas ſectas ſcinderetur, quorum alij Ioſepho patriarcha, alij Arſenio olim mortuo niterentur: à quo Ioſepho ſacris interdictum dicerent, quòd ipſo viuo ſedem occupaſſet: illis reclamantibus, canonicè depoſitum eſſe Arſenium à toto pontificum concilio: alij vtrique factioni alia crimina obijcerent. Itaq; Ioſephus duabus de cauſis cedere eſt coactus, tum vt paci eorum quibus moleſtus erat, conſuleret: tum quód patriarchæ munus obire nequibat, totius corporis viribus morbo & ſenio exhauſtis. Factionum porrò principes inter ſe rixabantur linguas contra ſeſe, non ſtudio religionis, ſed iracondiæ impetu acuentes. Nam religionis ſtudium à ſuperna potentia peodet, diuinaq; & concinna

*Factiones Eccleſiaſticæ propter patriarchas.*

*Ioſephus patriarcha cedit.*

*Calumniæ potius quàm ſtudium religionis.*

quadam ratione gubernatur. Qui verò mentis ſuæ fores oſtētationi aperiunt: hi nō animaduertunt, ſtudium ſuum in odium, &, ſi dicere liceat, zelum in ſcelus eſſe conuerſum, & pro frumento (vt ita dicam) & vua cæteriſq; bonis fructibus ſpinas & lolium extitiſſe: quæ non aliud ſunt niſi lites ab animo non ſatis inſtituto proficiſcentes, & aduerſariarum orationum certamina. At Imperator naturā mitis, cum neutros offendere vellet, & ſcandala vtrinque caueret, media via incedere inſtituit. Eſt autem ad Orientale latus Helleſpontiaci freti locus Atramytium, vbi viri illi edictis Imperatorijs acceſsiti confluunt: nec ij tantum quorum ſtudium ratione regitur, ſed & promiſcua & impudens turba, partim thronos ambientes, rem quæ conditionem eorum longè ſuperabat, partim pecuniæ, partim glorioſæ & honorum cupiditate, qui in vita mortalium varij obertant. Sed illud penè me præteriſſet, quod in primis explicandum eſt, ne pòſt orationis ſeries interrumpatur. Nam cum Ioſephus, vt diximus, breui tempore ſedem reliquiſſet, ac paulo pòſt vita etiam exceſsiſſet: non æquum eſſe viſum eſt, ac minimè conſultum, vt Eccleſia tam perturbatis temporibus ſine paſtore relinqueretur. Erat autem tum inſigni vir facundia, ex Imperatorij cleri collegio, Georgios Cyprius, qui elegantes græcæ literaturæ numeros & Atticā illam linguam longo iam tempore obliuionis gurgite demerſam ingenij dexteritate ac ſingulari ſtudio in lucem produxit, ac velut ab inferis reuocauit. Hunc, cum non ita pridem monaſticum habitum induiſſet, in animo habebat & ſtudebat Imperator ad patriarchicum ſolium euehere: à nemine tamen eorum illi manus imponi volebat, qui nouum illud dogma amplexi fuiſſent: vt periculum eſſet ne res diutius differretur. Eſt tamen ab Imperatore poſt debita ſuffragia & teſtimonia deſignatus: & paſtorale pedum in Imperatorio ſuggeſtu, veteri more ab Imperatore porrectum, accepit. Proinde negocijs intentus, patriarchica iura, quæ cum ſacerdotio nihil coniunctum habebant, adminiſtrabat. Non multo pòſt, ſiue fortuitò ſiue diuinitùs, Conſtantinopolim venit Mozyles epiſcupus, Nicephori Ætoliæ principis legatus: & poſt hunc è Macedonia Debrorum epiſcopus, non ille quidem legatione fungens vlla, ſed alterius negocij cauſa: quorum vterque cum dogmatis noui ſectatoribus nunquam ſuffragatus eſſet, Mozyle epiſcopus prælatus eſt Debrono. Mozylenus enim metropolitano Naupactio, Naupactius Conſtantinopolitano parebat: Debrenus verò ad primam Iuſtinianam pertinebat, vnde illi ad hoc negocium aptior videbatur. Idem Mozylenus patriarchæ iam ab Imperatore, vt dictum eſt, deſignati hortatu, Germanum monachum quendam, metropolitanum Heracleæ deſignat. Huic enim ab antiquo ius Conſtantinopolitani eligendi debetur: cum ne magnus quidem Conſtantinus, qui nouam Romam, eamq; maximam è Byzantio fecit, veterum Imperatorum priuilegia abrogare noluerit: ſed potius & diu-

*Georgius Cyprius patriarcha.*

*Mozylenus epiſcopus.*

*Debrenus epiſcopus.*

*Germanus Heracleæ epiſcopus patriarcham Byzantinum creat.*

ſum igitur eſt proceribus & eruditis omnibus, tam profanis quàm Eccleſiaſticis, in Regiam conuocatis, illuſtre de illo, in tanto theatro, iudicium fieri oportere. Quo facto, cum Becus in medium prodiſſet, atque omnia eloquentiæ vi permiſceret, & ea quæ ſani dogmatis defenſores obijciebant retexeret, fortaſſe mendacium veritatem viciſſet, & curioſitas virtutem ſuperaſſet, niſi Gregorius patriarcha, & Muzalo, magnus Logotheta, doctrinæ copia & ſacræ Scripturæ ſententijs reſtitiſſent, & ingentem illam exitioſæ linguæ tempeſtatem ſedaſſent. Erat autem is Muzalo velut imperij particeps, atque in Imperatorijs & publicis negocijs verſabatur, & maximo in honore ab Andronico, ob eruditionem & ſenectutem & longum ac varium rerum vſum cum prudentia coniunctum, habebatur. Quibus de cauſis eximius ei ſoli è veteribus, qui eodem munere functi fuerant, hic honos eſt habitus, vt calyptram in capite panno, purpura & auro intertexto circundatam geſtaret, quatenus ſurſum vergit, & ad pyramidem ſuperficiei funditur: in hoc vno ab Imperatorum liberis differentem, quòd non etiam inferiorem & cauam ſuperficiem habebat, circulis auratis variatam, ſed prorſus leuem. Vt autem ea quæ interceſſerunt prætereamus, cum Becus poſt multas diſputationes atq; applauſus, nullam pro ſe clementem ferri ſententiam, nullam ſuorum commodorum rationem haberi cerneret: vnionem apertè improbauit. Quapropter denuò in exilium, in oppidulum quoddam Bythiniæ maritimum, vnà cum Meliteniote & Metochite mittitur. Enimuero illud neſcio quomodo mihi excidit. Nam poſt Attramyttenum illud tixoſorũ librorum incendium, omnes ij qui ſtudium religionis ſimulabãt, metropoles & cæteras dignitates partim iam partiti, partim partituri, abrogationem Pontificum & clericorum omnium qui Michaeli Imperatori aſſenſi fuiſſent, in vniuerſum inclementer decreuerunt: fortuna non moderatè, nec humaniter vſi. Nam cum plerique ex circumforanea & malè educata & contumaci turba eſſent, quibus paulo antè ne vultũ quidem Imperatoris intueri licuiſſet, nunc verò benigniſsimè ab illo accepti eſſent: ſuæ cõditionis obliti ſunt, ab ebrijs nihil differentes. Nam poteſtate ab Imperatore accepta, quippè qui eis propter ardentem vniendæ Eccleſiæ cupiditatem nihil non concederet, plane ſecuri iam, eos omnes contra quos infame illud ſuffragium laturi erant velut oues in magnum Blachernium templum congregarunt. qui cum ſupplicibus & verbis & geſtibus cõmiſerationem elicere ſtuderent, & ſimilia veterum humanitatis exempla quum alia, tum duplicis illius Iconomachiæ proferrent, quòd illi cum grauius deliquiſſent, humanos eos experti eſſent, qui orthodoxam ſententiam defendiſſent, & ſuum quique locum retinuiſſet, ab immanitate decreti ſui non recedendum putauerunt: ſed omnem clementiam, omnẽ miſericordiam improbitatis fluctus in maris Atlantici fundum deiecerunt. Tanta inuidia in ſacro illo cœtu, tantáque acerbitas initiò ſtatim [illegible] illius concordiæ graſſabatur. Quis autem adeò durus eſt, & animo adamantino, vt contumeliam illam & maximam inhumanitatem referre queat, qua contra miſeros epiſcopos & ſacerdotes vſi ſunt? Nam poſt verborum conuicia, præſides inferioribus imperabant, vt direptos illis pileos humi abijcerent, ter acclamantes, Indignus eſt: alijs verò aliorum veſtes exuere, eáſque à fimbria inuerſas ad caput applicare, atque iterum ter acclamare iuberent, Indignus eſt. Deinde alapis impactis, tanquam ſicarios vi extrudere ſacro loco. At humanus IESVS & Seruator, etiam latronem admiſit, & proditoris pœnitentiam, modò ipſe voluiſſet, deſiderauit, & expectauit. Proinde ſerò illi quidem, ſed iuſtas tamen pœnas luerunt. Neque enim nouorum iſtorum legiſlatorum vllus in ſua dignitate deceſsit: ſed turpiſsimè ſuis pulſi ſedibus, vt poſtea dicemus, præ animi ægritudine vitam abruperunt.

*Muzalonis autoritas.*

*Exules reſtituti graſſantur in aduerſarios.*

*Crudelitas punita.*

## DE EXCAECATO IMPERIJ

*herede Ioanne.*

POſt hæc Imperator recordatus, quo pacto pater cum adoleſcente Ioanne Laſcari egiſſet, ad quem Imperij ſucceſsio magis pertineret: ac veritus ne vindicta tandem expergiſcẽte, eodem & ipſe modo tractaretur, & Oculos vnà cum Imperio amitteret: conuenientia vulneri medicamenta ſtatuit adhibere. Qua enim erat prudentia, non ignorabat, Deum etiam in hac vita ſæpe iuſta menſura facinora penſare ſolere vt illuſtribus documentis mortales erudiantur ac perterreſiant ij qui vindictam numinis omnia perſpicientis, præ ſuis cupiditatibus negligunt. Etſi enim propter infantiam, & animi ſimul & corporis imbecillitatem, neque conſilio neque manu patris facinus adiuuare potuit: tamen ille propterea ſcelere illo ſe contaminarat, ne filius a legitimo & ſano hærede ſuperſtite, Imperio priuaretur. His de cauſis, quum vehementius conſcientiæ ſtimulis pungeretur, ad Ioannem Laſcarim ſua cauſa excæcatum à patre, venit, qui in quodam Bithyniæ oppidulo cuſtodiebatur: tum vt videret eum, tum vt cõſolaretur: præteread; ad victum & cultum neceſſaria omnia illi quoad viueret, ſuppeditaret. Quod cum feciſſet, ac fieri iuſsiſſet, libenter inde verſus Orientem progreſſus eſt, certis de cauſis ibi commoraturus: tum vt rei militaris vſum conſequeretur: tum vt præſentia ſua terrorem Barbaris incuteret, ne impunè, quoties & quò vellent, in Romanos fines irrumperent.

*Andronicus paterni ſceleris vindictam timet.*

## CAVSA MALORVM

*in mari.*

HOc rerum ſtatu, nonnulli qui in principũ gratiam omnia facere ſtudent, Imperatori deliberationem proponunt. Nam plerunque ſolent ſubdlti ad principum voluntatẽ ſe accommodare, ad eamque animum & linguam & omnes actiones referre. His enim obſequijs eorum beneuolentiam redimi ſciunt.

*Claßis ex auaritia deſtructa.*



Delibera-

Deliberatio autem fuit huiuſmodi. Cũ pericula omnia, propter quæ Romana claſsis tantoperè aucta fuiſſet, propulſata eſſent: ac præter cætera, etiam Carolus Italiæ rex, omnium malorum caput obijſſet: Inanem eſſe nauium ſumptum. qui fiſcum Imperatorium plus quàm cætera omnia exhauriret. Quod cum Romanis euidentem perniciem afferret: tamen in præſentia opportunum eſſe viſum atque vtiliſsimum, animis pecuniæ ſitientibus, & præ ea omnia Imperij præſidia & firmamenta contemnentibus. Hoc Romanis malorum principium extitit, & immobile fundamentum: hoc Latinos, Romanorum vires prius vt inuictas metuentes, confirmauit, & animoſiſsimos reddidit. Hinc enim res illorum maritima creſcere & amplificari, hinc illis accedere lucra & principatus, Romanis verò paulatim decedere ac ſubinde imminui, poſteriorq; dies priori eſſet deterior, calamitatẽ calamitate cumulando. Nam piraticæ triremes aliæ atque aliæ hinc atq; inde vndique, nunc binæ, nunc ternæ ac plures, ad ipſam vſq; vrbem per ludibrium acceſſerunt. Vnde inſulæ maritimaq; loca affligi cœpta: cum nullo modo nauiũ acceſſus & receſſus, & circuitus, & noctu atq; interdiu inſtantia pericula prohibere poſſent. quæ extrema omnia, necemq; & tũ minitabantur, & pòſt euidenter etiam inferebant. Hinc omne Gaſmuli cum diſsipatum eſt, & i... alias atq; alias terræ partes inſperſum, ob inopiam. Partim enim Latinis operam ſuam locarunt, ad onerarias naues & triremes agendas: partim à nobilibus & locupleribus Romanis mercede conducti ſunt: partim armis venditis, ad colendos agros ſe contulerunt, ſatius eſſe rati per omnem ætatem opus facere, & quotannis à publicanis & tributorum exactoribus deglubi, quàm vltrò fame perire. Triremes verò aliæ in alijs Ceratis partibus relictæ, tempore perierunt, alijs in fundum maris demerſis, alijs ruptis: nonnullæ etiam curatæ ac conſeruatæ ſunt, ſi quando fortè illis eſſet opus. Qui autem huius conſilij fuerit exitus, orationis progreſſu exponetur.

## DE PATRIARCHAE CONtumelia & dolore.

SEd cum Gregorio etiam dolores inſtarent, & immiſericordiæ pœnæ luendæ eſſent, quòd Beco opem imploranti, & omnia cõceſſurum pollicenti, ſi qua ſui ratio haberetur, & auxilium negaſſet, & miſero calamitates augere non dubitaſſet: ſed multis vndiq; fluctibus iactato, ipſe à tergo alias procellas excitaſſet & accumulaſſet: indignum ſua doctrina facinus, qui hoc excepto, cætera omnibus laudibus dignus erat. Sed cum hic quoq; affligendus eſſet, quid à Prouidentia cuncta moderante fit? Deſtituitur & ipſe à Deo, vt caſtigetur, & aſperſam labem eluat, & purus ad alteram vitam tranſeat. Beco enim non ſatis ſupplicij eſſe ratus, quod extorris ab amicis & cognatis auulſus eſſet: verbis etiam & ſcriptis eminus illum feriebat, & eius ſcripta & decreta refellebat, & contraria problemata & dogmata colligebat. Dum verò illum & ſectatores illius oppugnat, imprudens ab alijs & ipſe vulneratus eſt: & in ijs captus, quibus alios captabat: non aliter quàm ſi quis tela in hoſtes conijciens, ipſe à ſuis ex obliquo grauiorem plagam acciperet. Quidam enim è pontificibus & ſacerdotibus eum reprehenderunt, vt blaſphemantem: ac monuerunt, vt vocabulis nonnullis mutatis, periculum & conuicium vitaret. Ea admonitio non ſincera illi viſa eſt, ſed ab occulta inuidia proficiſci. Proinde rem vrgebat, & ad contradicendum acuebatur, & probationes probationibus ac diſputationes diſputationibus cumulabat, quibus & accuſatorum ora (vt putabat) obrueret, & ſuam ſententiam pro virili tueretur. Sed apparebat vtique, Deum ad vtilitatem omnia dirigentem, noluiſſe vtiq; illi etiam cætera ex ſententia ſuccedere. Itaque vires aduerſariorum augentur, certaménque accenditur, vt è parua ſcintilla magnum oritur incendium. Primum non minima Pontificum & clericorum pars eum deſtituit: deſtituitur & ab ijs quos cæteris præferebat, Chila Epheſino & Daniele Ciziceno, quibus ob eruditionem iuſto maiores honores detulerat. principatu illis inter cæteros ſacerdotes & pontifices decreto: idque patriarcha iniquiore animo tulit, quòd ij quos aliorum in ſe conuicia refutatores putabat, & loco muri firmiſsimi ſibi futuros, præter ſpem inimici extitiſſent, & (vt prouerbio dicitur) carbones pro theſauro inueniſſet. Sic idem illi accidiſſe fertur, quod olim Iulio Cæſari, cum à Bruto & Caſsio occideretur. nam ad oeterſus aliorum enſes aliquantiſper ſe defendit, vt potuit: ſed cum Brutum etiam ſtrinxiſſe gladium vidiſſet, quem germani filij loco dilexerat, tum demum aiunt re inexpectata perculſo animo, ſtatim exanimem humi concidiſſe. Ad eundem modum Gregorius, cæteris ad tempus refragabatur. Sed cum fidiſsimos ſibi & chariſſimos infeſtos eſſe cerneret, neque adeſſe defenſorem videret, non Imperatorem, non vllum potentem: tandem Dei iudicium eſſe intellexit, & ſententiam diuinitùs in ſe latã confirmari. Proinde cõtentionibus & ſolijs valere iuſsis, in Hodegium Deiparæ monaſterium in ocium ſeſe contulit. Sed inde non multo pòſt à conditrice vocatus eſt, in S. Andreæ monaſterió. Erat enim ea matrona ſtudioſa, & ab ore patriarchæ pendebat. Itaque domo proximè monaſterium extructa, eò virum pertraxit: vbi paruo tempore elapſo defunctus eſt. Sed, vt conſueuit Deus facta cuiuſque remunerari, vt defunctorum caſibus ſuperſtites erudiantur: paulo pòſt Chilas Epheſius & Daniel Cyzicenus pœnas dederũt, quòd ſecundæ fortunæ flatu elati, virum de ſe bene meritum inſectati eſſent: nec cogitaſſent, quantis erroribus res humanæ intricentur: & vt ea quæ in expectatione ſunt, inexpectato exitu terminentur, & deſperatæ res fœliciter ſubleuentur: vtique inſtabiles animi facilè importuna confidentia inſoleſcere & res abſurdas ſuſcipere ſoleant, non aliter quàm cum Cæcias nauem onerariam ancharis deſtitutã in fluctibus exagitat.

Gregorius Cyprius à ſuis ſacerdotibus oppugnatur.

Oppugnatur ab amicis grauiſſimum.

Gregorius Cyprius fit monachus.

Humanarum rerum inconſtantia.

exagitat. Quare vigilendum & ſolicitè cauendum ne poſtridie maiora & acerbiora quàm fecerimus, perferamus. Eorum enim metropolium clerici ſclecti & fidiſsimi & cheriſsimi contra eos inſurgunt, ac Imperatori & cæteris pontificibus literas offerunt, quibus illos multa nefanda, & abrogationem ſacerdotij ſpondentia commiſiſſe teſtabentur. Quas cùm Imperator & pontificum collegium euidè legiſſent, literis & decretis in vrbem vocabantur. Illi verò inquiſitionis tempus crebris diletetionibus eludebant. Tandem cùm & ipſis acerbius pocnlum quàm patriarchæ benè meritò miſcuerant exheuriendum eſſet, numlne telie facinora vindicaute: apud Imperatorem tacitam euerſionem inneninnt, quæ plus quàm ire aperta dolet: ee lenitet & clanculum ad ipſes vſque medullas (vt ita dicam) penetraris, omnem enimi amœnitarem depaſcit & conſumit. Apud fretres autem & collegas inimicum contemptum & ab omni conſolatione alienum animaduertunt: & quod meius eſt, annuis rediribus, quos illis metropoles pendebent, priuantur. Deniq; ne longum faciamus, ita in vrbe ſedentes vitæ reliquum exegerunt, ægri animis & afflicti, donec pſe doloris magnitudine obierunt.

## DE ATHANASIO
*Patriarcha.*

*Indoctus, ſed religioſus monachus.*

SEd illùc redeo. In patriarchicum ſoliū ſuccedit monachus quidam, Athenaſius nomine, qui ocioſam in Gani montibus vitam agebat: homo rudis ille quidem literarum, morumq; ciuilium: ſed alioqui bonus & admiranda, quantum ad monaſticā vitam ettinet: continens, illotus totas nocteaſtare, humi cubare, pedibus iter facere ſolitus: moribus deniq; ijs prædirus, qui decent eos, qui ſolj in montibus & ſpeluncis degunt. Ac per omnem ille ætetem fortunetus dici potuiſſet, ſi ſuū illud inſtitutum tenuiſſet. Sed malè tracteri vtiq; tum pontifices, tum clericos oportebat: & dignas improbitate ſue luere pœnas, tàm prior ille, quèm ea qua contre Gregorium petrietchem vſi fuerāt. Nam cùm patriarchicum ſolium conſcendiſſet, ſtatim in eos primos trucem coniecit oculum, & zelo diuino atq; exacerbato plenum: vt prudentiorea eb ipſo, quod aiunt, limine, quid futurū eſſet, coniectentes, domi ſeſe abdere, quàm in publico verſari mallent, priuſquam inuiti, quod minimè vellenc, fecere cogerentur: * alijs verò paulò pòſt vrbe propè exulere neceſſe eſſet. Eedem & cœtui pontificum eccideruntt, plurimi enim etant, & omnes clari, & Eccleſieſticarum ſanctionum peritiſsimi, quòd patriercha Gregorius in ea re plurimùm elaboraſſet, haud ſcio vtrum maiorum exemplum imitatus, an ſuapte induſtria, meliorumq; rerum cupiditate, vt populus eruditos moderatores & doctores heberet, & religio conſtanter ab eis ec fortiter contra omnes omnium aduerſarioues defenderetur. Nam qui Conſtantinopoli inuenti ſunt, eos in ſuem quemque metropolin miſit, vt ibi ſui reliquum exigerent, Ne (inquit) hic deſidentes, eliquid mali contra vos ipſos & me conſuetis: qui verò aliundè adueniebát, per cauſam, quòd ſecra diuineq; Concilia iuberent vt metropolitani bis aut ſemel quotannis epud patriarcham conuenirent, & quæſtiones Eccleſiaſtices quæ interim incidiſſenc diſceptarent, vrbis ingreſſu prohibuit. Rectè ſanè. Dicebec enim æquum eſſe, vt ſuem quiſq; Eccleſiem paſceret, vt petriarche Conſtantinopolitanam: & vt præſentes ouium ſuarum curam egerent, non autem emolumentis inde acceptis in vrbe morerétur. Poſſunt eutem eetenus vtriq; meritò reprehendi, quòd vtrique modum exceſſerunt.

*Athanaſius ſacerdotes coercet.*

## DE PORPHYROGENITO.

HIs temporibus calumniæ quædam ortæ ſunt contra Conſtantiuum Porphyrogenitum, Imperatoris germanū fratrē, quaſi regnum affectaret: & omnes proceres domi militiæq; ſibi concilierec, vt eorū opera voti compos redderetur. Hæc, vt pleriq; aſſumant, falſe erant conuicia, conficta ab inuidis, qui occaſione vſi, Imperatoris præſertim ſuſpicione ſuffragente, in extremū diſcrimen rem adduxerunt. Suſpicionis autem cauſæ huiuſmodi fuerunt. Patri Imperatori ab iufautia Porphyrogenitus carior Andronico fuerat, multis de cauſis: quòd & ijs naturæ bonis præditus eſſet quæ principē ornent, & morum vrbanitate, & oculorum elegentie excelleret. Quare niſi illud obſtitiſſet quòd minor netu erat, cupidè illū Imperij ſucceſſorem deſignaſſet. Hæc vna & princeps freternæ ſimultatis cauſe erat, quæ Andronici enimum ſuſpicione turbaret. Accedebat altera. Hebuerat in animo pater Porphyrogenito, cùm adoleuiſſet, Latinā vxorem nobiliſsimā & optimam deſpōdere, vt ee re conſiliū eius adiuuaretur. Longo enim tempore id meditabetur, eam partem quę circe Theſſalonicā & Macedoniam eſt, à toto Romeno Imperio diſtinctam huic tradere, vt peculieris eius principatus & Imperatoria poteſtas eſſet. Ac niſi mors eum oppreſsiſſet, fortaſſe quod cogitarat, perfeciſſet. Sed cum Deus, vt appetet, id conſilium non approbaret: funeſtus eius exitus fuit. Hæc res magis etiam Andronici enimum execerbauit cōtra fretrem, & ad maiorem irecundiem concitauit. Sed qua prudentie erat, odiū animo incluſum tegebat, fictoq; vultu tertium iam annum à patris obitu beneuolentiem ſinceram erge fretrem prę ſe ferebet. Interea verò ille magnas omnis generis opes, ex ijs prædijs & pecnarijs quæ pater illi aſsignarat, quorannis colligebat, eaſq; libereliter & magnificè tam paruis quàm magnis, à quibus adibatur, cōmunicabat: præterea comitate & ſueuitate morū, omnes facilè adamātinis ſi'ot vinculis deuinciebet. Solet enim dexteritas & benignitas morum, in altiore dignitatis gredu, facilè omnium animos ſibi reddere obnoxios: quemedmodum verno tempore ſplendidi floſea, prætereuntiū oculos in ſe conuertunt. Hoc illud eſt Indotum ſepientum præceptum: Prin-

*Andronicus fratrē Conſtantinum ſuſpectum habet.*

*Paleologus Theſſalonicenſe regnū inſtituere conatus.*

*Comitas in principe amabilis.*

cipem quo natura ſubl... ...t ſit, eò bumaniorem ſe inferioribus ſi præbuerit, chariſsimum populo futurum. Qui ergo propter vtraq; priora crimina Porpbyrogenitum accuſarit, planè iniurius fuerit: niſi fortè quis patrem harum rerum autorem fuiſſe, nimia erga illnm pietate dixerit. Tertiæ vero criminarionis cauſa, non omnis expers eſt maculæ. Siue enim ex imperitia tales largitiones fecit, quæ maxima ex parte Imperatoribus cõueniunt: inuitus ille quidem, non parum tamen deliquit. Sin & ipſe norat, ob tantam munificentiam ſe non extra ſuſpicionem fore apud fratrem, & ramen ſecurè tempus conterebat, maxima culpæ pars in eo bærebit. Nam vt nihil aliud, illud ſaltem reputare debebat, quorſum eadem veterum ſtudia recidiſſent. Nã & Cyrus ille Darij & Paryſatidis filius, enm maiorem qnàm pro ſatrapia ſua faſtũ præ ſe ferret, in ſuſpicionem apud Artaxerxem fratrem incidit: vnde nihil præter infelicem exitum eſt conſecutus. Antonius item, qui maximam orbis tertarum pattem cum Auguſto partitus erat, cum ſpreris pactis & conuenris, plus ſibi quàm par erat arrogaſſet, vnà cum principatu eriam vitam amiſit. Ita & hic Porpbyrogenitus, etſi nullas inſidias, nulla arma cõtra fratrem parauit: tamen iſta prioribus ſuſpicionibus non parunm pondus addiderũt, & Imperatoris aures calumnijs, immodicam benignitatem conſequi ſolitis, patefecerunt. Sed ad inſtitutum redeundum eſt. Agcbat tum Porphyrogenitus in Lydia, recentibus nuptijs lætus, & diuturnæ vitæ ſpe fretus. Nam paulò antè vxorem duxerat Raulis filiam, & corporis & animi pulchritudine flotentem, annum ætatis agens trigeſimum. Tnm etiam templo ſtudij ſplendidum tectum addidit (locus enim is deſolatus erat à Latinis, & longo iam tempore oues paſcebat) & firmo muro circũducto, magnis impenſis monachorum habitarioni accommodauit ædificium, vt parum à veteri forma differret. Cùm autẽ tunc ad Nymphæum Lydiæ cum vxore commoraretur, & clàm apud fratrem delatus eſſet: viſum eſt Imperatori tranſire in Orienrem, per cauſam aliorum negociorum, ſed reuera vt fratrem incautum nec opinantem opprimeret: quod & accidit. Nam & Porphyrogenitus celerrimè comprehenditur, comprehenduntur & eius intimi: quorũ princeps fuit & opibus, & genere, & rebus geſtis celebris, Michael Strategopulus. Ac ipſi quidem in carcerem cõpinguntur, omnes autem eorum opes in fiſcum rediguntur.

*Cyrus iunior.*

*Antonius.*

*Conſtantinus à fratre in carcerẽ compingitur.*

## ATHANASII RECVSATIO *patriarchatus.*

Non multo antem pòſt, inde reuerſo Imperatore, ſcriptã reſignationem offert Athanaſius patriarcha, quartum iam annum eo ſacerdorio fungens; cuius cauſa erat, omniũ pontificum & monachorũ & laicorum tumultus, ſpiritualem illius rigorem non ferentium: eiq; principiò clàm, pòſt eriam apertè & abſque larua maledicentium: qui eum iamiam diſcerpturi videbantur, ni ſolio cederet. Sperabat ille quidem, ſe ope Imperatoris conuiciatores vlturum: deinde ſpe neſcio quomodo fruſtratus, peritatq; impetrat ſatellites, à quibus in monaſterium ſuum Xerolophũ incolumis reducatur.

## DE PATRIARCHA IOANne Sozopolitano.

Erat autem quidam monachus nomine Ioannes, qui olim è legitima vxore liberos ſuſceperat: eaq; amiſſa, monaſterium ingreſſus, ætare prouectus, naturaq; ad virtutem optimè compoſitus ob morum ſimplicitatem, ſed Græcarum literarum planè rudis, recens Sozopoli in vrbem profectus. Is decreto Imperatoris, & ſacri collegij ſuffragijs patriarchicam ſedem occupat: ſub quo improbi monacbi, res ſuas è tempeſtatis naufragio in tutum portum perueniſſe putabant, hyeme in ver commutata. Is Micbaelem Andronici filiũ Imperatorio diademate ornauit. Hoc tempore legatos ad Imperatorem mittit primùm Italiæ rex, qui filiam è Balduini filia, quem Conſtantinopoli pulſum fuiſſe ſuprà oſtendi, ſuſceperat, eam noua Imperatorij deſpondere cupiebat. Pòſt, ſimili ratione Armeniæ, quæ Ciliciæ finirima eſt, rex, ſororem per legatos offert, annos natam XIII. Sed cum regis Italię legatio, propterea quod ea poſtulabat, quæ concedi non debebant, repudiata eſſet: legati deliguntur eius ætatis doctiſsimi viri, Metochites Theodotus & Ioannes Glycys, alrer domeſticus, alter Dromi Logotheta: nec eò tantùm quod rerum vſum habebant, ſed etiam quòd prudenria doctrinæq; copia tam diuinarum quàm bumanarum rerum, Græcarumq; literarum cognitione excellebant. Tales enim eos eſſe opus eſt, qui legari ad exteras nationes proficiſcuntur, vt linguis ab omni parte inſtructi, in quouis diſputationum genere palmam obrineant. Expeditis igirur nauibus conſcenſis, primùm ad Cyprum applicant: nam paulò antè, inde etiam de tali affinitate cum Imperatore actum erat. Vbi cum diu commorati, non ea inuenirent Cypri cõſilia, quibus delectarentur: digreſsi Ægis appellunt, quæ maritima vrbs eſt vltra Ciliciam vallem, ad Iſsicum ſinum ſita. Quæ autem his ſiue aſpera, ſiue iucunda, in abitu, inter nauigandum cum inſulas circuirent, & portus intrarer, acciderint, & vt totam legationem confecerinr, alterius legati Ioannis Glycys facundiſsimi viri libet pulcherrimè & euidentiſsimè, cum admiratione legentium declarabit. Mihi verò non propoſitũ eſt ſingulis immorari, qni multiplicem & variam hiſtoriã ſcribere inſtitui. Quare ad alia peragendum. Ægis digreſsi, itineribus & interuallis certis ad regiam peruenerunt. Vbi dies complures commorati, ex ſentenria omnia confecerunt, quæ ab Imperatore in mandatis acceperant, & quæ ipſi excogitarant. Ac ne ſim verboſior, Maria regis ſorore accepta, ſponſam Imperatori adducunt. Cæterùm Porphyrogeniro & Strategopulo in vincula coniectis, vt dictum eſt, viris bellicoſiſsimis, qui magnis prælijs & Imperatorijs

*Metochite et Glycys legati in Armeniam.*

*Legatos eloquentes eſſe opus.*

*Turcorũ graſſatio.*

artibus

artibus Turcos à Romanis finibus facilè arcebant (hi verò tum erant Orientalia Mæandri loca) hoſtes, cùm iam nemo eſſet qui prohiberet, & vltra fluuiũ omnia populati, & ipſum fluuiũ cum multitudine innumerabili trãſgreſsi ſunt. Qua neceſsitate compulſus Imperator, ex optimatib. Romanis delectu habito, mittere aliquẽ ad periclitantes Aſiæ vrbes tuendas inſtituit.

### DE ALEXIO PHILANthropeno.

ERat autem tum quidam vir bellicoſus, & rei militaris peritus, pincernæ dignitate præditus, in ipſo iuuentutis flore conſtitutus, qui occaſionem oſtentãdæ præſtantiæ ſuæ expectabat. Hunc Imperator, datis quot opus erat legionibus in Oriẽtem ablegat, vnaq; cum eo Libadarium protoueſtiaritem, virum prouectæ ætatis, bellicoſum, & ſingulari prudentia: vt hic Ionicas vrbes gubernaret, pincerna verò vlteriores omnes. Exiguo igitur tempore Philanthropeni in pugnis Turcicis magna extitit autoritas, materiã nacta virtute eius. erat enim & liberaliſsimus & humaniſsimus erga inferiores quod præclatum ducibus viaticum eſt ad victorias & triumphos. Proinde ex animi ſententia omnia illi ſuccedebant, neq; quicquã eum fruſtrabatur. Cùm autem Turci illinc à Scythis fugarentur, hinc à Pincerna euerterentur: neceſſariò pleriq; finitimorum leniorem ingreſsi viam, cum vxoribus & liberis ad Pincernam cõfugiebant, non tam hoſtem tergis inhærentem metuentes, quàm humanitatem huius & liberalitatem adamantes, vt & horũ magnus numerus ad illius exercitũ accederet. Sed cum triſtia lætis admiſcenda eſſent, ac tertiũ dolium Græci malis impermiſtum in Iouis aula eſſe negent lætum quidem veſtibulum & amœnitatis plenum huic fortuna oſtendit, ſed totam refertam malis in eum effudit. Nam cum ei Libadarius omnia proſperè ſuccedere videret, timere & ſuſpicari aliquid cœpit. Verebatur enim, ne proſperis fortunæ flatib. Pincerna elatus, defectionem & tyrannidem ſpectaret, & primus ipſe velut æmulus poteſtatis plecteretur. Idem multi etiam è proceribus ſuſurrabant. Sed inuidia hęc erat immatura adhuc, & veluti fomes ſub cineribus latitans. Neq; verò id latebat Cretenſes, qui apud Pincernam primum gratiæ & autoritatis locum obtinebant, ex quo cum vxoribus & liberis ad eum è Creta ſe contulerant. Nam & in magno honore apud illũ erant, & principarum inter intimos habebant: nec in acie tantum illius latera claudebãt, ſed & in poteſtatis quandam cõmunionem veniebant. Quæ res illorum animos deprauarunt, & vt ſorte ſua non contenti, maiora quàm par erat concupiſcerent, impulerunt. Humani enim animi rerum ſucceſsibus certiſsimè explorãtur, quibus amentes tantum inſoleſcunt. quanta prudentes laude moderationis cumulant. Nam cùm & ipſi ea quæ quæ de Pincerna murmurabantur, accepiſſent: viri animum grauibus cogitationibus perturbant, rem non ita [illegible] renunciando, ſed elephantum è muſca faciendo: & inſtant, vt primo quoq; tempore deficiat, priuſquam eadem quę paulò antè miſeri illi, Strategopulus inquam & Porphyrogenitus, experiatur. Hæc verba ingentes & contrarios in viri animo affectus commouerunt: vt ipſe quid vellet aut nollet, ignoraret. “Nam qui delictorum quacunq; in re ſibi conſcij “ſunt, ſi quid imminet mali, præſcijs imminet, & “expectantibus ex eo tempore quo deliquerunt: “quibus vt non aliud, ipſa tamen præſcientia ca“lamitatem nõnnihil leuat. Contrà, quos mala “præter expectationem opprimunt, nullius pec“cati ſibi conſcios: hos non mirum eſt obſtupe“ſcere, & extra ſeſe quodammodo rapi. Sed poſt longos cogitationum cõflictus, defectionis autores vincunt. Igitur Imperatorij tituli mentionẽ in caſtris fieri, principiò Pincerna vetat. Quæ Cretenſibus non parua occaſio fuit, vt vim illi facerent, & quamprimùm Imperatorijs inſignibus vti cogerent, ad confirmandos ſuorum animos. Conſilia huiuſmodi (inquiunt) ipſa res ſequi ſtatim debet: neq; quicquã eſt omnium, quod eandem & ingenij & manus promptitudinem ardenſq; ſtudium flagitet. Sin tempus terere vellet, & militum animos ſuſpenſos atq; ambiguos facturum, & debilitaturum, metu & expectatione incerti euẽtus. Quæ verba ille negligebat, haud ſcio rei ne magnitudine territus, an aliquid ſecreti animo agitans, nempe vt Libadarium in primis ſubigeret. Hoc rerum ſtatu celeres nuncij ad Libadarium & Imperatorem perferuntur, confuſionẽ & partitionem rerum, atq; adeò ipſius Imperij nunciantes. Quibus Imperator ex improuiſo auditis, vehementiſsimè perturbatus eſt. Tamen conſcientia ſuæ pietatis & innocentiæ fretus, quieuit, nec arma nec auxiliares copias parans: ſed omnem ſpem in ſanctiſsima Dei genitrice & ſeruatore Chriſto collocauit, nihil non ab eius potentia pendẽre ſciens: ſed occultis illius prouidentiæ rationibus gubernari, & ad eum finem tendere omnia, quem ille præſcripſerit. Hanc eius animi contritionem intuitus Dominus, Pincernæ cõſilia turbauit, vt omiſſo Libadario adhuc imperato, Theodorum Imperatoris fratrẽ inuaderet, qui & ipſe tum ibi in Lydia verſabatur. Is enim non ſuſpectus Imperatori, liberaliſsimè ab illo tractabatur, & vbi libitum erat, verſabatur. Ex quo enim fratrem cõprehenſum eſſe cognorat, moderatius eſſe viuendum intelligebat: abiectiſq; dignitatis ſuæ debitis inſignibus, priuati habitu vtebatur. Quibus de cauſis multũ & ſincerè à fratre diligebatur. Hunc igitur Pincerna oppreſſit, ne ad illum Imperatorio nomine ornatum, aliqui accurrerent, coactoq; exercitu ſui conatus impedirentur. Sed haud animaduertit, ſe vmbram omiſſo captare corpore. Nam Protoueſtiarites Libadarius Pincernæ in ſuperuacaneis iſtis occupationẽ ſibi peropportunã ratus & diuinitùs oblatam occaſionem in tam violento & ſubito aduerſarum rerum motu: omnem pecuniam cõtrahit. omnes copias ſumma feſtinatione, & è maritimis & mediterraneis

*Pincerna Libadarij obtrectationibus exagitatus regnũ affectat.*

*Indulgentia fortunæ corrũpit animos*

*Inopinata mala grauiora.*

*Pincerna Theodorũ Andronici fratrem capit.*

*Libadarius Pincernam à ſuis proditum excæcat.*

Ionias

Ioniæ locis, deniq; vndecunq; in vnum conducit. Suis enim opibus, eorumq; quos ſecum habebat diuitum, in pecuniam redactis, atq; etiam pecunia Imperatoria maxima è Philadelphia accerſita, exercitui abundè omnia ſuppeditabat, maiora etiã pollicens, & ſpe alacriores reddens: quòd priuſquã decem exirent dies, cum magnis copijs in media Lydia caſtrametaturus eſſet, & ibi Pincernæ imperium excepturus. Iam illud ad Libadarij conſilium efficaciſsimũ fuit, totumq; negocium citò confecit. Nam cùm ſciret Cretenſes maximè Pincernam in acie tueri, ac circa illũ conglobari, clàm cum illis egit: maximamq; pecuniam daturum, & apud Imperatorem illuſtres dignitates eis impetraturum ſe promiſit, ſi Pincernam initiò pugnæ vinctum ſibi traderent. Qui cum iam pridem illius cunctationem & tarditatem moleſtè ferrent, & alioqui fortunam eius conatibus aduerſari viderent, pollicitationes admittunt, & inter pugnãdum totam fabulam peragunt. Sic & ipſe vinctus traditur, & breui totius exercitus diſsipatur. Cùm autem Protoueſtiarites negocium feliciter confeciſſet, non mediocri faſtu victo inſultauit, nec fortunam viri veritus, nec humaniter ſucceſsibus vſus. Sed Imperatoris clementia conſiderata, ne veniam impetraret veritus, tertia poſt captiuitatem die viſum illi ademit. Adeò acerbus & ſæuus in hominem calamitoſum fuit. Solet enim humanum ingenium humanitatis obliuiſci, niſi incerta fortunæ momenta ſingulari prudentia moderetur. Nam in pugna quidẽ & acie, quicquid egeris, excuſationẽ habet, cum ratio oppreſſa iacet, & manus velut ebriæ, mente nõ reguntur. Verùm periculis iam propulſatis, & animorum æſtu ſedato, ac tranquillitate menti reſtituta ſæuire, & ab officio decedere, improbi animi eſt argumentum.

*Fortunã immoderatos facit.*

## DE MAGNO TERRÆMOTV.

SVb hoc tempus terræmotus maximus fuit, quo multæ magnæ ædes, & magna templa partim corruerunt, partim rupta ſunt. Corruit & Michaelis Archiſtrategi ſtatua, quam Michael Palæologus ante ædem S. Apoſtolorum erexerat, cùm Conſtantinopolim recepiſſet. Eandem filius eius Andronicus, eodem habitu refecitq; repoſuit. Aduentante æſtate, Eudocia Imperatricis ſoror Trapezunte in vrbem venit, marito eius Ioanne Lazo mortuo, adducto ſecum altero illius filio. Primogenitum verò Alexium ad paternum regnum gubernandum domi reliquerat. Eudociæ nuptias Crales Seruiæ regulus ambiebat, vt perpetuũ fœdus cum Romanis ſanciret. erat enim potens, neq; vnquam Romanam rem turbare deſiſtebat, agros & vrbes partim occupando, partim populando. Ea res in magnam dubitationem Imperatorẽ adduxit, primùm quòd Cralis amicitiam magni faciebat: deinde quòd ſoror illius coniugium abominabatur, & ne vocem quidem eorum qui de bello loquerentur, admittebat: tertiò quòd quartum eſſet illud quod peteret coniugium. nam prima vxore, Blachiæ principis filia, aliquantò poſt nuptias in patriam remiſſa, vxoris ſororem, fratris ſui vxorem duxit, monaſtico prius habitu mulieri detracto. Deinde cum Triballorum Eccleſia illegitimis illis nuptijs diu aduerſaretur, longo tempore pòſt & illam ablegat: & Bulgariæ principis Sphẽndoſthlaui ſororem ducit, numero tertiam. E quarum nulla ſuſcepit liberos. Sed cùm & huius amor refrixiſſet, illuſtriorem affinitatem quærit. Enimuerò cum Eudocia matrimonium illud toto animo auerſaretur, ille verò petitionem vehementer vrgeret, non paruis minis additis: coactus Imperator, illi de Simonide filia ſua ſignificat, quintum iam annũ agente, vt ab illo domi aleretur, donec ad nubilem ætatem perueniret, ac deinde coniunx eius eſſet. Appetente igitur vere, Imperator cum filia Theſſalonicam proficiſcitur, in vinculis etiam Porphyrogenitum adducens, veritus ne Theodoræ matris opera elaberetur, quæ continenter ob filium quiritabatur, & liberationem eius flagitabat. Eodem & Crales venit, obſides adducens ſecũ principum Triballorum filios, & Sphendoſthlaui ſororem, ad pacem confirmandam. Cum qua non multò pòſt quàm in vrbẽ perducta erat, Michael Cortules, qui poſt obitũ ſororis Imperatoris viduus erat, conſueuit principiò clàm, deinde manifeſtè vxorem illam duxit. Et vt rem in pauco conferam, Crales fœdere ſancito, & probè firmato, domum diſcedit, ſecumq; Simonidem infantulã abducit, ipſe quadragenarios, & ſocero quinque circiter annos natu maior.

*Eudocia Trapezuntia Cralis nuptias aſpernatur.*

*Quartæ Cralis nuptiæ.*

*Simonis Andronici filia Crali deſpondetur.*

## DE ALANIS.

SEquente anno Imperatore in vrbem reuerſo, Maſſagetæ (Alani vulgò dicuntur) qui vltra Iſtrum habitant, occultam legationem mittunt: qui cum Chriſtiani eſſent, à Scythis ſubacti, corporib. inuiti ſeruiebant: animis verò deſiderio libertatis tabeſcebant, & impios abominabantur. Petunt igitur locum ſufficientem ad habitandum amplius decem millibus hominũ: qui, ſi & Imperatori placuiſſet, cum omni familia migraturi eſſent, vnaq; ſtrenuam operam ſe contra Turcos velle nauare promittunt, qui auctis viribus totam Romanorum Aſiam impunè incurſabant. Ea legatio tam grata Imperatori fuit, quàm ſi diuinitùs miſſa, totius Aſiæ dominatũ polliceretur. Nam poſt illum Philanthropeni tumultũ, omnes ſibi Romanos ſuſpectos eſſe dicebat, neque vllum rectè erga ſe affectum eſſe exiſtimare. Quapropter externa fœdera noctu atq; interdiu ſomniabat: quod vtinam non feciſſet. Nam cum Romani omnes improbarentur, Romana res laborare cœpit, & in extremũ diſcrimen eſt adducta: vt pòſt explicabitur. Cæterùm legatione tam cupidè accepta, Maſſagetæ amplius decies mille cum vxoribus & liberis adueniunt. Cum autẽ eis & pecunia & equi & arma danda eſſent: ea partim ex Imperatorio fiſco dabantur, partim è militari ærario partim è publico & priuato. Hinc multi & alij poſt

*Maſſagetæ ab Andronico recipiuntur.*

*Andronicus ſuis diffidit.*

*Exactio propter Maſſagetas.*

alios

alios abibant, qui tributa è prooincijs colligerent, eaq; publicani augebant: omnia arma, omnes equi cogebantur: perquirebantur pagi, vrbes, ædes procerũ, ædes militum, monaſteria, populi, theatra, fora, & omnes dabant equos & pecunias inuiti & lamentantes, non votis & bonis ominibus, ſed lachrymis & diris nouum exercitum proſequentes. Sed cum ex Europa in Aſiam cum Michaele Imperatore tranſiſſent, circa Magneſiam caſtra poſuerunt.

*Turci hoſtis diſciplinam militarem obſeruant.*

Turci verò initio, vt ſolent, in montes & ſaltus ſe receperunt, vt inde præſidijs locorum tuti, copias hoſtium quantæ & quales eſſent, ſpecularentur, & an militarem in caſtris diſciplinam obſeruarent, intelligerent. Norant enim, multa vana nunciari, & ſupra veri fidem res amplificari. Itaq; circunſpiciebant, verùm ne eſſet quod ferebatur, nõ poſſe illos inuadi: an verò dolis & inſidijs Perſicis circumueniendi, & in fugam conijciendi eſſent.

*Turci Maſſagetas fugant.*

Tum autèm, eos nullo ordine crebrò, prædatũ exire (Romanos enim agros magis populabantur, quàm ſi aperti eſſent hoſtes) bellicoſiſsimi Turcorum conſueto ordine & diſciplina militari de montibus deſcendunt, initiò paululum, deinde longius, ac ſubinde maiore & confidentiore cum impetu: nec obſcurum erat, eos caſtra Imperatoris circundaturos. Verùm noſtri ne prima quidem hoſtium aggreſsione tolerata, paulatim pedem referendo diſceſſerunt, Barbaris ponè ſequentibus, & caſtra in proximo conſtituentibus. Noſtri enim quàm multi eſſent, Barbari non videbãt: ſed idem illis accidebat quod ebrijs, qui cerebro vaporibus repleto, alia pro alijs intuentes, hallucinãtur.

*Impius exercitus.*

Exercitus.n. quem iniuria & audacia antecedit, plerunq; cladem & interitum ominatur: & priuſquam hoſtes ir-
» ruant, ipſi ſua timiditate euertuntur, ipſiq; ſibi
» hoſtes ſunt: diuina vindicta eum exitum decer-
» nente, quem facta illorũ meruerunt. Neq; enim
» probabile erat, rem bene geſturos eſſe eos, qui lachrymas & execrationes pro viatico ſecũ abſtuliſſent.

*Maſſagetæ pro hoſtibus ſe gerunt.*

Cæterùm Imperator Maſſagetas fugiſſe cernens, quod cũ paucis reſiſtere Barbaris non poterat, in munitiſsimum caſtellũ Magneſiam, calamitatis exitũ præſtolaturus, ſeſe contulit. At Maſſagetæ vſq; ad Helleſpontum Chriſtianorum agros populantes deſcenderũt, atq; inde in Europã traijciunt, non aliter quàm ſi ea de cauſa duntaxat è Scythia acceſſiri eſſent, vt Turcis maturius viã ad mare monſtrarent. Nec enim multi dies interceſſerunt, cum Imperatore Byzantium reuerſo, Barbari deſcenderũt, ferè omnibus ad oram vſq; Lesbiam occupatis.

*Genuenſium & Venetorum bellorum.*

Hoc tempore bellum etiam inter Genuenſes & Venetos exarſit: cum quidem Veneti multis nauibus & pecunijs amiſsis, & aliàs alibi victi, tandem xxx. nauibus inſtructis, eos Genuenſes qui è regione Conſtantinopolis habitant, ſunt adorti, ſed neminem eorũ ceperunt. Nam illi præcognito illorũ aduentu, vxores, liberos, & opes ſuas in vrbem contulerunt: ipſi verò ſuis triremibus conſcenſis, in Euxinum pontum illis perſequentibus fugerunt. Quos Veneti capere cùm non poſſent, & ædes illorum & vacuas onerarias incenderunt, vnaque cum eis Romanorum omnes ædes extra mœnia: vlti eos, quòd hoſtiũ vxores, liberos & opes in tuto collocaſſent. Vnde factum, vt Romani aduerſus Venetos in vrbe habitantes cõcitati, nõnullos diſcerperent, eorumq; res diriperent. Qua de cauſa ſequente æſtate cum xviii. armatis triremibus aduenerunt, damnum illud ab Imperatore penſari poſtulantes.

*Veneti Andronico illudunt.*

Neq; enim amicitiæ ius eſſe, vt magnã cladem moderatè vlti, eodem extremo ſupplicio afficerentur. Romanos enim priores rupiſſe fœdus: qui in ipſo pugnæ diſcrimine, hoſtium vxoribus, liberis, pecunijs tutum aſylum aperuiſſent. Sed cum Imperator poſtulationem illam æquam eſſe negaret, neq; etiam pro maieſtate Imperatoria impudentẽ illorũ audaciam, quòd triremes, quæ (vt diximus) perierant, non habebat, caſtigare auderet: eò confidentię venerunt, præ ſummo Romanæ ignauiæ cõtemptu, vt id dedecus Romano Imperio impreſſerint, quod me referre pudet. Nam cum coactę malorum cauſæ exiſtunt, dolere quidem fas eſt, ſed moderatè: nullius delicti conſcientia animũ flagellante, ſed arcanis Dei iudicijs calamitas imputãda eſt.

*Claſsis deſtructio Romani exitij cauſa.*

Hic autẽ de induſtria & ſtudio quodam Romani vltrò dignitatem ſuam infra ſeruilem conditionem abiecerunt, triremibus ſpe lucri è mari ſublatis: quod cùm exiguum fuiſſet, diuturna & maxima detrimenta peperit, cum ignominia multo maiore coniũcta. Neq; enim vel Latinis Romanos ita deſpicere, vel Turcis arenam maris intueri licuiſſet vnquã, ſi Romana claſsis, vt olim, mare tenuiſſet: neq; vnquam in id diſcrimen res adductę fuiſſent, vt Romanis non tantum finitimæ gentes, ſed etiã remotiſsimæ, inſtar Tantalij ſaxi exiguo filo ſupra caput ſuſpenſi, formidandæ eſſent: & omnibus annua tributa, quemadmodum Lyſandro & Dercyllidæ, & Laconicis præfectis quos Harmoſtas vocant, olim Athenienſes & Bœotij clade accepta rependerunt. Sed illuc redeo. Veneti cum triremibus armati, ad Ceras progreſsi, ad Septẽtrionale litus appulerunt, è regione palatij: & inde legatis miſsis, pecuniam repetebãt, qua vrbem incolentes Venetos nullis affecti iniurijs mulctaſſent: ſe plura inuitis Romanis erepturos minitantes, niſi ſponte quod æquum eſſet, redderent. Sed cùm Imperator renuiſſet: Romana potentia per ludibrium contempta, omnes ædes è regione vrbis vacuas habitatoribus, (qui aduentu illorum non expectato migrarant) & manipulos frumenti aliquot in arcis incenderunt. quod non aliud fuit niſi ludibrium quoddam, & ſubſannatio Imperatoris. Sic enim accidit, vt tenui aura à Septentrione aſpirante, flamma excitaretur, & multo fumo regia compleretur. Poſtridie digreſsi, in eo fuerunt occupati, vt onerarias in vrbem euntes interciperent, & è Propontidis inſulis prædas agerent: nec cumulandis opibus contenti, viros etiam in altum ſublatos, ante palatij muros flagellarent, vt cuiuſq; cognati ſpectantes illud, captiuos magno precio redimerẽt. Ita Veneti maiore pecunia quàm poſtularant conquiſita, domum redierunt.

De

### DE PATRI[illegible]AE IOANnis è ſolio deſcenſu.

IOannes autem patriatcha, cùm ob inſcitiam & ſimplicitatem contemni cemerer, & manifeſtis interdum conuicijs à pontificibus inceſsi: mærore & animi puſillitare victus, ſcriptá offert Imperatori ſoli abdicationem, quandoquidem opem ſibi ferre nollet. Digreſſus, sliquandiu in ſanctiſsimæ & beatiſsimæ Dei genetricis monaſterio quieuir. Deinde in parriam Sozopolim oppidulum ſeſe contulit, ibiq; æui reliquum tranquillè exegit.

## *NICEPHORI GREgoræ hiſtoriæ Romanæ liber ſeptimus.*

### CAPITA LIBRI VII.

*Romanorum in Aſia prouinciarum amiſsio.*
*Vt Aſiam Turci partiti ſint.*
*Alter Athanaſij aſcenſus.*
*De Siculo bello Italicorum Latinorum.*
*De Catelanorum legatione ad imperatorem miſſa, quorum princeps fuit Ronzerius.*
*De cladibus quas Catalani Romanis dederunt.*
*De diſceſſu Catalanorum è Philadelphia.*
*De cæde Ronzerij Cæſaris, Catalanorum principis.*
*De Catalanorum defectione.*
*De Turcorum auxilijs, quæ ad Catalanos ex Aſia in Europam tranſierunt.*
*De pugna Michaelis Imperatoris cum Catalanis, in Apris.*
*De inteſtino Catalanorum bello.*
*De Imperatrice Irene, & alienatione ab Imperatore.*
*Memorabilis narratio.*
*Rurſus de Catalanis.*
*De diſsidio Catalanorum & Turcorum.*
*De Catalanis ſolis.*
*De Bœotica Catalanorum pugna.*
*De duabus Turcorum factionibus.*
*Michaelis è Macedonia cum tribus millibus Turcorũ tranſitus.*
*Michaelis Imperatoris pugna cum Turcis ad Cherſoneſum.*
*Athanaſij è patriarchico ſolio deſcenſus.*
*De patriarcha Niphone.*
*De Turcis Thraciam populantibus.*
*Pugna Romanorum cum Turcis, & ſtrages Turcorum.*
*Præparatio ad mœnia Turcorum oppugnanda.*
*De Turcis prorſus victis & captis.*
*Niphonus è patriarchico ſolio deſcenſus.*
*De patriarcha Ioanne Glyce.*
*De magno Logotheta Metochite.*
*Irenes Imperatricis obitus.*
*De Imperatoris diſceptatione & ſententia.*
*De ærea ſtatua in columna ante ædem S. Sophiæ.*
*Dimenſio ſtatuæ, & equitius.*
*De oraculo in Adrianopolitano palatio reperto.*

SVb hoc tempus in Oriẽte maximæ calamitatũ & turbulentiſsimę tempeſtates extiterunt. Nam cum nulli ibi Romanorum exercitus eſſent, Turcorum ſatrapæ coniunctis viribus incurſarunt omnia vſq; ad mare quodlibet & ad ipſas Ægas commigrarũt. Maximam partem virorum ſimul, & mulierum, item infanres, iumenta, opes, Turci recèns occuparãr. Qui verò clàm euaſeraut, in proximas vrbes confugerunt, nonnulli etiam nudi & inopes fretum traiecerunt. At Turci iam inita concordia, omnes in Aſia Romanorum prouincias ſorte diſtribuerunt. Carmano Aliſurio pleraq; mediterranea *Carmanus* Phrygiæ obuenerunr vſq; ad Philadelphiam, & *Aliſurius.* proximè Antiochiã ad Mæandrũ fluuiũ ſitam. Quicquid inde eſt Smyrnam vſq;, & ad interio- *Sarchanes.* rem Ioniæ oram, Sarchani cuidã obuenit. nam Magneſiam, Prienen & Epheſum alius, nomine Saſao, interceperat. A Lydia & Ærolia vſque ad *Calames.* Myſiam, ad Helleſpontum ſitam, Calames & fi- *Ceraſus.* lius Ceraſus obtinebant. Quæ circa Olympum *Atman.* ſunt, & Bithyniam omnem, Atman. A flumine *Amuriadæ* Sangario ad Paphlagoniam vſque, Amurij filij inter ſe partiti ſunt. Sequente anno dicũt Athanaſium, qui patriarchatu Ioanni ceſſerat, Imperatori clàm nunciaſſe, ſe numinis indignationẽ impendêre Romanis vidiſſe: hortatumq; eſſe, vt tribus continuis noctibus Deum deprecaretur. Cùm autem poſtridie terræmotus factus eſſet, *Athanaſius ob prædictionem in patriarchatũ reſtituitur.* dixiſſe Imperatorẽ, eam eſſe prędictam ab Athanaſio numinis indignationem: ac pòſt affirmaſſe, neminem patriarchico ſolio digniorem eſſe. Neq; enim niſi diuinitùs illuſtratũ, futura præuiſurum fuiſſe, perſuaſumque habere, cùm primùm is reſtiturus eſſet, hoſtes quàm longiſsimè receſſuros, & veris temperiẽ hybernas tempeſtates conſecuturã, Romanorũq; fines facilè propagatum iri. Ea res ferè omnes pontifices, ſacerdotes, abbates, clericos, ac parum abeſt quin dicam prætores, & omnes eos qui publicum aliquod munus ſuſtinebãt, viri ſeueritatem recordatos, haud mediocriter perturbauit. Itaq; imperatori de terræmotu & vaticinatione Athanaſij concionanti fidem habere non poterant: ſed ſubmurmurabant, quod illius deſiderio illa confingeret, & falſam illi authoritatem conciliaret, vt ſui deſiderij probabilem habere cauſam videretur. Sed tamen benignitate & eloquentia quuſdam è pontificibus & monachis in ſuas partes pellexit, & cum ijs pedes ad Athanaſij cellam iuxta Xerolophum abit: & cum eo, vti par eſt, collocutus, perſuaſit vt patriarchica inſignia admitteret. Neq; enim alia manuũ impoſitione, applauſu & triũphis eſſe opus, quæ illi iampridem abundè contigiſſet, quamuis interim eam ex mœrore repudiaſſet.

### ALTER ATHANASII ASCENſus in patriarchicum thronum.

HIs ita geſtis, ſeptimo die Athanaſius in patriarchicum ſolium redit. Tum autem in *Alexandrini patriarcha ſ[illegible]ma in Athanaſium.* vrbem venit Ægyptiacæ Alexandriæ patriarcha, vir grauis, prudẽs & honeſtus: quas ob res Imperator eum reuerebatur & diligebat. Is cum videret, quanti Athanaſium Andronicus faceret, quantoperè nomen eius admiraretur, adeò vt eum D. Chryſoſtomo compararet: feſtiuè admodum magniloquentiam & oſtentationem

nem eius taxauit, his verbis: Erat, inquit, ſutor quidam, qui felem albam habebat, vnum quotidie murem domi capientem, quæ aliquando in medium vas, quo coria tingi ſolent, delapſa, & vix eluctata, tota nigra euaſit. Proinde mures, eam monaſtico habitu ſumpto carnibus deinceps abſtinere velle rati, ſine vllo metu vagantes coria roſerunt. Illa verò tantam multitudinem cōſpicata, capere omnes, quamuis aueret, haud quaquam poterat, duos tamen comprehenſus deuorauit. Reliqui omnes fuga ſalutem quæſiuerunt, admirantes, quo pacto ſumpto monaſtico habitu crudelior euaſiſſet. Vereor igitur, inquit, ne & Athanaſius hic, iam prędictionis pręmium ſedem patriarchicam conſecutus, priorem aſperitatem poſteriore deleat, propter iſtā de ſe opinionem.

*Feles monacha.*

His temporibus Carolus Italiæ, & Theodoricus Siciliæ rex, bellum inter ſe geſſerunt. Eſt autem Sicilia magna & populoſa inſula, miliaribus non amplius triginta à continente diſtans: ſi quis fretum quod inter Scyllæum Italiæ & Meſſanam Siciliæ maritimā vrbem interfluit, metiatur. Carolus igitur, qui longo tempore Siciliæ potiri cupiebat, & id conſilium animo agitabat, clàm naues ædificat; cæteraq; ad bellum tam mari quàm terra gerendum neceſſaria, pro virili comparat. Tandem cum inimicitiæ erupiſſent, Carolus Theodorico impa rato adhuc formidabilis erat, eumq́ue grauiter infeſtabat, è continente ſubinde in inſulam traijciendo, cū omni & peditatu & equitatu ſuo, itaq; per bienniū agris vaſtatis, hyeme domum ſe recipiebat, verno autem tempore cum maioribus copijs reuertebatur.

*Caroli & Theodori Siculi bellum.*

DE RONZERIO CAESARE.

TVm quoque Latinus quidam Ronzerius nomine, ex inferiore Iberia, & vlteriore Gallia, quæ ab Alpibus magis verſus Occidentem vergit, collecto exercitu ſordidorum hominū, bellis & marinis & terreſtribus aſſuetorum, & quatuor triremibus completis, piraticam, cuius erat omnium qui vnquam fuerunt peritiſsimus, impunè exercebat. Non enim naues onerarias tantū, quæ à Septentrione & Auſtro aſcenderent & deſcenderēt, inuadebat: ſed magnas etiam inſulas incurſionibus vexabat, & mare inferum infeſtum reddebat. Cùm igitur Sicilia iam ab omni parte Caroli exercitibus interclusa, Theodoricus externa auxilia petere cogeretur: Rōnzerium hunc accerſit, hortatus, vt etiam alios vndecunq; ad mille fortiſsimos equites conducat, vt valida pugna cum Carolo committi poſſet. Qui cum mille peditea, totidemq́; equites adduxiſſet: omnes Siculæ vrbes, quas Carolus ſubegerat inſtar teſſeræ, ad Theodoricum redierunt, alienum ferre iugum haud aſſuetæ: quod Carolus ægerrimè tulit, quodam quaſi furore percitus, quòd diuturnæ ſpei iam penè compos factus, omnem laborum ſuorum fructum in ipſo portu effuſum cerneret. Igitur exeunte vere cum magnis copijs aduentat: ſed cum Theodorico iam & numero & vi militum firmiore congreſſus, aliter, quàm volebat, diſceſsit.

*Ronzerius Caroli Sicilia exigit.*

Eo anno ſic exacto, ſub veris Initiū totam Italiā (vt ita dicam) Carolus in Siciliam traducit: vt ſummū faſtigium & manū vltimam diuturnis bellis imponeret. Sed denuo longè pluribus amiſsis, victus domum, & multiplici mœrore confectus, redit. Deſperatis ergò rebus, legatos ad Theodoricum de pace & affinitate inter liberos iungenda mittit. Quæ cùm vtrinq; placuiſſent, armiſq; poſitis reges pacem agitarent: Theodorici auxilijs deliberandum eſſe viſum eſt, quo cōuerſi rebus ſuis conſulerent. Neque enim ædes illis aut certæ poſſeſsiones erāt, in quas ſe reciperent: ſed alius aliunde, & multi multis è locis, pauperes & nudi, propter latrocinij emolumenta cōfluxerant, incertis ſedibus in mari oberrantes. Eorum igitur duci Ronzerio placuit, Imperatori Andronico per legatos auxilia contra Turcos offerre. Quæ conditio cū valdè ei placuiſſet, è Sicilia Byzantium proficiſcitur cum ſuis: quorum mille Catelanos nominabat, quòd pleriq; ab illis oriundi eſſent: alteros mille Amagabaros, ſic enim Latini pedites vocant. Statim igitur cùm veniſſet, Imperator eum, Maria nepte ſua, Aſanis filia, deſponſa, magni Ducis dignitate ornat. Sed cùm paulò pòſt alius etiam Catelanus Pirincerius Tenza a Ronzerio accerſitus aduenißet: huic Cæſaris, illi magni Ducis titulū decernit. Impenſæ verò in eorum veſtimenta & donariua, & annua ſtipendia tantæ factæ ſunt, vt breui tempore fiſcus exhauriretur. Sed cùm in Aſiam traijciendum eſſet, & cum hoſte pugnandum, quid dicam quantas in tranſitu Romanis clades, qui in opidula maritima confugerant, importarint? Viris enim & mulieribus pro mancipijs ſunt abuſi, eorum verò rem familiarem omnem pro ſua conſumpſerūt: & (vt fieri ſolet) in itinere multas execrationes ex imo pectore profectas, cum lachrymis miſerorum quos lęſerant, collegerunt. Et hęc primo anno acta ſunt. Inſtante autem vere ad Philadelphiam diuturna obſidione liberandam abierūt, quæ geminis malis premebatur: foris hoſtili metu, intus hoſte multo grauiore, penuria cibariorum & fame. Ac id quidem munus pulcherrimè & fortiſsimè adminiſtrarūt, Deo adiuuante, propter inſignē virtutē epiſcopi vrbis Theolepti, diuini viri. Nam cum Turci Latinorum diſciplinam militarem, armorumq́; ſplendorem, & ferocem impetum vidiſſent: metu perterriti, non modò procul ab vrbe, ſed penè vltra veteres Romanorum fines fugerunt. Tantus enim & talis erat ille exercitus, itaque & armis & rei militaris vſu & militū numero inſtructus, (vna enim militabant non modò Romani lectiſsimi, ſed & omnis Alanorum exercitus) vt haud abs re cōſpectu illius hoſtes percellerentur: multiq́; dicerent, Niſi metus Imperatoris, qui longius eos progredi vetuerat, obſtitiſſet, nihil fuiſſe prohibiturum, quò minus omnes Romanas & vrbes & prouincias breui recuperaſſent. Sed ea loquebantur homines, qui præſentia tantùm conſiderabant, neque quicquam altius animo complecti poterant. Diuinum enim iudicium illud

*Affinitas è bello.*

*Catelani ab Andronico conducitur.*

*Amagabari.*

*Catelanorum inſolentia.*

*Turci à Catelanis profligantur.*

*Theoleptus epiſcopus.*

*Fatalis incuria.*

erat, olim firmatum, vt Romanum imperiũ extremis calamitatibus affligeretur. Quapropter arcanis prouidentiæ rationibus, plurimæ res vtilia conſilia impedire in magno eorum quæ obeſſent concurſu videbãtur. Sed illud quidem ſub finem veris facile confecerunt. Cùm autem ſine viæ ductoribus progredi non poſſent, (videbant enim expeditionem illã, nemine viam monſtrante, ſine multis cædibus confici minimè poſſe: neq; verò is erat Ronzerius, qui multis bellis magna prudentia parta, magnum diſcrimen temere adiret) reuerſi ac diſsipati abierunt Romani domum, eodemq; modo Alani: Latini verò cum Ronzerio Cæſare reliquas miſeris Romania vrbes peruagati, miſerrimè tractarunt, hoſtili impetu in eos, à quibus accerſiti fuerant, conuerſo: cauſam afferentes, quòd conſtitutum ab Imperatore ſtipendium non accepiſſent: ac neceſſariò ſe illorum opibus ſuſtentari, qui ſe accerſiſſent, & pactis ac cõuentis non ſtetiſſent. Itaq; bona miſerorum Romanorum omnia diripi, virgines & matronas ſtuprari, ſenes & ſacerdotes in vinculis duci, & ad cætera ſupplicia rapi cerneres, quę noua ſubinde in miſeros immaniſsima Latinorũ manus excogitabat: imminentẽ ceruici ſecurim, vt iamiam morituri, videbant, niſi abditam pecuniã oſtendiſſent. Qui omnia proferebant, leberi denudiores abibant: qui nihil quo ſe redimerent, habebant extremitatibus corporum mutilati, miſerabile vijs ſpectaculum iacebant, fruſtum panis aut obulum mendicantes: nihil ſubſidij, præter vocẽ & lachrymarum riuos, reliquũ cùm haberent. Quę Imperatori haudquaquam ferenda eſſe viſum eſt, Romanas prouincias longè atrocius belli malis affligentia: & ſimul Deum etiam ad iram concitantia, contra eos qui peregrè illos accerſiſſent. neq; tamen eorum iniurias vlciſci promptum erat, cum lõga inopia Imperatorias legiones derideret. Anguſtis igitur rebus cum ſolerti auxilio eſſet opus, in Thraciam Ronzerius Cæſar omnem Latinum exercitum ſecum addocit. Nihil enim Aſiania Romanis erat reliquum vel pecuniæ, vel rerum aliarũ, quibus carnificum ventres alerentur. Ac viſum illi eſt, cæteris Calliopoli relictis, cum ducẽtis ad Michaelem Imperatorẽ, Oreſtiade in Thracia cũ exercitu tum degentẽ, abire, vt & conſtituta ſtipendia poſtularet: &, ſi eſſet opus, minis extorqueret.

*Catelani ſtipendijs non ſolutis, ſe pro hoſtibus gerunt.*

### DE CAEDE CAESARIS RONzerij, *Catelanorum Ducis.*

QVo facto, Imperatore ad maiorem iracundiam inflammato, qua prius etiam cõtra illum exarſerat, multi milites ſtrictis enſibus circundatũ iuxta regiam interficiunt, vnaq; aliquot eius comites. Nam maior eorum pars periculum euaſit: qui continenti curſu Latinis Calliopoli agentibus, quid actum eſſet nunciarunt. At Romani milites ea hoc facto putarunt ſe fregiſſe Latinorum animos, & faſtum compreſſiſſe, atq; id effeciſſe vt Romanis poſthac & animis & corporibus vltrò tanquam mancipia obnoxij eſſent, aut quà veniſſent inuiti reuerterentur. Verùm huiuſmodi cogitationes humilis ſunt ingenij, & prorſus inanes: nõ intelligentis, Prouidentiæ ea quæ gerãtur eſſe curæ, & cuiuſque rei exitum ab antegreſsis pendère cauſis: quas nos quidem moleſtiæ vitandæ cauſa quæ inde exiſtit, libenter obliuiſcimur, vindicta verò ſuis pugillaribus inſcriptas cuſtodit: vt quemadmodum quiſq; ſementem fecerit, ita & ſuo tempore metat, Nam ipſo euentu homo doceri queat: ijs quæ diuinitùs non proſperentur, & terram & mare & aerem aduerſari: tanquam fugitiuum Dei & iuſtitiæ violatorem fortiter vlciſcentia. Qui vbi ſeſe cognorit, ipſe ſibi præcipere queat: non refragandum eſſe latæ diuinitùs ſententiæ, qualis eacunq; fuerit: neq; violenter quicquam agendũ, ſed ſua ſorte acquieſcenti fallendum tempus, ac fatũ adiutandum, potius quàm impediendũ, licet aliter agat nos quàm vellemus. Longè ſanè præſtat quietum obſequi fato, quàm illi fruſtra nitendo veluti materiam præbere. Quod perinde fuerit, ac ſi qui flammæ impetum reformidans, ædes vndique circundantis, non omni ſtudio ne longius vagetur, obſtet aut prorſus eam reſtinguere conetur: ſed ſarmentorum faſciculos congerat, & multum olei effundat, aut, ſi quis vehementi ſpirante Borea, & crebros fluctus excitante, nauicula exigua æſtuanti pelago ſe committat vltrò ea enim eſſe eiuſmodi, vt aſpectum minimè iucundum præbeant: ſed vnum ex infeſtis iſtis rebus, ſi acceſſeris, interitũ afferre. Hæc ita ſe habere, ſi nulla vetus memoria repetatur, vel ea quæ his temporibus acciderunt, abundè comprobent. Nam cùm Romani nihil quod ad rem bene gerendam pertineret, omiſiſſent, aduerſationes maximas fortunæ ſunt experti. Romanorum enim duces, cum iniuſtis de cauſis in ſuſpicionem veniſſent, partim in vinculis, partim Imperatori inuiſi erant. Vnde cum externa veniſſent auxilia, primùm Maſſagetarum, deinde Latinorum: ab ijs longè maior quàm à manifeſtis hoſtibus pernicies Romanis eſt exorta (vt nos iam è multis pauca libauimus euidentia diuinæ indignationis argumenta, ſi quis ea ritè & abſq; affectu expendat) & mediocris non mediocrium delictorum caſtigatio. Quorum multò clarius teſtimonium eſt Ronzerij cædes, à Romania ideo perpetrata, quòd eius accerſiti pœnitebat: eoque è medio ſublato, res perditas in integrum reſtitutum iri ſperabant: qui, vt progreſſu orationis dicemus, longè maiorũ & grauiorum malorũ cauſa fuit. Ita cum diuina Prouidentia conſilijs & actionibus humanis non ſuffragatur, malo & infelici exitu eæ terminantur. nam & prudentem conſilium, & virum fortem virtus deſtituit, & in contrarium conuertitur. Sed ad inſtitutum redeundum eſt.

*Heu nihil inuitis fas quenquã fidere fatis.*

### DE CATELANORVM *defectione.*

LAtini, qui Calliopoli erant, audita cęde Cæſaris primùm omnes oppidanos occiderũt & mœnibus egregiè munitis, tutiſsimum

receptum

receptum habuerunt. Deinde ſuis militibus in duas partes diuiſis, vna parte triremes ſuas, quę octo erant, compleuerunt, eiſq; nauarchum Piringerium Tenzam præfecerunt, vt ex inſidijs accedentes & recedentes Romanorum onerarias in Helleſponti anguſtijs exceptarent: altera indutis armis, prædatum in Thraciæ perniciem exiuerunt, noctu atq; interdiu vaſtando.

*Piringerius à Genuenſibus capitur.*

Ac Piringerius Tenza cum ſua claſſe, prouidentia numinis exiguo tempore ſummum diſcrimen adijt. Nam cum imprudentes in XVI. Genuenſes naues, metu piratarũ egregiè armatas, incidiſſent: partim demerſi, partim cęſi ſunt. Nauarchus verò Piringerius cum multis ſuorũ captus, ſuis venditur.

*Catelanorum trepidatio.*

Verùm Catelani adeò ſubitò & claſſe, & magna parte ſuorum amiſſa, imminuta audacia, complures dies incerti euentus metu trepidè ſeſe intra mœnia cõtinuerũt. Nam & Maſſagetas, quorũ inimicitias in Aſiana militia paruis de cauſis ſuſceperant, occiſis etiam eorum compluribus: & Thracios milites, quorum agros & ædes paulò antè crebris incendijs impunè vaſtaſſent, nec vllam ſibi veniæ ſpem reliquiſſent, haud mediocriter pertimeſcebant. Quare ſe, nec ſi vellent, Imperatoris pacem citra periculum expetituros. Illud autem terrorem eis maximum incutiebat, quòd Imperator Michael ipſos oppugnaturus, cum magnis copijs expectabatur. Igitur profunda foſſa circum vrbem, ex præda commeatu probè inſtructam, ducta, extructoq; vallo, ad obſidionem ſeſe parabant. Sed cum tempus tereretur, & Imperatoris aduentus differretur, ad alia conſilia ſe conuertunt. In eas enim anguſtias redacti, vt nec peregrè vſquam ſecuri viuere poſſent, ſed vndique vario periculorum terrore vrgerentur: malitioſo & Romanis pernicioſo conſilio, per legatos Turcarum in aduerſo littore habitantium opem implorant: & cum ipſi ter mille eſſent, quingentos ab illis accipiunt. nec multò pòſt, multi etiam transfugæ ſe ad illos contulerunt: cum quibus egreſsi, finitimos agros infeſtabant, & omnia armenta, equorum & boum & ouium greges vnà cum agricolis colligebant. Quæ cum nec Romani, nec eorum Imperatores ferre diutius poſſent, vtrique bello ſeſe parant.

## DE PVGNA IMPERATORIS CVM *Catelanis, in Apris commiſſa.*

Catelanis igitur & Turcis circa duo oppidula, Cypſella & Apros verſantibus, Imperator Michael cum Thracijs & Macedonicis, non Maſſagetarum copijs & Turcopulorum phalangibus ad Apros caſtrametatur. Erat autem illi Turcopuli mille, qui Sultanum Azatinem ad Romanos, vt antè diximus, profugum ſecuti erant: ſed cum illo ab Europæis Scythis, vt explicatum eſt, abducto, non abierant: ſed Romanorum conſuetudinem vnà cum religione & ſacro baptiſmate amplexi, inter Romanos milites numerabantur. Cum haud multis diebus elapſis, ſpeculatores hoſtium aduentum nunciarent: Imperator exercitum in armis eſſe, duces ac tribunos & centuriones aciem inſtruere iuſsit. Qui cum hoſtilem aciem tripartitò diſtributam viderent, idem & ipſi imitati, Turcopulos cum Maſſagetis in ſiniſtro, Macedonicos & Thracios delectos equites in dextro cornu collocarũt, reliquis cum peditatu in medio conſtitutis. Imperator verò circum ordines obequitans, ſuos ad fortiter pugnandũ cohortabatur. Orto ſole, hoſtes ex aduerſo conſiſtunt. Turcis in vtroque cornu collocatis, Catelanis medium ob armorum grauitatem obtinentibus.

*Maſſagetarum & Turcopulorum in iſta pugna ſeceſſio.*

Enimuerò Maſſagetæ, qui iam olim defectionem parturiebant, quòd Romanorum moribus haud delectarentur, & iam occultè ab Europæis Scythis inuitabantur, dolum pugna illa ſubitò aperuerunt. Nam cum ſigna vtrinq; cecinissent, ſtatim inclinati ſeceſſerunt, nec Romanos adiuuantes, nec in hoſtem pugnãtes. Idem & Turcopuli fecerunt, ſiue ex compoſito, ſiue conſilio proditionis ex tempore capto. id quod Romanos in ipſo diſcrimine ad extremum afflixit, & hoſtibus ſine labore victoriam peperit. Nam ea plaga præter omnem expectationẽ accepta, aciem ita perturbauit, tantumq; militibus terrorem intulit: quantũ vehemens Aquilo naui onerariæ, in medio pelago, confractis rudentibus & velis, iamiam ſubmergendæ.

*Fuga & cædes Romanorum.*

Imperator autem cum aciem ſubitò turbari vidiſſet, & maximam partem fugam ſpectare, celeriter circumuectus, duces, tribunos, centuriones nominatim cum lachrymis inclamat, hortaturq; vt ſtent, neq; ita temerè fortunas Romanorũ prodant.

*Michael imperator temerè in hoſtes inuectus, vix euadit.*

At illis parũ eius verba curantibus, & continenter fugientibus in tanta rerum deſperatione cum partem peditum maximam cædi & conculcari crudeliter videret, tẽpus eſſe ſtatuit, quo pro ſubditis ſalute ſua neglecta manifeſtum periculum adiret, exercituum perfidiæ teſtem, & ad ſuos conuerſus, qui perpauci erant: Nunc, inquit, viri, tempus illud eſt, quo mors vita potior habeatur, & vita morte acerbior. His dictis, & diuina ope implorata, impetũ in hoſtem facit: & nonnullis propugnatoribus occiſis, perruptaq; phalange, ipſe multis vnà cum equo telis confixus, nec tamen vulneratus, equo collapſo parum abfuit quin ab hoſtibus circundaretur: idq; factum eſſet, niſi quidam è ſatellitibus vita Imperatoris ſuæ prælata, equum illi ſuũ dediſſet, quo impendens periculum fuga euitauit, Didymotichum ingreſſus: ibiq; à patre prolixè obiurgatus, quòd Imperator, non pro Imperij dignitate ſe geſsiſſet, ſua vita contempta, quam velut vltrò in tale diſcrimen conieciſſet. Alter verò ab hoſtibus conculcatus occubuit. Inde hoſtes ad perſequendos eos qui fugerant conuerſi, alios occiderunt, alios ceperũt: donec ſuperuentu noctis fatigati, à perſecutione deſtiterũt. Manè cadaueribus ſpoliatis, diuiſiſque manubijs, Thracios pagos impunè incurſabant, atq; vrebant.

*Turci ad Catelanos deficiunt.*

Non multis diebus pòſt, Turcopuli, quos diximus, ad Catelanos deficiũt: cupideq; accepti, in Chalelis turmam, popularium ſuorum ducis, referuntur.

## DE INTESTINO CATELA-
*norum ducum bello.*

*Recaforta.*
*Peringerij cædes.*
*Pharenza Zymes.*

NOn ita multò pôſt accidit, vt Pharenza Zymes, & Peringerius Tenza, cum Recaforta duce ſuo grauiter diſsiderent: indignũ eſſe dicentes, ſe claris ortos natalibus, homini ignobili & ſordidæ fortunæ parêre. Ne autem longũ faciam, diſceptatione litis armis permiſſa, Peringerius Tenza in pugna cadit: Pharenza autem Zymes ad Imperatorem Andronicũ fugit, & pręter ſpem ſplendidè excipitur, vt ei Magni Ducis titulus decerneretur, & Theodora neptis Imperatoris, vidua deſponderetur. Cæterùm cum Maſſagetæ clandeſtinas pactiones ad Scythas antè miſiſſent, ſe cum omni familia ad eos remigraturos pollicentes: vbi iam vxores & liberos ad ſe recepiſſent, Turcopuli vniuerſi in eos Hæmum tranſituros (qui limes eſt Romani & Bulgarici Imperij) vna cum magna Catelanorũm manu, circa radices montis facto impetu, paucis exceptis, funditùs deleuerunt. Nam cùm longo tempore Maſſagetarum commilitones fuiſſent, & in partitione manubiarũ haud paucis diſsidijs ortis, ſemper deteriorem partem accepiſſent, nec ſe vlciſci (quippe imbecilliores) poſſent: occaſionem expectarunt, ita diſsimulata, quam nunc feliciter in illorum perniciem effuderunt. Atq; hæc hactenus.

*Maſſagetæ a Turcis cæduntur.*

## DE IMPERATRICE
*Irene.*

AT Irene, Imperatoris Andronici vxor ambitioſo ingenio mulier, ſuos liberos & poſteros per multas ætates Imperij Romani ſucceſsionem tenere, & immortalem ſui memoriam in poſterorum nominibus permanere cupiebat. &, quod inſolentius erat, non ratione monarchiæ, vt Romanis ab antiqua memoria receptum fuit, ſed Latino more, cuiq; filio ſuas prouincias & vrbes aſsignare, quæ à patribus more plebeio ad filios & nepotes deſcenderent. Nam cùm Latina ſtirpe orta eſſet, nouũ etiam hunc morem, ab illis acceptum, ad Romanos transferre inſtituebat. Maximè autẽ ad eum conatum nouercali odio Michaelis Imperatoris impellebatur, ex Hungariæ regiua procreati. Suprà enim diximus, Imperatorem ex ea ſuſcepiſſe Michaelem Imperatorem, & Cõſtantinum Deſpotam. Ex Irene verò hac Longobardica, filiam vnam Simonidem, quam autẽ diximus Crali Seruiæ regulo nuptum eſſe miſſam: filios verò tres, Ioannem, Theodorum, Demetrium, quos illa omnes deſignare Imperatores ſtudebat: qui ſecundum quidem locum à priuigno Michaele, tum dignitatis, tum diſtributionis Imperij tenerent: ſed ſui tamen iuris eſſent, & ipſi rerum ſuarum potirentur, nec vlli parêrent. Cùm igitur maritum intueretur, quippe à quo plus quàm coniugali amore diligeretur, ſe voti compotem futuram ſperabat: eiq; clàm noctu atque interdiu inſtabat, alterutrum conſecutura: vt vel Michaeli abrogaretur Imperiũ eiq; inter ſuos filios diuideretur, vel hos illi participes & conſortes Imperij redderet.

*Andronici progenies.*

Reſpondente autem Imperatore, iſta ob vetuſtiſsima Romanorum inſtituta nequaquam poſſe fieri: illa ira inflammabatur: & varios erga maritũ geſtus præ ſe ferebat, nunc mœrens, ſeq; moriturã dicens, niſi filios viua Imperatoris inſignibus ornatos cerneret: nunc cum faſtu & delicijs marito obſequens, & veluti venalẽ ſui copiam faciens, ſi conſilium ſuum de filijs ratum faceret. Quę cùm ſæpè, nemine alio conſcio, fierent: ab Imperatore perpetuò ferri non poterant. Itaque ardor ille amoris iam paulatim langueſcebat: & acris contentio, ſed pleriſq; ignota, ſuccedebat. Tandem etiam eiuſdẽ lecti ſocietatem peroſus eſt.

*Andronicus muliercula importunitatem peroſus eam à ſe abire ſinit.*

Proinde mulier præter expectationem ſpe ſua fruſtrata, hoſtili in maritũ odio exarſit, vlciſci quidem, illum cupiens: ſed cùm id non poſſet, Theſſalonicam abijt, Imperatore nõ admodum volẽte: quippe qui vereretur, ne domeſtica incommoda vulgò innoteſcerent. Illa verò vt maiore probro Imperatorem afficeret, & publica & occulta Imperatoris crimina traducebat: id ſolum cauens, ne in publico & pro concione illa referret: auribus verò & virorũ & mulierum, quibus fidebat, ſine vlla verecundia illa inſuſurrabat, cùm alioqui magnam grauitatem ſimularet. Indignabatur, inſaniebat; lenitatem illius deſpiciebat, neq; Deum timens, neq; homines verens, multa naturæ & coniugis & ſuæ arcana audax atq; impudẽs mulier retegebat, quæ vel impudiciſsimum ſcortum ſine rubore haud diceret. Nunc apud alios atq; alios monachos pro libidine ſua maritum accuſabat: nunc apud nobiles matronas, à quib. adibatur, eadem & plura recenſebat. Nunc ad Cralẽ Seruiæ regulum, generum ſuũm, ea ſcribebat, quæ vel dicere nefas eſt, quauis ratione dignitatẽ & modeſtiam ſuam aſſerendo, maritum verò omnibus contumelijs afficiendo. Nihil enim concitatius eſt muliebri animo, nihil æquè promptũ ad probabiles calumnias ſtruendas, & ſua mala in inſontes cõferenda. Cùm innixa eſt mulier, ſe odiſſe ait: cùm amat, amari: cùm furatur, ſe compilari queritur: ac expeti quidẽ ſe profitetur, ſed ea eſſe modeſtia vt amatorem execretur. & huiuſmodi rebus gloriari & ſuperbire nõ dubitat, nihil verita ne coarguatur: ſed cũ talia facilè excogitari poſſe, & iucunda petulantiũ hominum auribus eſſe norit, tiutinabulo ſonantiorem linguã exerit, audacterq; peierat, cœlumq; terræ miſcet. quòd ſi nobilitate & potentia eminet, quę quouis modo cognitioni veritatis obſtant, tum propitio Deo eſt opus, & magno mari ad eluendas contumelias & calumnias ei miſero, contra quem improba linguam ſuã exacuit.

*Irene Theſſalonicam abit, et maritum traducit.*

At Imperator, miti vir ingenio, alioqui cùm linguã ipſius, tum verò illud etiam metuens, ne generum ſuum Seruiæ principem Cralem ad bellum Romanis inferendum cõcitaret: quouis modo illam placabat, & poſtulationibus eius tum publicis tum priuatis de rebus locũ dabat: & plura ei poteſtatis impertiebat, quàm dominę conueniret, vt offenſæ quę interceſſerant, laterent. Illa verò cum ea quæ ſola pro filijs contra officium

*Andronici lenitas erga Irenem.*

peticrsr,

*Athenienſium dux Irenes petitionem repudiat.*

petierat, deſperaſſet, quicquid ad priuatā ſuam potentiam ſpectaret, meditabatur. Cùm igitur audiuiſſet, ducem Athenienſem habere filiam virginem: per legatos petit, vt ea filio ſuo Theodoro deſpondeatur, ijs conditionibus, vt ipſa hinc, ille inde Pelaſgorum & Theſſalorum principi bellū inferrent: nec prius deſiſterent, quàm eum profligaſſent, eiuſq; ditionem Theodoro filio ipſius traderet, vt priuatum & perpetuum principatum haberet. Sed ea ſpe fruſtrata, illum cum pecunia maxima in patriam ſuam Longobardiam mittit, vt filiam Spinulæ cuiuſdam, nō magnæ autoritatis aut nobilitatis viri, vxorem duceret. Latinis enim nobilibus haud ferè ſtudio eſt, cum Romanis imò ne cum ipſis quidem Imperatoribus iungere affinitates. Nā nec ipſa, ſi illuſtri genere nata fuiſſet, Romano facile innupſiſſet. Erat enim è Marchionum familia orionda, qui non clari ſunt apud Latinos: ſed eum dignitatis gradum retinent, quem apud Romanos is qui vexillum Imperatorium geſtat. Vt autē dilucidiora fiant ea quæ narranda reſtant, pluribus eſt agendum. Cum ſumma rerum ad Romanos deuoluerentur, potentia vrbis ipſos propè cœlos attingebat. Eorum enim Conſules & Dictatores alij Africā & Libyam, alij Gallias & Hiſpanias, alij pleraſq; Aſiæ & Europæ prouincias ſubegerunt, vſq; ad Tanaim & Gades. Ac tum ſeruili conditione alij aliunde Romam indies confluebant, Duces, Satrapę, Reges, principes vrbium, & prouinciarum: alij vt Cæſaribus & Auguſtis innoteſcerent, alij vt dignitatis locum aliquem in Cęſareo ſenatu impetrarent. Accedebant & alij viri clari & nobiles, vt honoris cauſa ciuium Romanorū ius & nomen conſequerentur: quemadmodum Ioſephus Hebręus Flauij, & Ptolemæus præſtantiſsimus aſtronomus Claudij prænomen hac ratione aſſumpſerunt. Ac olim principes Parthici, Perſici, & alij vndecunq; orti, alij alijs nominibus appellati ſunt: Magni autem Conſtantini temporibus Roſsicus locum & dignitatem dapiferi: Peloponeſiacus, Principis: Atticæ & Athenarum, Magni Ducis, Bœotiæ & Thebarum, Magni Primicerij: magnæ verò inſulæ Siciliæ, Regis: alij deniq; alia nomina obtinuerunt. Quorſum enim ea ſingula recenſere attinet, quorū memoriam tempus obruit, atq; alia prorſus texit & aboleuit, alia nec coniecturis indaganda reliquit? Neque enim eadem illorum ratio fuit olim, quæ nunc apud quoſq; eſt: ſed velut illa dignitatum nomina ad poſteros propagare licitum fuit, ſic etiam ſunt quæ licet vetuſtate nonnihil corrupta, tamen obſcurè veritatem ſubiudicent. Nam Bœotiæ Thebarum principem pro Magno Primicerio Megan Kyrion nunc appellant, à prima ſyllaba occaſione ſumpta: Atticæ item & Athenarum Ducem: pro Magno duce, nunc Ducem vocant. Vt autem ad propoſitum reuertamur, illis temporibus etiā prouinciæ illius Dux Marchionis dignitatem obtinuit, exiguam ſanè, & prouinciæ parem. Sita autē eſt ea prouincia inter Alpes & inferiorem Iberiam, quæ Marchioni obtigit: perpetuo munere attributo, vt nouo Imperatori vexillum præferat. Sed illuc redeo.

*Spinulæ ſocer Theodori Palæologi.*

*Marchionum dignitas.*

*Dignitatū & titulorum mutatio.*

*Primicerius.*

Theodorum alterum ſuum filiū Irene Imperatrix ſic illuc miſit, ne ipſe & eius poſteri apud Romanos priuigno ipſius Imperatori ſeruiret. Maluit enim, vt Latinorum ibi religionem coleret, & peregrè minore dignitate eſſet, quàm vt domi illuſtris inuiſo priuigno, eiuſq; poſteritas illius poſteritati ſeruiret: vnà verò etiā aceruos Romanæ pecuniæ miſit. Atq; ita incitatā ſuam cupiditate, marito aduerſata, in vno ſaltem filio Theodoro Marchione expleuit. Cæterùm primum filium Ioannem & ipſum prius ſtuduerat ad externum coniugium ablegare, & maximos ſumptus fecit vt eum Ætolorū & Acarnanum & Epiri totius principem efficeret. Sed nullos id conſilium ſucceſſus habuit. Quare cùm rem alia via aggrederetur, Imperator conatus illius anteuertit, ſe quoq; parentē eſſe dicens: & præterquàm quòd non minus quàm mater filium curaret, etiam autoritate antecellere: nec eſſe quicquam quod obſtaret, quò minus patris voluntas potius quàm matris de filio rata haberetur. Erat autem tum procurator negociorū Imperij vir prudens, & ob induſtriā & Reipub. gerendæ ſcientiam Imperatori charus, vnde & autoritate & opibus pollebat, Nicephorus Caniclij præfectus. Is blandis ſermonibus atq; obſequijs, lenitate Imperatoris conciliata, petit & accipit generū filium eius Ioannem, indignante quidem & refragante Imperatrice, ſed tamē accipit. Verùm affinitas illius non diuturnū fructū tulit, nec is qui eā iunxerat, nec is cum quo iuncta fuerat. Nam priuſquā integri anni quatuor elaberētur, Ioannes matre, ſocero, vxore ſuperſtitibus, Theſſalonicæ orbus liberis decedit.

*Ioannes Palæologus Nicephori cuiuſdam filiam ducit.*

Cùm autem etiā hanc Imperatricis ſpem tempus prorſus abſorpſiſſet, nihil quo ſe conſolaretur reliquū fuit, præter Cralænam filiam, & Demetrium filium. Tantam quidem pecuniā Crali genero partim miſit, partim Theſſalonicā accerſito dedit, quanta vel c triremes in perpetuum Romanorū præſidium inſtrui poſſent. Et quorſum attinet, quę noua cōmenta & prius inaudita intempeſtiua mulieris ambitio excogitarit, commemorare? Nam cùm ſuam filiam Imperatorijs inſignibus ornare vellet, vt ne quid ei deeſſet earū rerū, quibus Imperatrices Romanorum inſtitutis ornandæ eſſe viſum eſt, nec aliter voti compos fieri poſſet: calyptrā precioſis gemmis & margaritis capiti Cralis prius impoſuit, Imperatoria nō multò inferiorē: atq; inde auſpicata, priore ſubinde precioſiorē quotannis illi miſit. Immenſa verò precia ſplendoremq; veſtium, quibus & generum & filiam donabat, quis enumeret? aut imperatoria ornamenta, quæ Romanis erepta in Cralem Seruiū, ſimul & lenitati Imperatoris illudens, & ſuam libidinē explens, conferebat? Ea verò erat, fiſcum Imperatoriū in liberûm ſuorū, præſertim Cralænæ ſinū exhaurire: è qua nepotes ſe viſuram cùm ſperaret, tempus illud occupans, theſauros illis reponebat, quibus tandem per occaſionem, Romanam imbecillitatem inuaderent, & imperium, quod viuentibus Romanis non ſortiti eſſent, ijdem inuitis

*Irenes profuſiones in Cralem.*

» eriperent. Verùm non animaduertit, ſe humana » cum animo ſuo conſilia agitaſſe: Deũ verò nun» quam in conſilium adhibuiſſe, cuius inimicitias » quiuis ſuſcipiat, qui homo cùm ſit, faſtu animi » conditionis humanæ modũ excedit, ſuorumq; conſiliorum & actionum exitum & ſucceſſum ad Deum non refert. Ecce enim, hęc Imperatrix Irene, magna ſpe in liberis ſuis collocata, humana prudentia ſine Deo res adminiſtrabat, & Romanas opes in Romanorum hoſtes erogabat. Res aurem non ex illius ſententia ſuccedebant, ſed inanea illius conarus arguebant: diuino vtiq; iudicio labefactatos. Crales enim quadragenario maior, cum puella octo annos nata congreſſus, matricẽ eius læſit, vt fœtum nullum edere poſſet. Igitur inquieta mulier etiam hac ſpe fruſtrata, ad aliam ſe conuertit: & Crali multis atque innumerabilibus donis perſuadet, deſperato iam è coniuge hærede, vt alrerum è Cralænæ fratribus Triballorum principarus hæredem inſtitueret. Hi Demetrius erant & Theodorus Marchio: quorum alter nondũ ex ephebis exceſſerat, alrer in Longobardia iam etiam liberos ſuſceperat: quò à matre, vt generis reliquię extarent, miſſus fuerat. Ac primùm Demetrium cum magnis opũ delicijs & faſtu ad Cralem mittit, qui ſucceſſor (vt diximus) principatus deſignaretur: qui quamuis humaniter, ab illo ſuſceptus, tamẽ aſperitate loci offenſus, diutius ibi manere noluit. Eò igitur mater paulò pòſt reuerſo, alterũ è Longobardia filiũ Theodorum Marchionem accerſit, qui raſam barbã afferebat: eodemq; modo & illum, quò Seruiani principatus ſucceſſor eſſet, ablegauit. Cæterùm ne hic quidẽ benignè & ipſe acceptus, inſolitam loci aſperitatẽ diutius ferre potuit: ſed ad ſalutandam matrem, præter ſpem omni ſpe deſtituram, reuerſus, in Longobardiam ad vxorem ſuam redijt. Atque hæc his temporibus ad hunc modum ſe habuerunt. Quæ verò conſecuta ſunt, deinceps exponentur: nunc ad Catelanos redeundum.

*Simonidis vterus 8. annos natæ à marito corrumpitur.*

## DENVO DE CATELANIS.

*Catelani è Thracia in Macedoniam tranſeunt.*

HI enim poſt Aprinum prælium & victoria, & Turcopulorum (quia Romanis, vt diximus, ad ipſos defecerant) ſocietate elati, crebris excurſionibus & impreſsionibus omnia & maritima & mediterranea loca vſque ad Maroneam, Rhodopen & Byziam vaſta ac deſerta reddiderunt. Deinde commeatu deſtituti, vlterius progredi obuia quæq; prædando ſtatuerunt, donec ſufficientem & ſtabilem ſedem inueniſſent. Itaq; montanis Rhodopes ad mare vergentibus ſuperatis, crebriſq; ſpolijs locupletati, impunè progrediuntur. Erant autem Turci pedites & equites amplius bis mille, Catelani amplius quinque millia. Autumno iam ferè medio exacto, ſub Arcturi exortũ, commeatum ad hybernandum paraturi, in Macedonicos pagos impetum faciunt: ibiq; ferè omnibus ſubactis, onuſtiq; præda, iuxta Caſſandriam caſtrametantur: quæ vrbs olim illuſtris, nunc habitatoribus vacua eſt. Verùm ager in circuitu illius ad hybernandum aptus, ab errabundo, vt diximus, Catelanorũ exercitu occuparur. Eſt enim promontoriũ in mare propẽdens, finibus vtrinque non paruis circundatum, quibus hyberno tempore copia niuis excutitur. Ineunte vere illinc digreſsi, Macedonicas vrbes inuadunt, inter quas ſumma ſpei erat Theſſalonica. Putabãt enim, ſi hac, in primis & ampla, & diuitijs referta, præſertim cùm & Imperatrix Irene & regina Maria ibi degerent, potirẽtur, nihil obſtiturum quin huius vrbis opportunitate vſi, totius Macedoniæ dominatæ occuparent. Sed Imperator illorum inſtituto anteuertit. In primis enim longum murum ad Chriſtopolin à mari vſq; ad vicini montis cacumen extruit, vt locus is ſe inuito prorius inacceſſus eſſet ijs qui vel è Thracia in Macedoniam, vel è Macedonia in Thraciam iter haberent. Deinde cùm didiciſſet, primo vere Catelanorum in Macedoniam & Macedonicas vrbes impreſsionem, in expectatione eſſe: duces rei militaris non imperitos ad eligendos è Macedonia milites ablegauit, qui defendẽdis contra hoſtilẽ obſidionẽ vrbibus pares eſſent, & iuſtum è ſuburbanis locis commeatũ in eas comportarent: cæteraq; omnia prouiderent, ne oppugnationis tempore intus fame, grauiore hoſte, premerentur. Cæterùm hoſtes vere iam facto, relicta Caſſandria, partim proximè Theſſalonicæ ſuburbia, ſtatiua habuerũt: partim prędatum exiuerunt. Sed cum totam prouinciam cultoribus & pecore vacuam, vrbes verò multis armis firmatas conſpexiſſent: in Thraciam redire ſtatuerunt. neq; enim ſe poſſe fruſtrà ibi deſidẽre. Nam ſi commeatu deſtituerentur, qui tot equos, tot captiuos adducerent, cùm ipſi VIII. millibus haud pauciores eſſent: exitium haud dubium à fame imminere. Sed priuſquam conſilium illud vulgaretur, è captiuo quodam audiunt, viam ſibi in Thraciam nõ patẽre, propter longum illum murum recens ad Chriſtopolin extructum. Ea res præter omnẽ expectationem audita, perculit illos, & conſilij prorſus inopes reddidit: eoq; redegit, vt quò ſe verterent, neſcirent, cum & munitione illa arcerentur: & timerent ne Macedoniæ finitimi populi, Illyrij, Triballi, Acarnanes & Theſſali, ſuas quouis irruptiones veriti, & alij alios cohortati, omnes vires coniungẽrent: atq; ipſi circumuenti, ſpe omni fugæ adempta, funditùs delerentur. Quare, vt in neceſsitatis articulo, conſiliũ furori quàm audaciæ ſimilius ceperunt: vt omni mora ſublata, primo quoq; tempore vltrà progredientes, vel vbertate Theſſaliæ, vel vlteriore aliqua quæ ad Peloponeſum vſq; ſunt, prouincia occupata, diuturnos errores finirent: aut ſi hoc non ſucceſſiſſet, cum aliqua maritima gẽte factis inducijs, liberum in ſua reditum haberent. Relicta igitur Theſſalonica, tertio die ad Theſſalicos montes peruenerunt, Olympum, Oſſam, & Pelium: iuxta quos caſtris poſitis, & agro vaſtato, abundè omnia quæ ad ſuſtentandam vitam neceſſaria ſunt, parauerũt. Sed illud penè me præterierat, quod, vt hiſtoriæ ſeries ſequetur, explicandũ eſt.

*Caſſandria.*

*Catelani Macedoniæ excluduntur.*

*Chriſtopolitanus murus.*

*Præſidia vrbibus impoſita.*

*Catelani Theſſaliã petunt.*

## DE CATELANORVM ET *Turcorum diuiſione.*

IN Latinorum exercitu etiam Turcorum tria millia fuerunt: quorum mille & centum eos fuiſſe diximus, qui cum Meleco poſt Azatinis ad Scythas fugam remanſerunt, & ſacro baptiſmate initiati, & in Romanos legiones relati, & liberorum ſucceſsionibus aucti, poſt, committenda ad Aptos pugna, ad Catelanos defecerant. maior verò pars ex Aſia cum Chalele, à Catelania in auxilium euocata erat. Cum autem Catelani Theſſalonicam inuaſuri eſſent, Turci tumultuari cœperunt, quòd familiaritatem illorum ſuſpectam haberent, nec ſibi tutam arbitrarentur. Turcorum igitur duces Melecus & Chalel, cum Catelanorum duce congreſsi, verba fecerunt de pacata diſceſsione. Qui cum poſtulatis illorum haud cunctanter annuiſſet (neque enim ipſis iam, cum à Romanis digreſsi eſſent, Turcorum auxilia neceſſaria erant) cupidè diſceſſerunt: & captiuos & omnem prædam, pro ratione & numero vtriuſque partis, partiti. Sed res Turcorum pluribus explicandæ, nunc differantur.

## DE CATELANIS SOLIS.

*Catelani Theſſaliã vaſtant.*

CAtelani aũt, Turcis iam digreſſus, ad montes Olympum & Oſſam, vt diximus hybernabant. Verno autem tempore montium cacuminibus & conuallibus, quæ Tempe vocantur, ſuperatis, ante æſtatem in Theſſalicam planiciẽ irrumpunt. Vbi cum ſolum bonum & pingue inueniſſent, totum ibi annum exegerunt, agris vrendis, & omnibus ijs quæ extra mœnia erant vaſtandis, reſiſtente nemine. Tum enim res Theſſalorum infirmæ erant, ob immaturam principis ætatem magnarum rerum imperiti, & diuturno morbo conflictantis, & iamiam morituri: cũ quidem maiorum ſucceſsio, & Sebaſtocratorum principatus in eo deſiturus eſſet. Vxorem duxerat paulò antè Irenen, notham Imperatoris Andronici filiam: ex eaq; nullum ſuſceperat, cui relinqueret principatum. Ob hæc perturbatus illius regni ſtatus fuit, & grauiora timebãtur, quòd incertũ eſſe, adhuc, quis id occuparet. Proinde cum princeps extremo morbo laboraret, & hoſtes flammæ inſtar prouinciam peruagarentur atq; abſumerent: procerum Senatus cenſuit, eos donis illiciendos, & ducum voluntates largitionibus redimendas, priuſquam illa iure belli raperent: ductoreſq; promittendos, qui eos in Achaiam & Bœotiam, prouinciam amœnam & frugiferam, & ad habitandum aptiſsimam, perducerent. Quòd ſi auxilijs eſſet opus, ea quoq; alacriter daturos, & per omnem ætatem amicos illorum futuros eſſe. Hæc Latini etiam auidè acceperunt: quòd, ſi Martis aleam experirentur, & regio vaſtãda eſſet, & opes atterendæ, & ex magna copia magna inopia pertimeſcẽda; quæ res ipſis curæ in primis eſſet. Deinde penes quem victoria futura eſſet, præter Deum, prorſum ſcire neminem. Nam quamuis pleriq; euentus ab hominibus ex æquo ſperentur: nihilo tamen minorem illis victoriæ quàm ſibi ſpem eſſe propoſitam, incerto vtrinq; exitu. Nam & montiũ faucibus, quibus natura regionem vndiq; muniſſet, habitatores tutos & feroces eſſe, & caſtella in altis ſita montibus oppugnari nõ poſſe. Quare vtcunq; eueniret, ambiguum fore euentũ ſibi in alieno ſolo oberrantibus, & tam longè à patria remotis. Abſurdiſsimum igitur fore, cum pecunia dextras abſq; labore implere liceret: ea occaſione ſpreta, magna pericula incerta ſpe ſubire. His illi rationibus adducti, pacem cum Theſſalis, quibus dixi conditionibus, pepigerunt: & veris initio, & ductoribus & pecunijs acceptis, ac montibus qui poſt Theſſaliam ſunt, & Thermopylis ſuperatis, iuxta Locridem & Cephiſum flumen caſtra ponunt: qui è monte Parnaſſo erumpens, & verſus ortum profluens, à Septentrione Locros Opuntios & Epicnemidios, verſus Auſtrum & meridiem mediterranea totius Achaiæ & Bœotiæ habet: & cum maximus ſit, vſque ad Lebadiam & Haliartum indiuiſus manet: inde in duos amnes diſtractus, Aſopo & Iſmeno ſuum nomen commutat: quorum ille Atticam vſque ad mare ſecat. hic iuxta Aulidem (vbi olim Græcos heroes Troiam petituros appuliſſe, & ſtatiua habuiſſe ferunt) Euboicum mare influit.

*Cephiſus fluuius.*

Cum autem Thebarum & Athenarum princeps, & totius tractus illius dominus, quem magnum Primicerium, corrupta verò voce magnũ Dominum appellari diximus, hoſtiũ aduentum didiciſſet, Catelanis tranſitum petentibus, vt per eius ditionem quo vellent abire liceret, dare noluit: ſed non paruo cum faſtu & deriſu, vt nõ magnoperè curandos contempſit, cum ſuas vires per autumnum & hyemem vſq; ad ver collegiſſet. Parabant ſeſe & Catelani, vt aut ſtatim morituri, aut victuri cum gloria.

*A Senarũ [illegible] ſuperbus.*

## DE BOETICO PRAELIO.

CVm autem ver ſuperueniſſet, Catelani Cephiſo ſuperato, circa Bœotiam nõ procul à flumine caſtris poſitis, hoſtẽ expectabant. erant autem equites eorum ter mille & quingenti, peditum quatuor millia: in quos multi etiam è captiuis ob ſagittandi peritiam relati erant. Hoſtiũ aduentum iamiam expectantes, omnem illam terram arant, vbi pugnam committere decreuerant: deinde obducto vallo, & foſsis è fluuio ductis, totam planiciem ita irrigant, vt ſtagnaret, & greſſum equorum luti profunditas adeò impediret, vt ægrè loco moueri poſſent. Vere medio & regionis princeps cum magno exercitu abeſt, coacto è delectis Athenienſibus, Thebanis, Platæenſibus, Locrenſibus, Phocenſibus & Megarenſibus. Equitũ erant ſex millia & quadringẽti, peditum amplius octo millia: opinio verò & arrogantia principis ingens. Sperabat enim ſe non Catelanos tantum ſtatim deleturum, ſed etiam prouincias & vrbes omnes ordine Byzantium vſq; occupaturum. Quod longè aliter euenit. Nam dum ſuis viribus, & nõ diuino auxilio rerum exitum metitur, paulo momẽto riſu hoſtium exponitur. Nam cum planiciem multo gramine virentem conſpexiſſet, nihil eorũ quæ

*Catelanorum mirũ ſtratagema.*

*Athenienſis ducis atrox clades.*

*Theſſalia poſtremus princeps.*

*Theſſali Catelanos in Bœotiã traducũt.*

acta erant ſuſpicatus, cohortatus ſuos & vociferans, cum omnibus equitibus contra hoſtes fertur qui extra campum immoti in procinctu ſtabant, eius impetum expectantes. ſed priuſquam ad mediam planiciem peruenirent, equi veluti firmis vinculis impediti, madefacta terra ad audaciorem greſſum ſubſidente, partim vnà cum equitibus in luto volutantur, partim ijs excuſſis temerè in campo feruntur, partim pedibus demerſis ordine aſtabant, equites veluti ſtatuas ſuſtinentes. Quibus rebus Catelani animati, omni telorum genere circumuentos illos omnes internecione deleuerunt: atque cum equitatu vſque ad Thebas & Athenas fugientes perſecuti, ipſas vrbes ex improuiſo aggreſsi, cum opibus, vxoribus & liberis facilimè cæperunt. Sic velut in aleæ ludo principatu ſubito potiti Catelani, & diuturnum errorem finiuerunt, & ſuæ ditionis terminos in hunc vſq; diem paulatim proferre non deſiſtunt. Atque ita cum Catelanis actum eſt.

*Catelani Thebis & Athenis potiuntur.*

### DE TVRCORVM IN DVAS *factiones diuiſione.*

*Melecus cum ſuis Turcis ad Cralem abit.*

TVrci autem cum à Catelanis diſceſsiſſent, in duas partes diuiduntur, alteri Chalelẽ, alteri Melecum ſecuti. Melecus cum ſuis primùm ſacro baptiſmate initiatus, cum deinde magnis etiam ſtipendijs ab Imperatore acceptis, & fidem illi datam fregiſſet, & religionis inſtituta & leges violaſſet, & ad Romanorum hoſtes defeciſſet: prorſus deſperata Romanorũ amicitia, ad Cralem Seruiæ principem, a quo acerſebatur, ſe conferre maluit, quàm in conſpectum Romanorum venire. Quare M. eius equites & D. pedites Crali omnes equos & arma tradere iuſsi ſunt, & priuatam vitam agere: nec arma niſi belli tempore ſumentes, cum & quàm multos ipſe imperaſſet, Triballorum exercitum ſequi. Chalel verò cum CCC & M. equitibus, & DCCC peditibus in Macedonia ſubſiſtit, ac duabus conditionibus cum Romanis pacem facere voluit: vt & Chriſtopolitanas anguſtias tranſire ſineretur, & Romanis nauibus cum omnibus quas haberet manubijs, per Helleſpontium fretum in patriam perduceretur. Imperator hac legatione audita, & quantam Romanis prouincijs perniciem attuliſſent recordatus, & quàm primùm illos tanquam graue onus excutere cupiens: præſtanti duce Sennscherib magno Stratopedarcha cum tribus equitum millibus miſſo, è Macedonia in Thraciam illos vſq; ad Helleſpontum perduxit. Ibi cum Romani duces & milites multitudinem equorum, pecuniarum & omnis generis manubiarum vidiſſent, quas è Romanis prouincijs hoſtes in Aſiam tranſportaturi eſſent: indignum rati ſunt, ſe volentibus id fieri. Siue igitur Romanorum miſerti, ſiue ſpe prædæ & diuitiarum illecti, ea conſilia cœperũt, quæ à pactis & conuentis abhorrerent, nec nauibus datis quibus tranſportarentur, & noctu illos aggredi ſtatuerunt. Quod cum Turcos nõ latuiſſet, loco mutato, ad Romanorũ impetum

*Chalel reditum in Aſiam ab imperatore impetrat.*

*Romani Turcis fidem frangunt.*

tolerandum ſe pararunt: ac potius vicino quodam caſtello properè occupato, ad bella & pugnas è loco munitiore gerenda ſe armabant. Id facinus, Romanorum conſilium turbauit, & quàm longiſsimè caſtra abducere coegit: donec Imperatorem etiam, quid actum eſſet, certiorem reddidiſſent. Proinde non parua mora interceſsit, neſcio qua Romanorum principum conſuetudine, res quæ feſtinationem poſtulẽt, ſegniter adminiſtrandi. Quæ cum Barbaris non negligere liceret, miſsis nuncijs breui tempore magna popularium ſuorum auxilia acceſſiuerunt. Proinde excurrentes aliàs alibi, ſubitis & inexpectatis excurſionibus agros vaſtabant. Romani autem duces ita ſe deſidere, & prouinciæ vaſtationem cernere, abſurdiſsimum eſſe iudicabant. Quamobrem priuſquam hoſtium audacia creſceret, & Romanorum vires magis attererentur, Imperatorem Michaelem, omnibus copijs coactis, ad caſtellum oppugnandum, & delendos Barbaros, euocandum eſſe cenſuerunt. Quo facto, duces & milites omnes, atque adeò agricolæ etiam, cum palis & ligonibus ad Imperatorem conuenerunt. Nec enim tam gerendum bellum, quàm ad hoſtes cum ipſo caſtello euertendos, accedebant.

*Turci caſtellum occupant. & auxilia accerſunt.*

*Romanorum ſtulta confidentia.*

### DE MICHAELIS IMPERATORIS *& Turcorum pugna in Cherſoneſo.*

IMperator igitur cum ducibus, militibus, ruſticanáque & circumforanea turba aduentat, qui quidem omnes eum haud inuiti ſequebantur: cum plerique ex imperitia tantùm emolumenta victoriæ reputarent, quibus verò ea periculis conſtarent obliuiſcerentur. Quantum autem hoſtes ad pericula neceſſaria ſe confirmabant, quod & in hoſtili terra concluſi, & numero longè inferiores eſſent: eò Romani contemptius neglectáque militari diſciplina procedebant, propterea quòd numero & armis hoſtes longè ſuperarent. non vtique reputantes, „ nihil in mundo eſſe firmum & tutum, ſed res „ humanas (vt ait Plato) ludibrium eſſe Dei, ſur- „ ſúmque ac deorſum temerè ferri omnia, incertóque curſu huc & illuc vagari. Hoſtes verò qui antè Romanos velè ſola fama timebant, & ipſi ſeſe inter mortuos potius quàm viuentes numerabant: cum eorum confuſionem temeritatémque cernerent, longè alacriores ad pugnam facti, omnes opes, mulieres, cæteráque ad inſtans prælium inutilia intra munitiones diligentiſsimè præparatas cuſtodierunt: ipſi verò cum delectis & probè armatis equitibus non amplius DCC, ad Imperatorium vexillum excurrunt, nec in tuto loco poſitum, nec iuſtis viribus & ea qua oportebat diſciplina cuſtoditum. Ad hanc tam ſubitam excurſionem hoſtium Romanis territis: principiò ruſticana illa & circumforanea turba effuſè fugere cœpit. Deinde alij atque alij paulatim ſe ſubducere: denique conuerſi omnes, abſque bellico ſtrepitu trepidè fugere cœperunt. Cum autem imperator in aciem reuocare milites vellet, nemine m inuenit qui

audire vellet: ac defatigatus eadem via & ipſe abijt, mœſtus & lachrymis opplerua, pœnam hanc diuinitùs ob vetera & recentia delicta euidenrem exiſtimans. At plerique duces, confuſæ fugæ verecundia ad tempus reſiſtebant, & Barbarorum arma in ſe conuertebant, ac veluti reprimebant, ne Romanos fugientes parſequerentur, aut ipſum Imperatorem. Tandem hoſtibus omnibus congregatis circumuenti, & dedirione facta, in vincula coniecti ſunt: pecunia verò Imperatoria in prædam Turcis ceſsit, & quicquid inſignium Imperij in tentorio Imperatoris fuit, item calyptra Imperatoria, de more gemmis & margaritarum nodis ornata, qua Chalelem capiti ſuo impoſita ſalſis dicterijs Imperatorem inceſsiſſe ferunt.

*Ornamenta imperij ludibria hoſtium.*

## ATHANASII E PATRIARchico ſolio deſcenſus.

SVb hoc rempus etiam patriarcha Athanaſius, recuſato ſolio, in ſellis ſuis ad Xerolophum quieuir. In cauſa hoc erat. Quidem illi infeniſsimi, cum eum tamdiu patriarcha ſpecula potiri cernere non poſſent (octauus enim annus agebatur, ex quo denuò ſedem receperat) inſidias illi atroces & impietatis plenas comparāt. Nam cum etiam munere ſuo fungens adhuc, in Xerolophi cellis plerunq; verſarerur: e patriārchico ſolio ſcabellum furati, Chriſti ſeruatoris, & altera ex parte Imperatoris Andronici Imaginem, frenos in ore gerentis, quoa Arſenius vt ſeſſor equi moderaretur, in eo depingunt: itaq; depictum ibi reponuut, vbi prius fuerat. Deinde quidam eam fabulam præter expectationem conſpicati vulgant, & patriarcham apud Imperatorem impietatis reum agunt. At ille calumniatores acceſsit, eóſque, vt quos impiè nefandæque illius fabulæ aurores eſſe minimè dubitaret, in grauiſsimum & perpetuum carcerem compingit. Patriarcha verò indignatus, quòd non grauius mulctati eſſent, patriarchicæ ſedi ſtatim renunciauit.

*Calumnia in patriarcham.*

## DE NIPHONE PATRIACHA.

*Epiſcopus quæſtor et amator.*

INterim duobus annis elapſis, Nipho Cyzici metropolitanus, pontificibus Imperatoria voluntati obſecutis, ad patriarchatum accerſitur. Erat autem ille vir Græcarum literarum planè rudis, ſacrarum etiam ferè, vt qui ſua manu nec elementa literarum ſciret pingere. Nam ea doctrina vix extremo digito deguſtata, ingenio contentus fuit. cuius felicitati & excellentiæ, ſi etiam doctrinæ eruditionem adiunxiſſet, inter ſapientiſsimos numerari potuiſſet. Sed diuitiarum amor, externiq; ſplendoris & gloriæ intempeſtiuum deſiderium, omnes naturæ dotes ad ſe retraxerūt, & omnia eius nocturna diuturnáque ſtudia ſibi vendicarunt. Itaque rei familiaris peritiſsimus fuit: ſuo tempore agros colere, plantare arbores, curare vineas, omnis generis ædificia extruere, denique quicquid granaria, quicquid cellas vinarias implet, quicquid loculos diſtendit, & quotannis aceruos auget, ſolertiſsimè proſpiciebat. Omittò veſtium ſplendorem, & ferocium atque altorum equorum armenta, menſarúmque delicias quæ neque craſſos humores gignerent, neque bonum faciei colorem corrumperent. Nam & gynæconitidi partem occupationum ſuarum tribuebat, idque non obiter, ſed ſeriò, & ineuitabili quadam neceſsitate. Qui mores eum pòſt impulerunt, vt curam & adminiſtrationem muliebrium rerum & poſſeſsionum (de ædibus binis Veſtalium virginum loquor, Perzenis & Cratæis) ſuſciperet: ſimul vt aliquid de reditibus per cauſam ædificiorum ſubtraheret, ſimul vt ſæpius ibi verſandi occaſionem haberet: moribus elatis & delicatis. Hic quoſcunque vel ingenio, vel quauis earum artium quæ vel publicè omnibus, vel priuatim Imperatoribus placerent, præſtare cerneret, eorum ſe palàm amicum ſimulabat: clàm verò oderat, & inuidebat omnibus: & aliàs alios occultè criminando, Imperatoris animum ab illis alienare ſtudebat. In quo Libycum ſerpentem imitabatur. Aiunt enim ſerpentem naſci in Africa, viperæ non abſimilem, qui multa arena obrutus, ore & lingua tantum exerta, prætereuntes inexpectato mulctet interitu. Vnum tamen Imperatori rectum conſilium dare viſus eſt, idque non tam ſua voluntate, quàm vt vehementi Imperatoris deſiderio comitem ac miniſtrum ſe præberet: adiuuitq;, vt Arſeniatæ prorſus à Catholica eccleſia vanitate opinionum auulſi reciperentur, ne ſpirituali morte, morbo per ſucceſsiones propagato perirent, & in eandem fraudem alios quoque illicerent. Hoc patriarchæ cōſilio Imperatori probato, qui & ipſe diu id animo agitaſſet, multi multis è locis conueniunt, veluti terrigenæ quidam è ſaxis & rubis ſubitò enati, laceris quidem pannis obſiti, in animorum verò penetralibus vanæ gloriolę ſtudio tumidi: qui queſtiones moleſtas, & quibus aures haud mediocriter morderētur, proponebant, vt vulgò ſcilicet probarent ſe non ſine cauſa diſceſsionem feciſſe. Erát autem hæ Primùm, vt Arſenij patriarchæ reliquiæ, è diui Andreæ monaſterio honorificè ablatæ, in maximo Diuini verbi Sapientiæ templo collocarentur. Deinde, vt luſtrali quapiam mulcta ſacerdotum ordines afficerentur: videlicet ne XL. diebus rem diuinam facerent. Poſtremò, vt certis diebus ieiunijs & deprecationibus populus vniuerſus mundaretur: aliáque eidem amentiæ affinia, quæ omnia Imperator ob pacis & concordiæ bonum properè exequitur. Aliquanto pòſt Schiſmatici omnes, qui non conuenientibus dignitatibus ornati fuerant, cuiuſmodi ſunt metropolitani epiſcopatus, abbatiæ, munera aulica, annuorum redituum emolumenta, ſtatim abrupta concordia ad priſtinam ſectam & diſſentionem redeunt. At patriarcha, Arſeniatarum hortatu, ambone conſcenſo, & ſacra ſtola indutus, ante Arſenij reliquias ſtans, Arſenij nomine omnem populum crimine ſoluit.

*Adulator & calumniator aulicus.*

*Arſeniatarum reſtitutio.*

*Arſeniatarum poſtulationes.*

## DE TVRCIS THRACIAM
*populantibus.*

His temporibus poſt victoriam illam Barbari ingenti ſuperbia elati, Thraciam ferè omnem vaſtarunt, & peſsimè tractarunt: vt Romani duobus propemodum annis, mœnibus egredi nec ad arandum nec ad ſerendum auderent. Quæ res Imperatoribus luctum grauiſsimum attulit. Nam de Romani exercitus auxilio prorſus deſperatant, vix tandem animaduerſa diuina, quæ illum comitabatur, animaduerſione: cauſis verò illius adimaduerſionis, haud ſcio quomodo non animaduerſis. In id igitur vnum intenti erant, vt mercenarium vndecunque militem conducerent: in quo mora non parua intercedebat, dum magnitudinem ſumptuum reputant, fiſco ſi vnquam aliàs, tum vel maximè exhauſto, penè intolerabilem ob prouincias vaſtatas. Tamen cum neceſsitas quietem haud concederet, à genero Crale, Seruiæ principe, auxilia accerſit. Sed priuſquam illa aduenirent, Deus, qui facit omnia, & in melius refert, nobilem quendam & ſanatorium virum, Andronici Imperatoris cognatum excitat, Philem Palæologum. qui poſt, ob animi alacritatem & fortitudinem, Protoſtratoricum ab Imperatore baculum accepit. Qui cum in palatio perpetuò verſaretur, ab omni integritatem & vitæ honeſtatem Imperatori, quem amabat, chariſsimus, ignarus & imperitus rei militaris habebatur: quippe qui & naturà imbecilli eſſet corpore, ac ſæpe decumberet: in primis autem, quod diuinæ rei vacaret, & ferè in templis verſaretur, & religionem ſumma obſeruantia coleret. Is cum Imperatorem Andronicum tantis curis æſtuantem videret, perdoluit: ab eóque petijc, vt ſibi in Romana caſtra ingreſſo, paruum exercitum colligere liceret, & centuriones ac tribunos deligere quos ipſe vellet. prætereáque commeatum, qui & hominibus & iumentis ſatis eſſet. Spem enim firmam, ac minimè dubiam ſe concepiſſe, fore vt Deo propitio victor, victus Barbaris, rediret. Paret Imperator, iuſtum eſſe Deum adijciens, qui non tibijs viri delectatur, nec magnitudine roboris, ſed afflicto corde, & humili animo: ac ſuo filio Michaeli Imperatori propter parentum delicta nullam ferre opem: iſti verò fortaſſe laturum, honeſta vita & moribus prædito. Pluris enim fieri apud Deum honeſtam & inculpatam vitam quàm vires armorum. Conuerſus enim, inquit, vidi in hoc orbe. vidi, non velocium eſſe curſum, non fortium eſſe bellum, non ſapientum panem non prudentum diuitias, non intelligentium gratiam. per tempus enim omnes in caſus incidunt. Annuit igitur Imperator huius poſtulatis: pecunia, armis, equis, quot & quales petierat, datis. Quę cum omnia Philes ex animi ſententia accepiſſet, primùm humanitate, & omnis generis officijs ac muneribus militum animos ad bellicam fortitudinem excitat, pecunijs, equis armis, poculis datis: eſt & cum ſuam zonam militi donauit, alij pugionem, eodemque victu, ſummáque comitate vſus eſt, honoribus & donatiuis haud exiguis poſt bellum promiſsis, quæ cuiuſq; laboribus reſponderent. Deinde monet, vt ab omni flagitio ſibi temperent: & ſacerdotibus magnam pecuniam diſtribuit, vt Deum pro ſe atque exercitu deprecarentur. Pòſt, antequam vrbe egrederetur, caſtra hoſtium exploranda eſſe cenſuit, ne temerè progrederetur. Cum autem cognouiſſet, Chalelem nudiuſtertius mille pedites & ducentos equites delegiſſe, qui omnes agros iuxta Byzyam popularentur, maximamq; prædam afferrent: maturat exitum, vt in itinere cum eis præda onuſtis congrederetur. Tertioq; die poſtquam è ſuburbijs diſceſſerat, ad flumen quod incolæ Xerogypſum appellant, peruenit. Planus eſt is locus, & ad caſtra metenda & ad prælium committendum aptiſsimus. Ibi igitur caſtris poſitis, aciem explicat: omnes tribunos, duces, milites, benignis ſermonibus confirmat, & largitionibus conciliat: omnia denique facit, quæ animorum alacritatem excitare ſolent. Biduo pòſt, ſub mediam noctem ſpeculatores adſunt, hoſtem in proximo eſſe nunciantes, multis ſpolijs onuſtum. Sub ortum ſolis, etiam hoſtes ſe oſtendunt, atque eminus & ipſi hoſtilia caſtra cernunt, ſplendore armorum coruſcantia. Quare preſſo gradu ad pugnam ſe parāt: ac primùm curribus in orbem circumpoſitis, captiuos in ijs vinctos collocant, vnà cum manubijs. Deinde puluere capitibus inſperſo, & manibus in cœlū ſublatis, arma corripuerunt. Iam Romanum etiam exercitum inſtructum contra ſeſe ire, & Philen à tergo & peditum & equitum copias regẽtem, & varia ratione ad pugnam extimulantem. Qui igitur in dextro cornu curabat, primus cum ſua cohorte in hoſtilem phalangem facto impetu, hoſtem ex equo deturbat, mox alterum. Deinde equo ſuo vulnerato, ex acie diſcedit: quod Romanam phalangem paulùm conturbauit, & hoſtes confirmauit, vt incondito clamore & vlulatu ad perſequendos Romanos ferrentur. Philes verò & equites & pedites, verbis & cohortationibus aciem obeundo confirmabat: ac multis hinc ipſe lachrymis diuinam opem implorabat, nè totum Romanum Imperium paulo momento funditùs euerti pateretur: inde captiui gementes & vlulantes, & feruentibus ſuſpirijs & fletibus Deum adiutorem expoſcebant. Tum igitur pedeſtres Romanorum copiæ Barbarorum pedites comminus aggreſsi, feriunt & feriuntur, cædunt, cæduntur: acriter vtrinque dimicatur. Equites verò Barbaricos Philes cum ferè omnes circumdediſſet, cum fortiſsimorum militum globo à latere totam hoſtium phalangem perrumpit, in eámque mediam irrumpit: itáque perturbat Barbaros, vt neque conſiſtere poſſent, nec quid agendum eſſet ſcirent. Sic vndique circumuenti & cæſi, plerique ceciderunt, paucis duntaxat equitibus elapſis: quos Romani equites vſque ad ingreſſum Cherſoneſi perſecuti ſunt, vt ibi tanquam concluſos facilè mactarent. Quò cum peruentum eſſet, & victoria & Imperatoria liberalitate læti, caſtra ponunt. Statim etiam quinque triremes Imperator miſit,

quæ

*Auxilia à Crale accerſuntur.*

*Philes Paleologus Turcicum ſibi bellum depoſcit.*

*Liberalis & pius dux.*

*Turcorū ad pugnā preparatio.*

*Acies Romanorum inclita Philis induſtria reſtituitur.*

*Romanorū victoria.*

*Auxilia Romanorum.*

quæ Helleſponti oram legentes caoerent, ne Chaleli auxilia à ſuis ſubmitterentur. Hoc rerũ ſtatu etiam Triballorum auxilia præſtò ſunt delectorum equitum duo millia. Adeſt & Latinorum, qui Galatæ erant, Poteſtas ad Helleſpontum, vltrò noſtris opem laturus, cum VIII triremibus & machinis bellicis. Cum igitur hinc Romanorum & Triballorum copiæ, inde ij qui in triremibus erant, pro nationum & tribuum ratione diſtincti aduenisſent, caſtra circum oppidum, & foſſas intra quas Barbari ſe continebãt, ponunt. Romani verò & Latini obſidionum & oppugnationem periti, omnis generis firmas machinas contra caſtellum diſponunt, quibus magnam ſaxorum vim eiaculantes, & Barbarorum & iumentorum magnam ſtragem edebant: idq; nec interdiu nec noctu intermittebant. Barbaris verò, quibus iam ante oculos mors erat, nec vllum effugium patebat, quòd vndiq; multis exercitibus cincti eſſent, diſcrimen vitæ adireviſum eſt, hoc modo. Noctu Romanorum potius quàm aliorum exercitum inuadendum eſſe ſtatuerunt, quem vincere hactenus conſuauiſſent, continentibus cladibus perterritum: vt per hos forſitan cæteris quoque perturbatis, morã aliquam oppugnationi producerent. Sed tum primùm ſenſerunt, ſe falſa de Romanis opinione imbutos eſſe, quos ne prima quidem illorum eruptio latuit, armatos & vigilantes, & per crebras excubiarum vices noctem tranſigentes. Quare inani impetu velut in fortem turrim facto, repulſi turpiſsimè receſſerunt. Nec tamen deterriti ſunt, quò minus graui obſidione premente, rurſus etiam Triballorum periculum facerent. Sed eodem modo ab illis etiam tractati, iam in extrema deſperatione verſabantur. Itaq; poſtridie ſub mediam noctem abiectis armis, ad triremes pleois finibus & ſaccis decurrunt. Latinis enim ſolis, quod nihil ab illis mali timebant, vt quos nec ipſi læſiſſent, ſalutem ſuam credebant. Sed cum ea nox nebuloſa eſſet, nec luna luceret, pleriq; imprudentes ad Romanos deuenerunt: ibiq;, dum fumum fugiunt, in ignem delapſi, erepta pecunia, ſtatim abſq; miſericordia trucidantur. Latini verò ſupplices ſuos non quidem omnes occiderunt, ſed eos tantum qui pecuniæ plurimum attulerunt, ne ea prodita à Romanis quæreretur. Cæteros tum in vinculis habuêre: deinde alios Imperatori attulerunt, alios inter ſeſe partiti ad ſeruitutem retinuerunt. Sed hæc quidem hactenus.

*Oppugnatio caſtelli Turcorum.*

*Turcorũ eruptiones.*

*Turci ad mare caeduntur.*

NIPHONIS E PATRIARCHICO
*ſolio deſcenſus.*

SEquenti anno etiam Niphon è patriarchica ſede, ob multiplicis & varij ſacrilegij & auaritiæ crimen, & quæſtus eo faſtigio indignos eijcitur. Is digreſſus, domicilium ſibi eam partem monaſterij Periblepti elegit, quæ mare ſpectat. Vno anno interiecto, in patriarchicum ſolium collocatur Ioannes Glycys, tũ Logotheta Dromi qui vxorem & filios & filias habebat. Erat iſte vir doctiſsimus, & Atticiſmi in pronũciando ſtudioſiſsimus: eámque dicendi formam tanquam diuinum aliquod exemplar obſeruabat: prudẽtia verò, conſilio, grauitate morum longè omnes ſuperabat. Quas ob res patriarchicam ſedem muneris loco accepit, vxore eius ſtatim monaſticum habitum induta: quem & ipſe reuerentis ſedis induiſſet, niſi illius conatui Imperator obſtetiſſet. Nam cum corruptus humor non ita multo antè certis anni interuallis articulos eius inuaſiſſet, grauiſsimè cruciabatur, & de ſententia medicorum ei carnibus veſcendũ erat, qua de cauſa monaſticus ei habitus non eſt conceſſus. Huius viri conſuetudine vſus & ipſe ſum, quoad potui & licuit, noctu atque interdiu ad vtilitatem meam & expoliendam linguam illius fruens ſermonibus. Eram enim eloquentiæ ſtudioſiſsimus, annum tum agens vigeſimum primum. Erat tum potens apud Imperatorem, ac rerum omnium moderator, Metochites Theodorus, Logotheta tum generalis. Sic autem ab Imperatore amabatur, tanti fiebat, vt nullum eius arcanũ ignoraret, omniaq; fierent quæ hic vellet, contraq; nihil quod nollet. Cuius filiam ſuo nepoti Ioanni, qui tum primùm ex ephebis exceſſerat, Porphirogeniti vnico filio deſpondit: quem, cum patre eius ſuperſtite illa odio aduerſaretur, eodem defuncto ad ſe recepit, & maximè dilexit, eiq; Panypercebaſti dignitatem decreuit quam illius amore longè anguſtiorem quàm prius fuerat, effecit, concreſsis veſtimentis, calceis, & equi ornamentis coloris lutei, vt inter Imparatoriam nobilitatem maximè illuſtris eſſet. Hunc igitur Imperatori, quem tam charum habebat, Logothetæ generum eſſe voluit, ob viri præſtantiam. nam proceritate corporis, & membrorum ac partium proportione, & oculorum hilaritate, omnium oculos in ſe conuertebat. Facundia porrò naturali, & tolerantia laborum, & memoriæ præſtantis, ſummum omnis eruditionis faſtigium conſcenderat. Si quid ex eo ſiue nouum, ſiue antiquũ quæreres, ita recenſebat: quaſi ex libro recitaret. Quare in ciua colloquijs parum aut nihil opus erat libris, erat enim viua bibliotheca, eorũ quæ ſcire velles oraculum. Tanto interuallo omnes eos ſuperabat, qui vnquam in ſtudijs verſati ſunt. Veruntamen in eo reprehendi queat, quòd ad nullius veteris oratoris imitationem ſtylum cõformauit, neq; grauitatem ſententiarũ ſuauitate dictionis contendire voluit, neq; ingenij vberitatem moderatus eſt: ſed ſuo quodam genere & genio delectatus, aures offendit, & veluti pungit, vt roſas carpentium ſpinæ digitos. Qua verò eloquentia fuerit, è plurimis & vtiliſsimis eius libris æſtimare licet. Iá quod cum primis in eo mireris, cũm tanta moles negociorum & curarum illi incumberet, nihil vnquam fuit quod eum à lectione & ſcriptione reuocaret: ſed ea dexteritate in vtriſque verſabatur, vt à mane vſq; ad veſperam in palatio Rempublicam adminiſtraret, tanta diligentia, tantoq; ſtudio, quaſi à literis prorſus alienus eſſet. Serò inde abiens, adeò totus in literis erat, quaſi ſcolaſticus eſſet, neq; cum Republica negocij quicquam haberet. Plura de hoc viro dicẽda haberemus, ſed in alium locum ea differenda

*Ioannes Glycys patriarcha.*

*Gregoras Glycys diſcipulus.*

*Metochites Theodorus.*

*Theodori Metochitæ dotes.*

*Metochites ingenio contentus, veterum imitationem neglexit.*

tenda

*Irenes Imperatricis obitus.*

rendæ ſunt. Cæterùm Irene Imperatrix, cum longo tempore, ob quas diximus cauſas, Theſſalonicæ verſata eſſet, Dramam oppidulum animi gratia ire voluit: quod prius etiam facere ſolita erat, cum diuturnæ manſionis Theſſalonicæ ſatietas eam cepiſſet. Quò cum perueniſſet, haud multo pòſt grauis eam febris inuaſit, & celeriter rebus humanis exemit. Deinde cum Cralæna etiam è Triballis ad matris exequias veniſſet, reliquiæ eius Conſtantinopolim in Pantocratoris monaſterium ſunt relatæ. Pecuniam verò ſuam maximam partim ipſa libertis ſuis dederat, partim ad farciendum maximum Dei Sapientię templum Imperator contulit. Audierat enim ex architectis, duas eius partes, Septentrionalē, & Orientalem, vetuſtate labaſcentes breui ruinam minitari, niſi maturè occurreretur. Quare multis aureorum millibus datis de Imperatricis pecunia, eas quas videmus pyramides ex altis fundamentis ad periculum illud propulſandum erexit. Hoc loco declarandi occaſio datur, quo animo in huiuſmodi rebus fuerit. Nam cæteri quidem Imperatores ad ſacras ædes extruendas ambitione quadam ſunt impulſi, quæ parum abeſt à vanitate & ſuperbia: quæ vbi eminent, actionis honeſtas vacillat, veluti pomorū elegantiam vermes contaminant. Andronicus verò ſatius eſſe iudicauit, iam extructas tueri & exornare, & contra pericula vetuſtatis munire: quàm eas collabi ſinere, & alias è fundamentis ad oſtentationem extruere. Illic enim non abeſt inuidiæ ſuſpicio, in ſtructuris veterum obolendis, vt eorum vnà quoq; memoria & fama aboleatur, recentes verò earumq; ſtructores celebrentur: hic verò grauitas & iudicium pollet, nullo prauo affectu deliteſcente, ſed conſcientia in Deum intenta. His igitur de cauſis Imperator vetera fana curabat & fulciebat: quamuis maiores ſumptus poſtularent, quàm extructio nouorum. Nos autem Aſiæ Europæq; oppidulis, quæ inſtaurauit, & è fundamentis erexit, omiſsis, ſolius Conſtantinopolis operum mentionem faciemus, quæ in hunc vſq; diem cura eius conſiſtunt. Sunt autē hæc. D. Eugenij iuxta portam maximum templum: Diui Pauli apoſtoli XII Apoſtolorum & Chriſti diſcipulorum: vrbis mœnia partim inſtaurata, partim de integrò ſtructa: deniq; maximum illud & celeberrimū diuinæ Sapientiæ templum, quod cum magis etiam exornare ſtatuiſſet, Imperij diuiſio & confuſio veluti ſubità tempeſtas obſtitit, de qua pòſt dicemus. Verùm illud penè me præteriſſet.

*Andronicus vetera templa inſtaurat.*

*Annus ab orbe condito 1826.*

Patriarcha Ioanne Glycy alterum annum ſacerdotio fungente (qui annos ab vrbe condito fuit ſexies mileſimus octingenteſimus vigeſimuſquintus) accidit, vt vehementi Borea ſpirante, crux è manu æneæ ſtatuæ, quę columnæ impoſita eſt (eam dico quæ in veſtibulo ædis maximę diuinæ Sapientiæ viſitur) elaberetur. eam quoq; ſumma feſtinatione reponendam curauit. Crebris igitur gradibus baſi columnæ circumdatis, cum fabri ad ipſam ſtatuam aſcendiſſent, omne ferrum quo equus illius vtrinq; fulciebatur, rubigine penitus conſumptum eſſe animaduertunt: vt periculum eſſet ne fulcris breui collapſis, etiam ſtatua (pulcherrimum Imperatricis vrbis ſpectaculum, & vnum è multis eiuſdem generis reliquum poſt euitatam & incendiorum ſtragem & Latinorum capacitatem) vna collaberetur. Ferramentis igitur melioribus & firmioribus ſuffultam, in tuto collocarūt. Deinde Imperatorium etiam inſigne capitis & globum manus, ampliore auro circumdederunt, & ſplēdidiora effecerunt. Columnam item totam à ſummo ad baſin vſque fractæ ſpeciem præ ſe ferentem, ob exemptos clauos, quos Latini vnà cum ære quo obtecta fuerat, abſtulerant, leui & firmo tectorio induxerunt: & quæ hiabant, omnia conſtrinxerunt, & conſolidarunt. Ego verò indignum ratus, cum hæc ſtatua tot caſus multis iam annis euaſiſſet, eam negligi, cum fabris aſcendi, & tam mirabile ſpectaculum curioſius perluſtraui, & ſingulatim omnia enumeraui. At longitudinem columnæ, quam facilè quiuis metiri ex vmbra poteſt, recenſere hoc loco ſupervacaneum eſſe duximus. Quæ verò nemo omnium ſcire poteſt, ea nos qui ipſi vidimus, explicabimus accuratè. Eſt igitur circuitus capitis ſtatuæ, orgya vna proceri viri. Tantundem etiam ab humeris eius vſque ad capitis Imperatorium inſigne. magnitudo cuiuſque manuum digiti, ſpithamæ: longitudo baſis pedum, quatuor ſpithamarum, vno triente minus. Longitudo crucis globo incumbentis, ſpithamæ quatuor: latitudo ſpithamę tres. Globi capacitas, menſuræ ciuiles tres. Ab equi pectore vſque ad caudā, orgyæ tres: eodemq; modo craſsitudo colli eius orgiæ tres ferè. à ſummo naſo vſque ad aures eius orgya vna. Cruris eius craſsitudo in orbem, ſpithamæ quinque. Operimentum eius eſt ſtellis nonnullis ſignatum, prætereáque folijs & ramis variatum, & perſimile nonnullis quæ è ſerica regione afferuntur.

*Nos vero hic eam metiri nō poſſumus.*

*Statuæ deſcriptio.*

## DE IVNIORIS ANDRONICI Imperatoris coniuge.

*Irene Alemania.*

*Michaelis Andronici F. obitus.*

SEquenti anno Imperator nepoti Andronico vxorem deſpondet Irenem ex Alemanis, ſiue ex Occidentali Gallia, vt vetere lingua dicitur. Poſtea Michael Imperator cum coniuge Maria Theſſalonicam abit, vbi anno exacto quemadmodum diſcedenti prædictum fuit mortem obijt. Qua de cauſa quamuis locum illum reformidaret, tamen ob Theſſalorum & Pelaſgorum tumultus, de quibus ſtatim dicemus, eò profectus eſt. Oraculum autem huiuſmodi fuit.

## DE ORACVLO.

IN Adrianopolitano palatio, ante fores, paulo ſuprà limen ſuperius, circulus depictus inuētus eſt, & iuxta circulum quatuor animalia depicta, Leo, pardalis, vulpes, lepus: & ſupra ea verſus fatidicus, qui ſignificaret, Imperatorem quendam è Palæologorum familia, vbi Theſſalonicam veniſſet, obiturum eſſe. Is circulus in altum longitudine duorum virorum à terra diſtabat.

bat, vt incredibile videretur ab homine depictum eſſe, cui occaſio non fuiſſet ſcalis appoſitis aſcendendi, & per ocium pingendi, cum & Imperator adeſſet, & plurimi atq; adeò innumeri & ingrederentur & egrederenrur. Proinde cum illa nemo mortalium pinxerit, ad illa recurrendum eſt quæ ſupra de huiuſmodi rebus copioſius expoſuimus. Sed ad Theſſaliam & res ibi geſtas conuertatur oratio, vt illis quoq; explicatis, ad maiora & grauiora commemoranda accedamus. Theſſalorum & Pelaſgorum principatum in Ioanne Duca deſiſſe diximus, qui vt & adoleſcens & corpore morbido, cum ijs de cauſis res ibi perperam geri videret, timebat ne quis procerum ſuorum tyrannidem inuaderet. Quamobrem per legatos impetrata Irene Imperatoris Andronici notha filia trieonioq; tantum cum ea exacto, decedit. Vnde quia nullus ſucceſſor aderat, diremptæ ſunt illæ prouinciæ & vrbes, quarum aliæ ad Imperatorem, vnà cum eius filia ſe conrulerunt, aliæ proceribus, paruerunt, quædam Catelanis è Bœotia incurſantibus ſeruierunt. Tum etiam crebræ à ſacroſancta ſynodo literæ ad Theſſalos, Phthioras & Pelaſgos miſſæ ſunt, quæ illos & officij monerent, & ij qui Imperatori non parérent neq; ſe cum Romano Imperio, vt cæteri (quemadmodum olim receptum fuiſſet) coniungerent, graues pœnas minitarentur. Verùm nihil illę profecerunt. Atq; hæc ad hunc modum ſe habuerunt.

*Theſſalia poſt Ioannis Ducæ obitum diſtracta.*

*Eccleſiaſticum fulmen in Theſſalos vibratum.*

## *NICEPHORI GREGORÆ hiſtoriæ Romanæ liber octauus.*

### CAPITA LIBRI VIII.

*De cauſis Imperatorum diſsidij.*
*Michaelis Imperatoris obitus.*
*De Latinorum Genuenſium ſeditione.*
*Ioannis patriarchæ reſignatio,*
*De Geraſimo patriarcha.*
*De Conſtantino Deſpota.*
*De altera cauſa diſsidij Imperatorum.*
*De tertia cauſa.*
*De Pyrgianne, & vt Imperatoris fugam promouerit,*
*De hinnitu equi S. Georgij in palatio.*
*Vt filia magnum Logothetam conſolata fuerit.*
*Conſilium ab autore Logotheta datum.*
*Imperatoris inquiſitio aduerſus iuniorem Imperatorem, nepotem ſuum.*
*De fuga Imperatoris iunioris Andronici.*
*Copioſior explicatio de Republica.*
*De iureiurando poſt diſsidium.*
*Logatio Imperatoris ad iuniorem Imperatorem.*
*Induciæ & primæ pactiones Imperatorum.*
*Narratio autoris de ſuis rebus.*
*Imperatoris laudatio.*
*De miris quorundam preſtigiatorum factis.*
*De Syrigannis fuga à iuniore Imperatore.*
*De altero iurgio Imperatorum.*
*De iunioris Imperatoris matre in carcerem coniecta.*
*De varijs & callidis conſilijs iunioris Imperatoris.*
*De Conſtantini Deſpotæ coercione, & iunioris Imperatoris erga ipſum humanitate.*
*De altera Imperatorum reconciliatione.*
*De Eſaia patriarcha.*
*De Syrgianne in carcerem coniecto.*
*De Paſchatis emendatione concilium.*
*De coronatione Imperatoris.*
*De Cralis affinitate.*
*De legatione ad Cralem miſſa, & quid in itinere acciderit.*
*De barberico telo, quo per Imperatoris vulneratus eſt.*
*De Manichæis, qui ad orthodoxam Eccleſiam redierunt.*
*De oſtentis, quæ vrbis expugnationem præceſſerant.*

NOuas res deſcribere ingreſſo, quædam repetenda ſunt, vt hiſtoriæ tam variæ ſeries conſeruetur: & minus moleſta ſit lectoribus oratio, ſi perſpicua fuerit. Michael Imperator ex Armeniaca Maria duas puellas ſuſcepit, Annam & Theodoram: quarum illa primùm Thomæ Epiri & Ætoliæ principi, pòſt Conio Thomæ huius nepoti & percuſſori nupſit: Theodoram verò Sphendoſthlabus Bulgarorũ princeps duxit. Totidem quoq; mares ex eâdẽ procreauit, Andronicum Imperatorem & Manuelem Deſpotam. Ex his Andronicum tanto amore proſecutus eſt auus Andronicus, ita eius aſpectu gauiſus, vt omnes & antè & pòſt natos filios filias, nepotes neptes, multo minoris faceret, omneſq; quàm hunc vnum perire mallet, ſi optio daretur, tum ob firmiorem Imperij ſucceſſionem, tum propter ingenij præſtantiam, tum propter vultus maieſtatem. Forſitan & ſimilitudo nominis aliquid ad beneuolentiá fecit. Quibus de cauſis eum apud ſe regia diſciplina inſtituendum, eiúſque conſpectu noctu atque interdiu fruendum eſſe, lætandumq; cenſuit. Cum autem iam adoleſcentiæ limen ingreſſus eſſet, quo tempore voluptatum ardor maximus exiſtere ſolet, omnis caſtigationis & modeſtiæ inimicus fuit in regia præſertim poteſtate, & flore adoleſcentiæ. Ad hæc, æquales eius omnium earum cupiditatum quas effreoes adoleſcentiæ libidines ferunt, miniſtros atq; autores ſeſe prebuerũt. Ac primùm ad deambulationes, ad venationes, ad ſpectacula educere illum cœperunt: deinde ad nocturnas vagationes, nõ ſatis dignas imperio. Quæ res cũ magnos ſumptus poſtularent: auus verò certam ſummam, eamq́ue frugalem, pro victu quotidiano numeraret: in amicitiam Latinorum præſertim diuitum, qui Galatę habitabãt, ſeſe inſinuat. Inde pecunia mutua, ęs alienum, inquiſito pecuniarum: inde conſilia & conatus clandeſtinæ fugæ. Nam cũ auum Andronicum diu viuere, eoq; defuncto patrem ſuum Michaelem ſucceſſurum eſſe cerneret: ſpem potiũdi Imperij abijciebat. Vnde ambitioſę cogitationes, & animi puſillitas, generoſum pectus lõgo tempore afflictantes, in talia illum conſilia impolerunt. Quõ enim auo tanquam pædagogo parẽre, & aliorũ voluntatibus ſeruire inſtar pueri nollet, Imperatoriam licentiam & copiá rerum requirebat, vt & ipſe, quod ſatis eſſet, haberet: & alios, vt Imperator miniſtros ſuos, re-

*Maria Michaelis Imperatoris filia.*

*Theodora.*

*Andronicus iunior anechatus.*

*Andronicus iunior æs alienũ luxu contrahit.*

*Andronicus iunior fugam parat.*

muneratı poſſet. Quod cum auo viuente, patréque rerum potiente non licere cerneret, aliarũ prouinciarum dominarum audiebat, nunc Armeniam maris cauſa ad ſe pertinentem, nunc Peloponeſum, nunc Leſbum & Lemnum, cæteraſq́. maria Ægæi inſulas ſomniabat. Quæ cum clanculum modò ad patrem, modò ad auum deferrentur: nunc ab hoc, nunc ab illo clàm impediebantur. Et vt plurima ſilentio tranſeam, noctu ad mulierem non ſanè ignobili familia ortá, meretricis verò præditam moribus, comeſſatũ ibat. Eam porrò quidam adoleſcens formoſiſsimus, & alter Adonis, mutuò deperibat. Vnde Imperator Andronicus æmulatione inflammatus, ſagittarios & gladiatores circa meretriculæ ædes in inſidijs collocat. Quodam autem tempore intempeſta nocte, Manuel Deſpota fratré Imperatorem quærens, caſu quodam illàc prætcrijt. quem cum Imperatorij ſpeculatores propetantem cernerent, nec per tenebras cognoſcerent, mulierculę amatorem eſſe rati, crebris telis impetunt. vnde ille ictu lethali accepto, ex equo delabitur: & concurſu militum facto agnitus, ſemianimis in palatium ægrè defertur. Quód factum manè cognitum Imperatorem ingenti triſticia affecit, non præſens modò tempus intuentem, ſed futura etiam prudenter conſiderantem. Cæterùm Manuele Deſpota ex eo vulnere defuncto, & fama ad Imperatorem Michaelem Theſſalonicæ tum degentem perlata, quid dicam? Tanta enim doloris acerbitate in varijs cogitationibus eſt commotus, vt graui morbo correptus, paulo pòſt è vita diſcederet. Senex autem Imperator Andronicus, eo mœrore, ea ſolitudine, confectus eſt, cuius vix exemplum reperiatur. Qua de re poſtea dicemus.

*Manuelis Deſpotæ fortuita cædes.*

## DE DISSIDIO LATINORVM.

*Genua.*

*Guelphi. Gibellini.*

HOc tempore ſeditio & tumultus non paruus apud Genuæ habitatores eſt exortus. Eſt autẽ Genua maritima Italiæ vrbs verſus Occidentem, intra Tyrrhenos & Alpes ſita: à duobus primùm cõdita populis qui Guelphi & Gebellini appellantur. quorum hi longo tẽpore & gloria & creandorum magiſtratuũ autoritate præſtiterũt. deinde mutata fortuna Guelphorum familia ſuperior euaſit, & omne illud ius ad ſe tranſtulit, altera familia in exilium acta ne recuperatis aliquando viribus, veterem ſibi dignitatem vendicaret. Quæ fama cum è metropoli ad Genuenſes vbiuis gentium habitantes perueniſſet, idem & illos facere coegit. Hinc pugnæ, & inteſtina Genuenſium bella vbiq;, Nam qui pulſi erant, conducto milite aduerſarios infeſtabant. Cum autem poſt Imperatricis exequias, Cralæna filia eius diutius Byzantij cõmorata eſſet: maritus eius legatos in vrbem mittit, qui Romanis prouincijs cladem minitarentur, niſi vxor quamprimùm ad ſe reuerteretur. Quare Imperator generi minis territus, cui propter militares copias, verba ad rem conferre promptum eſſet, filiam ſtatim ablegat, annũ ætatis alterum & vigeſimum tum agentem. Quæ verita, ne reuerſa à marito ſemper ſuſpicaci, tum verò ira etiam percito cæderetur: monaſticum habitum, quo tutior eſſet ab iniuria, induendũ eſſe cogitauit. Id verò, dum in vrbe verſabatur, facere noluit, ne patrem, quamuis conſcium, manifeſto crimine implicaret, & ad apertũ bellum illi faciendum Cralem concitaret. Quare vſq; ad Serras oppidulum priorem veſtium retinuit; atque ibi etiam dies complures commorata, clàm emptum à quodam cucullum noctu induit: in quo mane præter ſpem conſpecta, Triballos miniſtros ſuos haud mediocriter perturbauit adeò, vt ex neceſsitate & herili metu, aliquid grauius in eam conſulturi viderentur, aut cucullum laceraturi, & inuitam ad maritum reducturi: aut ipſam interfecturi, vt mortua quàm remotiſsima à marito, animum eius nullo mœrore ſauciaret. Sed Conſtantinus Deſpota frater eius vterinus (nam & ipſe aderat) intercesſit, fabulam illam Cralem ægrè laturum ratus: ac vi lacerato cucullo, ſolitis ornatus veſtibus Triballis eam reddit, quàm celerrimè domum reducendam, quantumuis inuitam & plorantem. Atque hæc ita ſe habuerunt.

*Cralæna inuita ad maritum redit.*

*Conſtantinus Deſpota.*

## PATRIARCHAE GLYCYS *reſignatio.*

AT patriarcha Ioannes ſpe recuperandę valetudinis abiecta, cum ſacra patriarchæ functio, magnas corporis vires poſtulet, contraq; magna tranquillitate ſit opus & ocio ægrotanti, animo etiam corporis doloribus diſtracto: vnde cum duæ res maximè inter ſe pugnantes exiſterent, quod nec quotidiana negocia commodè expediri, nec vulgi conuicia reprimi poſſent: in medio negociorum veluti curſu fatigatus, ocio ſuo conſulere, atq; è medio ſecedere ſtatuit. Quibus de cauſis Imperator annuit, eiq; Cyriotiſſæ monaſterium, in quo habitaret, aſsignauit: in quod ſe quarto anno patriarchatus contulit. vbi valetudinem, vt licuit, curauit, mortem propter manus & pedes reſolutos indies timens. Quare contra morem aliorũ, quippe vir minimè auarus, non magnas opes è patriarchatu ſecum abſtulit: ſed paruam pecuniam, quam in monaſterij conſeruationem impendit: neq;, cuius ſtylum valde probabat, ſecerſito, teſtamentum condidit.

## PATRIARCHAE IM*poſitum.*

*Vitæ fragilitas conſideranda.*

CVm omnes mortales mortis meminiſſe decet, ac ſobrijs oculis rerũ humanarum vmbram intueri conſiderantes, vt alium ſubitò terra operuerit, priuſquam res ſuas ordinare ex ſententia, & calamitatis inſidias perſpicere poſſet: alium quotidie quaſi cum ſole exoriente, & in theatro vitæ, infinita ſpe plenum obambulantẽ, in meridiana luce, tenebrarum & obliuionis ſubire ſpecum, ſæpe in flore ætatis, & ſumma vitæ hilaritate & ſecuritate coegerit: quãto magis ijs hoc faciendum eſt, qui ob vitioſam & perturbatam

*Morbidi.* tàm matetiam morbis conflictantut, qui multi & varij vitam inſeſtant, & elementorum compagem diſſoluunt? Hi enim tannım non altera manu ſores mortis pulſant: abiectaq; vitæ ſpe, oculos in ſepulchri cauernas intendunt. His in primis expedit, animi curam ſuſcipere: qui cum ſit immortalis, immortalem etiam curam deſiderat: ne ſotè duplicem ſibi mortem accetſant, & corpoıum & animorum. Mihi verò tanto magis hoc, quàm alijs omnibus, ſaciendum eſt, quanto grauiore morbo totum ſerè corpus meum eſt conſumprum.

*Animo cõſulendum.*

*Querela de morbo & laboribus ſuis.*

Nam cum iam olim me tota vi opptesſerit, à me recedere recuſat, ſed perperuò in penetralibus meis habitat, quaſi domum ſuam occupaſſet, nec vnquam corporis mei ſuccum hirundinis in motem exugere deſiſtit, & rem familiarem meam paulatim ambabus manibus in ſinum medicorum, veluti marſupium ſuum exhanrit. Cum autem noſter aduerſus illum conatus inanis & irritus ſuerit, quid vitæ meæ aduerſitares tam Imperatorijs quàm domeſticis in rebus commemorem? Sic enim accidit, vt nuper ſcolam egreſſus adoleſcens adhuc in aulam receptua, à ſummis Imperatoribus honoribus afficerer non minimis, & vt cætera taceamus, deinde patriarchicum quoque ſolium nos & inuitos & volentes recepit: inuitos quidem, ob infirmitaris onus penè intolerabile: volentes, ob expectationem ſanitatis.

*Inanis ſpes ſanitatis.*

Cuius ſpes indies mihi blandiens, momento omnia ſuggerebat & vetera & recentia diuini ſpiritus miracula. quorum de numeto meam quoque reſtiturionem, Domino impoſitionem manuum & pontificiam vnctionem clementer intuente, ſore exiſtimabam. Cum autem à ſenatorijs muneribus ad hunc modum patriarchico ſolio conſcenſo, ijſdem moıbi cruciatibus cõflictaremut, neq; vllum vſquam remedium oſtendererur: iudicium diuinum, quo in mortem impelleremur, & mediocrem peccatorum non mediocrium caſtigarionem eſſe intelleximus. Vnde ſpes ſanitatis irrita prorſus euanuit, mortis autem inſtantis expectatio confirmata eſt. Quid enim aliud cngitarem, cum omnem ſerè carnis humorem effluxiſſe viderem: medici verò, prærer inane nomen, nihil (quod ad me quidem artinet) à vulgo differrent? Itaq; turbis negociorum amotis, & malarum linguarum conuicijs euitatis: hic vitæ teliquum exigendum eſſe iudicaui.

## DE GERASIMO
*patriarcha.*

SEd hæc quilibet alibi dilucidius explicata cognoſcar licet: nos verò cætera perſequamut. Hoc tempore in patriarchicum ſolium ſuccedit ſacerdos monachus è Mangonio monaſterio Geraſimus, vir canus ille quidem, ſed ſimplici ingenio, & præ ſenio ſurdaſter, qui græcas literas extremo digito nunquam attigit: verùm ob inſcitiam & ſimplicitatem ad Imperatoria obſequia aptiſsimus. Hac enim de cauſa tales ab Imperatoribus deliguntut, vt dicto audientes eis ſint, tanquam mancipia, & nullo ipſis verbo refragentur. Atq; hæc hactenus: cætera pòſt ſuo loco referentur.

*Patriarchæ ſimplices Imperatoribus grati.*

## DE CONSTANTINO
*Deſpota.*

COnſtantinus autem Deſpota, è priore coniuge Hungarica natus Imperarori Andronico, virginem vxorem habuit. Muzalonia Protoueſtiarij filiam quæ cum diu nupta illi fuiſſet, ſine liberis deceſsit.

*Conſtantini Deſpotæ coniugia & amores.*

Cum autem ancillã formoſam haberet nomine Catharam, clàm ex ea filium genuit Deſpotes, quem Michaelem Catharum appellauit: ac primùm ita exoſum habuit, vt nec aſpicere illum vellet, ſed quàm longiſsimè abeſſe iuberet. In cauſa hoc erat, quòd alterius vehementior & potentior amor, Catharæ quoque matris eius amorem depulerat. Nã cum à patre Macedoniæ, & ipſi quoque Theſſalonicæ præpoſitus eſſet, atque in ea vrbe plerunque ageret, mulieris cuiuſdam illuſtris amore captus eſt, Erat ea Neocæſaritæ Protoſecretarij filia Conſtantini Palæologi vxor: ita verò & elegantia formæ, & facundiæ ſuauitate & morum comitate excellebat, vt non modò aſpectu ſuo, ſed ſola etiam ſama ineuitabili amore homines irretiret.

*Michael Catharus.*

*Conſtantini Palæologi vxor.*

Tanta enim naturæ fuit erga eam liberalitas, vt vultus in ea venuſtatem cum acumine ingenij coniungeret: addita etiam dicẽdi vi & vocis ſuauitate. Erat & humanioribus literis erudita: & per occaſionem varia, quæ tam ipſa legerat, quàm ex alijs audierat, facilè proſerebat, vt altera Theano Pythagorica & Hyparia ab eruditis appellaretur. His omnibus Cõſtantinus, vt diximus, victus eſt, vt eius pudicitiam tentarer, & clandeſtinum eius concubitum peteret. Ipſa verò, ſiue mariti metu, ſiue facinoris odio refragante: ille, quò minus illa aſſentiebatur, eo magis incendebatur: eiuſq; animum, vt Plato ait, in alieno degere corpore cerneres. Cũ autem aliquanto pòſt maritus eius deceſsiſſet, iam vehementius rem vrgebat Deſpotes, omnemq; mouebat lapidem vt illam, vxorem duceret. Quo facto, omnium aliarum mulierum & amorum oblitus, ipſiuſq; filij Michaelis Cathari, quem ex ancilla Cathara ſuſceperat, vnius Eudociæ Palæologinæ amoribus vacabat.

*Eudocia Palæologina Conſtantino Deſpotæ nubit.*

Eũ Michaelem Catharum annum ætaris xv iam agentem, ſenior Imperator Andronicus accerſitum, inter aulica miniſteria aſſumit: primùm ne ab omnibus neglectus fame periret: deinde fortaſſe, vt ſanguine Imperatorio ortus, affinitate cũ aliquo ex finitimis hoſtibus iungererur, pacẽmque conciliaret, & Romanos Romanâmque rem adiuuaret.

*Michael Catharus auo charus.*

Cum autem in palatio verſaretur, breui tempore Imperatoris animum ita ſibi conciliauit, vt & ipſi Imperatoris filij ei inuiderent: Andronicus verò iunior Imperator iraſceretur moleſteq; ferret, inſignem illum ſui amorem apud auum langueſcere, erga nouitium verò illum & ſubditum continenter creſcere. * prudenriam. Annum iam autem quintũ & viceſimum agens, ab Imperatore dux & gubernator prouinciæ cuiuſdam Macedoniæ, quæ Illyrios potiſsimũ vicinos habet, àblegatur. Et quia liberaliſsimus erat, nihilq; priuati poſsidebat, nec plus ſibi vendicabat quàm quiuis ſatellitum

*Præfectus Macedoniæ.*

& commilitonum ſuorum: ſic animos omnium ſibi deuinxit, vt pro illo mortem opperere, mallent, quàm ſine illo lucem intueri. Ad hæc in rebus dubijs ac penè deploratis præſentiſsimo erat cõſilio, & è ſummis difficultatibus mira ſolertia ſeſe explicabat: nec illi, cũ res poſtularet, audacia deerat, vt omnes magnitudinem ingenij eius admirarentur. Vnus tantum veluti morbus aut næuus actiones eius deformabat, non ſecus ac ſi formoſum ac robuſtum corpus oculis ereptis inutile reddas, ac moleſtum. Nam primùm ruptis fœderibus, finitimis Triballis, Ætolis & Acarnanibus negocia faceſſebat. Deinde illinc digreſſos, vt mox dicetur, Imperatores eorumq; res turbabat, ſibiq; malum exitum præparabat. Eum enim magiſtratũ, ſibi ademptum, largitione corruptis ijs qui apud Imperatorem multum poterant recuperauit, Pincernæ etiam dignitate adiecta: & defectionem, quam parturiebat, paulo pòſt illuc profectus detexit. Compertum enim eſt: eum prouinciam ſibi vendicate, & clanculum Imperatoriæ poteſtati ſubtrahere. Quare dolo à Monomacho myſtico capitur: & qui ipſe ad Macedoniæ partem gubernandam miſſus, eum propter viciniratem crebrò Syrgiannem adiret, & arcana eius indagaret, & per amicitiæ ſpeciem alios atque alios dolos necteret, denique dolo comprehenſum illum in vinculis ad Imperatorem miſit. Ob quod crimen diu in carcere manſit: è quo vix tandem matris precibus, Imperatori ſupplicãtis, & quid uis ſpondentis, euaſit: nec prius tamẽ, quàm Imperatori iuſiurãdum ſcriptum, coram ſacroſancta imagine caſtiſsimæ Dei genitricis Hodegetriæ, quam viæ mõſtratricem aut ductricem appellare liceat, dediſſet, ſe illius iuſsis nunquã aduerſaturũ eſſe. Sic omni ſuſpicione liberato, cõ benemerito optimè velle crederetur, etiam arcana credebantur: & inter cætera illud etiam, vt clanculum circuiret, & iuniorem Imperatorem Andronicum adiret, obſeruaretque, ne clàm (vt ſuprà diximus) fugam moliretur. At ille, ſi quid vulgi opinionibus credẽdum eſt, homo ſemper ambitioſus, cũ ingenij ſui declarandi hactenus defuiſſet occaſio, tum illam accipiendam eſſe ratus eſt, vt Imperatoribus inter ſe commiſsis, & rebus Romanorum perturbatis, ipſe Imperium occuparet, aut ſaltem partẽ ipſius ſibi vendicaret. Quare iuniori Andronico omne aui conſiliũ aperuit. Me, inquit, Imperator veluti ſagacẽ canem tuas cogitationes odorari iuſsit: & cũ ille tibi laqueos & vincula paret, tu ignarus puerilia conſilia agitas? Quid enim tibi profuerit, clàm peregrè abire, vbi aliena quadra (quod aiunt) viuendum eſt, ſi res optimè cadat: & non illud accidat, vt ab hoſpitibus aut trucideris aut in Imperatoris aui caſſes incidas? Quòd ſi iſtis cogitationibus omiſſis, cõſilio meo parère volueris, viam tibi compendiariam monſtrabo, qua primo quoq; tempore, citra vllum laborem Romanis ſceptris potiaris. Cuius rei vnã hanc rationem video, vt Byzantio relicto, in Thracias vrbes & prouincias excurras. Nam cum & humanum ingenium nouis rebus gaudeat, & miſeri Thraces crebris exactionibus vexentur: ſi leuationem onerum & libertatem proclamaris, vltrò omnes quò volueris te ſequẽtur, aui tui diuturno iugo & quaſi Tantalio ſaxo facilè excuſſo. Hoc conſilium tibi ſi placet, ego huius negocij dux & autor ero, & omne certamen facilè conficiam: modò & ipſe mihi pollicearis, & fidem firmes te pro dignitate labores meos remuneraturum. Quæ verò iſta præmia, ſunt, illuſtres dignitates, multa prædia, quæ magnos annuos reditus afferẽt, prætereáq;, ne quiſquam autoritate apud te mihi præferatur, nec à te quicquam niſi me cõſcio nouarum rerum ſuſcipiatur. Vides enim vt vltrò ſim calamitatum tuarum particeps, & periculorum nulla cogente neceſsitate ſocius, poſthabita charitati tuæ etiam iuſiurandi religione. Quòd ſi fortunę incõſtantia mali aliquid capiti meo machinabitur, id alacriter eſſe ferendum ipſe mihi imperaui. Quibus cõſideratis, & tu non grauatim meis petitionibus annuito, ſi ſaluus eſſe vis. Cum autem hic temporis articulus moram deliberationis nõ admittat, ſed procraſtinantibus extremum diſcrimen impẽdeat: age, cũ alijs etiam hoc conſilium cõmunicemus qui ob Imperatoris odium neq; nos, neq; arcana hæc proditurі ſunt, & inſtitutum noſtrũ plurimùm adiuturi. His dictis Imperator, poſtulatis eius iureiurando ſcripto annuit: adſunt etiam arcanorum futuri conſcij, Ioannes Cantacuzenus, Theodorus Synadenus, ille tum Magni Papiæ cognomento illuſtris, hic Domeſtici menſæ Imperatorię: & tertius, Alexius Apocaucus, Domeſticus & ipſe occidentalium prouinciarũ, & ſalinis præfectus. Is tametſi non admodum nobilis, vir tamen prudens & callidus erat, & peraſtutus: illi verò ambo Imperatoris cognati. verùm Cantacuzenus etiam æqualis & amiciſsimus ab ineunte ętate Imperatori Andronico, & ob animi candorem, & ſermonum veritatem & morũ commoditatem chariſsimus: Synadenus verò eodem modo patricius Michaeli Imperatori coniunctus fuerat. Qui re intellecta non miniſtros, ſed duces etiam conſiliorũ ſeſe præbuerunt, & oleum camino (quod aiunt) addiderũt. Ea cõſpiratione ſanctiſsimo iureiurando & maximis pollicitationibus vtrinq; firmata & ſancita, rem aggrediuntur: ac principiò Syrgiannes & Cantacuzenus, pecunia data proceribus aulicis procuratione Thracenſium vrbium & prouinciarum redemerunt: alter mediterraneorum & oræ maritimæ vſq; ad ſummam Rodopen: Cãtacuzenus verò exiguæ partis mediterraneorũ, quæ Oroſtiadi adiacent. Deinde copias contrahunt, arma parant, & nouos milites colligũt, aduenas nonnullos, & alios qui ob egeſtatẽ neq; militabant, nec quicquam rei gerebant. Ad hęc familiariſsimos ſuos & fideliſsimos cuſtodię ciuitatum præponebant: eos verò qui aduerſaturi videbantur, alios alijs de cauſis vrbe eijciebant. Ea verò faciebant, nunc impreſsionem Scytharum Danubium accolentium, nunc Turcicæ claſsis ex Aſia aduentum proclamantes, vt hoc prætextu & ſuſpicionem vitarent, & ob prouidentiam ac ſtudium ab Imperatore laudarẽtur.

*Syrgiannes fœdifragus ac perfidus.*

*Syrgiannes duos Imperatores committit.*

*Ioannes Cantacuzenus.*

*Theodorus Synadenus.*

*Alexius Apocaucus.*

*Andronicus iunior Thraciam occupat.*

224

Ac Syrgiannes hæc clàm inſtruebat, & iuniori
Imperatori ſubinde, & quid actum, & quid adē-
dum eſſet, nunciabat. Imperator autem cùm ne-
potem cerneret ſua monita negligere & con-
temnere, & ſolitæ leuitati morum inſiſtere: de-
creuit eum coram patriarcha & patribus con-
ſcriptis in primis obiurgatum & conuictum, in
carcerem conijcere. Cæterùm id eius propoſi-
*Bachanalium licentia.* tum, Logotheta generalis Theodorus Meto-
chita tum inhibuit, ob dierum illorum licētiam
irritum fore illud coniectans. Carniſpriuium
enim inſtabat, cum lautioribus conuiuijs, & po-
culis dediti mortales, & vini intemperantia fa-
cilius ab ſeditiones concitantur. Quare metu-
endum eſſe, ne inanis labor caperetur, & fortu-
nę temeritas conſilium in diuerſum mutaret. Ac
Logotheta generalis modò, ædificationē Cho-
ræ monaſterij & exornationem abſoluerat, in
quo totas aliquando noctes cum monachis, ſa-
cris operari gaudebat. Primo autem quadrage-
ſimæ ſabbatho, cum poſtridie orthodoxorum
Imperatorum & patriarcharum memoria pro-
clamanda eſſet, tum quoque is à veſpera ad no-
*Equi picti hinnitus.* cturna ſacra illa de more acceſsit. Tum ſub me-
diam noctem me aſtante, & doxologiam au-
diente, quidam ab Imperatore adeſt, nouum illi
nuncium apportans, & eius ſententiam exqui-
rens. Modò enim, inquit, cum Imperatorij bi-
penniferi & milites & enſiferi cubitum ituri eſ-
ſent, tantus ſubitò hinnitus circa palatium ex-
auditus eſt, vt omnes percellerentur. Intempe-
ſta enim nocte, cum neq; Imperatorij neq; ſena-
torij equi, nec in ipſo palatio, nec ante fores eſ-
ſent, improuiſa res animos audientium pertur-
bauit, & alij alios quid rei eſſent interrogarunt.
Eo tumultu nondum ſedato, alter hinnitus
priore maior exauditus eſt, ab ipſo etiam Impe-
ratore: qui miſſo miniſtro, vnde is eſſet, quæſi-
uit: ſed nihil audiuit aliud, niſi ab equo in quo-
dam palatij pariete, ante victricis Deiparæ ſa-
cellum, quem Paulus olim præſtantiſsimus pi-
ctor effinxiſſet, D. Georgium Chriſti martyrem
pulcherrimè ſuſtinentem, eſſe editum. Ad hæc
Logotheta iocatus, vt ſolebat ad Imperatoris in
terrogationes: Gratulor tibi, inquit Imperator,
futuros triumphos. Monſtroſum enim iſtius e-
qui hinnitum nihil aliud indicare reor, niſi tuā
aduerſus Agarenos Aſiam noſtram populantes
expeditionē. Quibus Imperator auditis, alio a-
doleſcente ad eū miſſo. Tu quidem, inquit, iſto
reſponſo, ſiue, vt ſoles, mei exhilarandi gratia, ſi-
ue alia de cauſa dato, rem ignorare videris. Ego
autem quid verū eſſe cenſeam, tibi dicam. Nam
vt patres noſtri nobis tradiderūt, equus iſte aliàs
etiam ad eundem modum hinnijt, cum Baldui-
nus Latinorum princeps à patre noſtro pulſus,
vrbem amiſſurus eſſet. Quo monſtro cum & ille
diu, vt ominoſo, terreretur: tandem, nec multo
pòſt, euentum ipſe expertus eſt, cum vrbem à
Romanis vaſtari cerneret. Logotheta verò, cum
quid reſponderet, non haberet, adoleſcentem a-
bire iuſsit: ſe poſtridie Imperatori reſponſurum.
*Columnæ agitatio.* Præterea columna quæ ante Orientalem arcem
ſtat, in qua Byzantis conditoris vrbis imaginem
olim fuiſſe fama eſt, ante multos dies & ipſa cō-
moueri cœpit: quæ agitatio per dies complures
durauit, omnibus ad ſpectaculum concurrenti-
bus. Poſtridie, cum Logotheta ad Imperatorem
veniſſet, tum quidem quid collocuti fuerint, ne-
mo omnium ſciuit: pòſt tamen ex indicijs qui-
buſdam conijcere licuit, eos ſatidicos quoſdam
libros inſpexiſſe, quibus futura quædam incer-
to autore obſcurè & per ambages exponerētur. *E themate aſtrologico coniectura de ſeditione.*
Deinde figura aſtrologica delineata, qua poſitus
ſiderum & prænotiones futurorum indagātur,
hoſtium aduentum & Reipublicæ confuſionem
coniecerunt, & qualecunq; Imperatorij princi-
patus diſcrimen. Neq; enim animaduertebant,
iuniorem Imperatorem Andronicum id eſſe fa-
cturum (Deo talia modis ineffabilibus occultan
te:) vnde magnopere territi & perturbati ſunt.
Nam Logotheta è palatio plenus cogitationum *Metochitæ mœſtitia.*
domum reuerſus, longo tempore tacitus ſedit,
nemini vllum verbum loquens: ſed futurarum
rerum cogitationibus intentus, planè muto &
ſurdo ſimilis: idq; vxore cum filia Panyperſebe-
ſta & filijs de more aſsidentibus, & hilarè ac iu-
cundum eius colloquium expectantibus. Tan-
dem coacta vxor, ipſa quidem minimè diſerta,
filiæ Panyperſebaſtæ innuit, vt aliquid opportu-
ni loqueretur. nam erat illa quidem ætate ado-
leſcentula, ſed peringenioſa: & ea lingua prædi-
ta, quæ Platonem aut Pythagoram, aut eiuſmo-
di viros ſapientes magis quam ipſam deceret.
Tum autem patrem intuens, ſic exorſa eſt.

## FILIAE MAGNI LOGOTHETAE
*prudens oratio.*

AVdaciæ forſan & temeritatis eſſe videa-
tur, patet me filiam adoleſcentulā te affa-
ri, & impoſita lingua excellenti tuæ perfectæq;
ſapientiæ obſtrepere. Sed cum & mater horte-
tur, & tempus poſtulet, dicam vt potero. Cur tā-
dem ſapientiſsime omnium, tamdiu tacitus ſe-
des, teq; ipſum excrucias, & mœrore cōficis: nec
quid te angat, nobis exponis, vt dolorem tuum,
parte eius in nos recepta, leuemus? Nam & per-
turbatio vultus tui, & linguæ ſilentium, ſatis de-
clarant, quanto in mœrore ſis, omnem animi hi-
laritatem & tranquillitatem adimente. Vt autē *Silentium.*
oleum, cera, & id genus alia flammam alunt,
ita ſilentium dolorem auget. Quare tu, ne af-
fectus iſte tempore confirmatus, inexpectatum
damnum apportet: per Deum exurge, & ani-
mum recipe. Neque enim tuum eſt, philoſo-
phiæ nobilitatem ad tantam humilitatem de-
ijcere, illiúſque maieſtatem intempeſtiuis do- *Dolor.*
loris maculis aſpergere: cuius ea natura eſt, vt
continuatione ſilentij multiplicetur. Subinde
enim vlceris inſtar interiora inuadens, nō prius
illa depaſcere deſinit, quàm ad ipſas medullas
penetrarit, & principales animi partes abſum-
pſerit. Quod ſi arcani aliquid eſt, alijs arcānum
eſto: nobis verò tuis haudquaquam. His & plu-
ribus huiuſmodi verbis generoſa illa filia patris
dolorem nonnihil leuauit, vt Iobi verba parum
immutata proferret: Pereant, inquit, dies illi in

quibus vxorem duxi, & liberos ſuſcepi: qui ſi non eſſent, facilimè rebus meis conſuluiſſem. Nunc verò tanta curarum turba incumbente, ignoro qua ratione inſtantem iam haud ſcio vnde malorum molem effugiam. Imminet enim grauis hoſtium impreſsio nobis, hoſtium neſcio quotum, ſiue terra ſiue mari aduentantium, qui grauiſsimas nobis clades importabunt. His dictis rurſus conticuit, cogitationibus illis mente propemodum alienata: & ſui ac linguæ oblitus ſurrexit, ſéque in lectulum contulit, ac obdormiuit, ſed diu dormire haud potuit. Ego verò poſtridie de more ad eum ingreſſus, omnis cognoui. Nam poſteaquam in recens ædificato à ſe Choræ monaſterio me collocaret, maximi fecit, & penè germani filij loco dilexit: adeò vt aſtronomicam diſciplinam, quam ſolus eo tempore perfectiſsimè norat, mihi traderet, nec tantas opes inuideret: & ſæpe apud Imperatorem & proceres gloriaretur, me à ſe hæredem doctrinæ ſuæ inſtitutum eſſe. Idque euidentius in ſuis ad me epiſtolis, & verſibus quos in exilio fecit, declarauit: de quo paulo pòſt dilucidius dicetur. His igitur de cauſis, cum viro multum deberem, gratiam ei retuli, quam potui. Nam crebro eum acceſsi, non colloquendi tantum, ſed etiam officioſi miniſterij cauſa. Docebam enim & filium eius, & quam dixi filiam, & profanarum & ſacrarum literarum obſcuris locis declarandis. Erat enim mulier & magno prædita ingenio, & diſcendi cupida, quorum alterum naturæ, alterum animi donum eſt. Illis verò auditis, quamuis præ timore penè exanimatus: non tamen tacendum eſſe exiſtimaui, ſed in hanc ſententiam illum ſum allocutus.

*Metochita male ſibi ominatur.*

*Gregoras Metochitæ charus.*

### CONSILIVM AB AVTORE
*Logothetæ datum.*

ALois fortaſſe, qui animos philoſophicis rationibus non firmarunt, ſuccumbere aduerſis rebus, nō mirum fuerit. Te verò, cuius tantum animi robur eſſe oportebat, vt alijs exemplo eſſes, eodem modo quo cæteros affici, ſumme vir, laudare haud poſſum. Quod ſi manifeſtis & præſentibus in rebus, forti eſſe animo philoſophum oportet, quid de ijs dicemus quę nondum adſunt, ſed euentu adhuc incerto deliteſcunt? Multa perficit Deus inexpectata: quæ
„ expectabantur, fruſtrata ſunt: quæ verò nemo
„ expectabat, eorum exitum reperit Deus. Nam
„ futurarum rerū prædictiones, ſiue per ſomnia, ſiue alijs ſexcentis, vt ſcimus, rationibus ſignificentur, multa caligine inuolutæ, multos ab officio depulerunt, & in errorem induxerunt, alijs felicem præter ſpem exitum adeptis, alijs diuerſum. Noſti enim cum alia, tum, vt Alexandrū ad oppugnationem Tyri abeuntem, coruus deiecto in caput oſſe perculerit: quod aruſpices malum omen interpretati, cœptis deſiſtendum eſſe monebant. Ille verò abijt, & laboribus exantlatis vrbem expugnauit. Græci olim cum à Perſia inuaderentur, in fundum maris ſe cum ipſis nauibus ante Salaminem demerſum iri putantes præter omnem ſpem victores, totos libros ſuis triumphis referſerunt. Crœſus Lydus ſe Halym fluuium tranſgreſſum, magnum Cyri imperium euerſurum eſſe ſperauit: ſed & ſuum regnū amiſit. Romani olim cum Italiam ab Hannibale incendijs vaſtari, & ipſius vrbis excidium modò non ante oculos cernerent, maximæ partis orbis terrarum Domini euaſerunt. Auguſtus, alter à Cæſare Romæ rerum potitus, cum ab Antonio & Cleopatra, magnis exercitibus terra marique peteretur, deſperata vita, & hoſtes præter ſpem vicit, & illorum principatum etiam occupauit, Lybiam inquam & Aſiam. Et quid opus eſt ſacras prouidentiæ rationes recenſere, quæ res noſtras gubernans, eo fine concludere ſolet, quem ignoramus? nunc ſperato, nunc inſperato: & nunc cum appendice, nunc ſine adiectione: non ſecus ac ſi quis Piræeo egreſſus, Ægæū mare traijcere inſtituat, Septentrionum verò vi, in Cretam & Sardiniam præter expectationem deferatur. Nam tali inconſtantia & terræ & maria perpetuò concutiuntur. Quamobrem ibi forſitan etiam deteriora metuenti, meliora contingent: & iſtius triſticiæ ſementis, vrbem læticiæ meſſem producet. Futura enim in æquilibrio quodam collocanda ſunt, nec in iucunda, nec in triſtitia nimis inclinante animo. Deinde Poeta ſapientiſsimus Euripides pronunciat, eandem orationem ab obſcuro aut nobili habitam, non idē autoritatis habere. Omnes enim omnia dicendo, vix vnum atq; alterum commoueant. Tu verò, vt arcanorum Imperatoris conſcius, ſimulque doctiſsimus aſtronomus, omnium animos in extremā deſperationē demergere queas. Proinde ſi non tua, at aliorum cauſa, & linguam tuā & te totum, ad hilariorem habitum conformato. Imitare ſolertes gubernatores, qui & aduentantibus & iā vrgentibus periculis triſtitiam diſſimulant. Nam cum ſciant ſpem ſalutis vectorum omnium à ſuis pendere labris, eos in ſpem bonam erigunt & confirmant: quamuis ſæpe & mare fundo exæſtuet imo, & præruptus aquæ mons ſupra caput aſtet, & imber violentus è nubibus erumpat, & diſcrimen ante oculos verſetur. Hæc cum dixiſſemus, virum mitigauimus, vt mœrore illo, quatenus licebat, remiſſo, rurſus omnibus iucundum & hilarem ſe præberet, atque affabilem. Sexta porrò hebdomade ſanctæ quadrageſimæ, Imperator Geraſimo patriarcha & alijs pontificibus, qui in vrbe erant accerſitis, nepotem adducit, palàm obiurgaturus: & moniturus, vt fugæ conſilia mutaret, quò coram tantis teſtibus pudefactus, aut in officio eſſet, aut nō ſine cauſa probabili mulctatus videretur. Ingreſſus igitur eſt iunior Andronicus, adductis ſecum nonnullis, qui occulta arma, & pugiones gerebant nec ipſe planè inermis. Conuenerat enim inter eos, ſi auus paternis & lenibus admonitionibus erga ipſum vteretur, ne ſe quidem aliquid cōfidentius aut audacius præ ſe laturos, ſed omnino quieturos: ſin verò iratus ſupplicium minitaretur, impetu facto in ipſo Imperatorio ſolio illum occiſuros, & in ſolum iuniorem Andronicum,

*Philoſophica conſtantia.*

*Futura incerta.*

*Græcorū metus.*

*Crœſi fruſtratio.*

*Romanorum victoria.*

*Auguſtus.*

*Prouidentiæ conſilia hominibus ignota.*

*Triſtitia magno viro diſſimulanda.*

*Gubernatorū prudentia.*

*Andronicus ſenior nepotem monet.*

*Andronicus iunior armatus in cōcilio.*

cum, omnem Imperij autoritatem collaturos. Ingreſſus igitur, iuxta auum in conſueto ſolio conſedit, factione illa ad Imperatoriam aulam relicta. Cùm autem admonitio & caſtigatio, à patria cura & ſolicitudine proficiſci videretur, nihil tum inſolantius actum eſt, ſed concilium pacatè & tranquillè dimiſſum: iureiurando vltrò citroq; dato, ab auo, ſe nemini relicturũ Imperium niſi nepoti: à nepote, ſe neque vitæ, neque imperio aui, vllas inſidias comparaturum.

*Andronicus iunior à ſua factione peierare cogitur.*

Cæterùm iuniorem Andronicum egreſſum con iurati circumſtantes, indignabantur, & in eum vociferabantur vt qui ſanctiſsimum iuſiurandum violaſſet, & fidem fregiſſet. Quid enim, inquiunt, ad iſtius iniuriæ magnitudinem accedere queat, cùm tum tu per nos formidabilis & inuictus, omnia ex animi ſententia facilè confeceris, ſi nos iugulãdos in orci faucibus deſeruaris? His & huiuſmodi geſtibus & vocibus fractus & pudefactus, magnum Logothetam ad ſe venire iuſsit: ab eoq; petijt, vt apud auum efficeret, vt ſuæ factioni impunitatem iureiurando daret.

*Logotheta ad Andronicum iuniorem oratio.*

At ille ne audire quidem ſuſtinens: Tu verò, inquit, nõ bene tecum actum eſſe putas, nec immortales Deo gratias agis, quod præter expectationem ex orci faucibus ereptus, incolumis & ſaluus es. An ignoras te & mihi & liberis meis, quoad vixeris, magnam debere gratiam, quod conſilium contra te initum auerti meo interuentu, quodque meo beneficio ſolam hanc intuaris? Tu verò bis omiſsis, pro perditiſsimis & malè perituris iſtis intercedis? Apage per Deum, nihil tibi rei ſit cum iſtis. Quomodo enim tibi ſeruabunt fidem, qui fidem auo tuo datam, nulla coacti neceſsitate, fefellerunt, nec Dei metu nec hominem verecundia deterriti? His Imperator præter expectationem auditis, tacitus diu ſtetit: deinde illo abire iuſſo, ad priſtina conſilia & cogitationes redijt. Cùm autem magna & ſancta hebdomas adeſſet, qua ſalutarem Chriſti paſsionem celebramus: & Imperator nepotem non è monitis ſuis viuere cerneret: ſed & inconſtanti motu, & moribus diſſolutis, & aliàs aliũ eſſe: grauiter & iniquo animo eius intemperias paſſus eſt, adeò vt bis & ter magnitudine doloris victus, & veluti numine afflatus, ad eos qui aderant, diceret: Obijt noſtra ætate & Imperij maieſtas, & Eccleſiæ pietas. Nam ille fugam ardenti ſtudio adornabat: & ſubinde egrediebatur, & cum factione illa ſe parabat Senex verò conſiliorum ignarus, æger animo tacitè affligebatur: ſed tamen ſignis & coniecturis quibuſdam ea quæ agebantur expendens, haud procul erat, quin quid ſtruerent, animaduerteret.

*Patriarcha ſenioris Andronici conſilium nepoti aperit.*

Quare patriarchæ Geraſinę arcanum nepotis comprehendendi conſiliũ aperuit. At illa ſtatim ad iuniorẽ Imperatorem Andronicum accurrit, & arcano illi prodito effecit, vt fugam acceleraret. Cùm autem illuſtris Reſurrectionis dies illuxiſſet, veſperiq; decreta exequenda eſſent, de more patijt & accepit clauas Gyrolimniæ portæ. Hoc enim propter matutinam venationem facere conſueuerat.

*Andronici iunioris fuga.*

Igitur ſub mediam noctem cũctis dormientibus, cum omnibus coniuratis egreſſus, poſtridie in Syrgiannis & Cãtacuzeni caſtra peruenit. Hi enim cum illuſtri apparatu, ad Adrianopolim fugam illius præſtolabantur. Erat is dies Aprilis vigeſimus, anni ſexies milleſimi octingenteſimi vigeſimi noni. Eſt autem animaduerſione dignum,
" quod nihil humanarũ rerum ſine Prouidentia
" adminiſtretur, ſed omnia arcana ratione agan-
" tur: licet nos ignari ſedeamus, verba & Prouidentia & veritate indigna facientes.

*Fatales pœnæ.*

Cùm enim Deus aliquos ob vetera & recentia delicta mulctare vult, periti medici more incurabilib. morbis vſtiones & ſectiones adhibet. Mox terram fortunatam aer grauis infeſtat, aqua maris illi ſuccenſet, importuni venti eam perflant, peſtilentia graſſatur: affliguntur viri boni & eruditi, qui mores ſuos ad Doriam (vt ita dicam) harmoniam compoſuerunt: quicquid inſtituunt labaſcit, conſilijs minimè reſpondet euentus, Deo ſic euentum moderante, contrà calamitoſi, obſcuri, væcordes, & Furiarum alumni, proſperam fortunam experiuntur: ſtulti ſapientes potentes vincunt, ſanniones & mancipia modeſtos & honeſtos ſuperant. Tum & vrbium magiſtratus, & patresfamiliàs, & tribunos plebis, & ædiles & prætores, & monachorum rectores omnes videas impudentiæ & petulantiæ ſeruire, nec ex officio, quicquam facere aut poſſe aut velle. Hæc ita ſe habere, ex ijs quæ iam dicemus, conſtabit.

*Tributa aucta.*

Nam cum Turcarum perniciosæ irruptiones increbeſcerent, nec vllis vel domeſticis vel auxiliaribus copijs, aduerſante Deo, repellerentur: alia via rem Imperator eſt aggreſſus, lubrica illa quidem, ſi verè conſideres, & æquitatem ſpectes: non tamen prorſus imprudenti, tam aduerſis & iniquis temporibus.

*Elegans ſimilitudo regibus peculiaris.*

Nam annua ſubditorum tributa augere ſtatuit, quibus diuiſis, partem in alios vſus conferret, parte à finitimis hoſtibus pacem redimeret: quod perinde fuit, ac ſi quis amicitiã lupotum mercatus, multas ſibi venas incideret, eorumq; ingluuiem ſuo ſanguine ſaturaret. Vnde publicani & exactores ſumpta occaſione, alij alios anteuertere ſtuduerunt, quiſq; plura ſe exacturum pollicens, ſi id munus ſibi mandaretur. Sic exiguo tempore, quamuis Romani fines ſubinde contraherentur, millies millena nomiſmata quotannis in fiſcum referebantur. Vnde ſenior Imperator in animo habebat, perpetuam viginti triremium claſſem contra marinos & maritimos hoſtes inſtituere, terreſtres verò copias, in Bithynia mille equites, in Thracia & Macedonia bis totidem, reliquã verò pecuniam in ſumptus vndecunque aduenientium legatorum & annua tributa finitimarum gentium conferre, cæteroſq; Imperij ſumptus penè infinitos. Sed quia ne id quidẽ placebat Deo, propter cauſas quas ipſe nouit, ſubitò omnia confuſione illa ſunt auerſa. Admiratione tamẽ digna eſt ineffabilis omniũ inſpectoris clementia, qui cum nos diuturnę improbitatis pœnas luere ſimul deberemus, eas tamẽ parcè & humaniter ſumat. Neque enim alienigenis Barbaris atq; Immanibus hoſtibus nos tradidit: ſed popularibus noſtris

*Dei clemens vltio.*

notis,& à noſtris moribus non abhorrentibos, & clementioribus ijs per quos puuiendi eramus:pleriſq; eorum qui circumcirca in nos ſæuiebaut,morte præteptis, ne nos inteſtino bello conflictsntes, & coufracto calamo planè ſimiles,etiam illi aggreſsi, funditùs omnes internecioue delerent. His enim temporibus obijt Crales Seruiæ regulus, obijt & Sphendoſthlabos Bulgarorum princeps. Eſt & à conſobrino Cephaleniæ comite interfectua Ætolorum & Acarnanum Deſpotes. Theſſalici porrò principatus vltimus hæres, ex angelica familia ortus, pridem deceſſerat. Sed illuc redeo.

*Andronico iuniori ſacris interdicitur.*

Cùm ſenior Imperator ante ſolis ortum nepotis fugam cognouiſſet: eodem die ponrificibua qui in vrbe erant accerſitis, (uam patriarcha pridie fuga obierat) proſcribi iuſsit rum nepotem fœdifragum, tum eius coniuratos, tum eos omnea qoi ſe coniungereut, ac eiua factioni fauerent. Idq; facilè à cœtu ſacerdotum imperratū eſt. Ad hæc paſsim ſacroſanctum Euangelium in palsrija, in vijs, in foria, circunferri cerneres, & populum ſacramento adigi, vt & à iunioris Imperatoria focierate, & aoimo & manu & lingua recederent, & ſeniori arctioribus obedieuriæ viuculis aſtringerentur. Quæ cùm ad hunc modū in vrbe Imperatricæ gererenrur, Andronicua iunior libertate & immunitate in Thracijs pagis & vrbibus pronūciata, ſtatim omnes ad quidoia paratos habuit.

*Thracia defectio.*

Statim io armia fuerunt Thraces omnes pro iuniore Imperatore Chriſtopolim vſque, ſenem Imperatorem cupidè inuaſuri. Ac primùm paſsim in prouincia vagantibua publicanis & exactoribua inclemeoter excruciatis, ereptam quam circumferebant pecuniam nulla modeſtia inter ſeſe partiuntur. Priuſquam aotem ſeptem dies elaberentur, Oreſtiade digreſſi, mulritudo equitum, pedirum, ſagittariorum, funditotum penè innumerabilis, Byzautiū verſus profiſciſcuntur, primo impetu ſe expognaturos vrbem efferati, ſeditione laborantem, populo inter ſeſe diſcordante, ſpe emolumenrorū quæ hoiuſmodi motariones iniuſtis manibus ſoppeditant, Syrgianne exagitante omnia.

*Legatio aui ad nepotem.*

Ac quatuor integris diebus in itinere conſumptis, ad Selybriam caſtra poſoerunt. Cùm autem vlterius progreſſuri eſſent, & ſenior Imperator vrbanam turbam, ſi hoſtilem exercitum ante portas vidiſſet, non quietutam eſſe ſciret: Legatos ad neporem mittit, quorū princeps erat Theoleptus Philadelphienſis, vir non tantum omnis generis virtutibua ornarua & reuerēdua, ſed & prudentia ſingulari præditus. Miſſa eſt & Syrgianuis mater, quæ filium potiſsimum placaret, eiq; perſuaderet, ne ad mœnia vrbis accederet: periculum enim fore, ne diſsidio inter Byzantinos orto, maximus interitus conſequeretur omnium opum, ædium, vjrorum, matronarum, magiſtraruum, ſubditorum: quarum rerum autor, qoa ratione tranquillo animo per omnem ætatem vnqoam eſſe poſſet? ſed vt paolùm regreſſus, ita demum verba faceret, & quæ vellet poſtularet. Syrgiannes igitur, cùm Philadelphienſis præſentiā reueritus, tum precibus matris ſoæ fractus, ad Imperatorem, qui circa Oreſtiadem tum agebat, reuertirur, eoq; ſenioria Imperatoris legariones mirtebantur, & ibi poſtulationes coufirmabantur.

*Pacta inter auum et nepotē.*

Tandem inter eos conuenit, vt iunior Imperator Thraciam, quæ à Chriſtopoli vſqoe ad Rhegium & Conſtautinopolia ſuburbana pertinet, pro autoritate obtineret, ſimulq; ea prædia quæ ſuæ factioni aſsignaſſet in Macedonia, quorū multa erant, quæ ſingulis multa millia quotannis penderent: ſenior verò tum Conſtantinopolim, tum vrbes & & prouincias omnea Macedonicas vltra Chriſtopolim ſitas, adhæs, legationes finitimarum geotiom audiret atq; dimitteret: quòd eæ occupationes iuniori minimè cordi eſſent, ſed potiua natura ad voluptates & venariones propenſo, & rebus eiuſmodi occupato, grauiſsimū & moleſtiſsimum onus viderentur. His conditionib. fœdus inirur, iuniori Imperatori quàm ſeniori acceptius. Nam cum tam inexpectatam calamitatem propulſare cuperet, ſed omnibus rebus deſtitutus nihil poſſet: ea quæ à nepote propouebantur, tanquam oracula Appollinis accipiebat.

*Gregoras aulicus è ſcolaſtico factus.*

Sub hoc tempua & mihi oratorijs & philoſophicia libria relictia, vtile viſum eſt, ſeniorem Imperatorem adire, & in eius familiaritatem me inſinuare, quæ & prudens eſſet, & liberalis, & erudirorum auſcultatioue digniſsima: quæ cum à multis expeterenur, nou patêret ueq; contingeret omoibua.

*Logothetæ & Gregora neceſsitudo.*

Nam Magui Logothetæ conſuetudiue (iam tum enim eo honore ornatua erat) & ſermonibus quod ad aſtronomiam attioebat, ſatiarus eram. Quanquam is qooq; initiò parcius mecū diſſerebat, nec ipſam aſtrouomiam affarim mihi communicabat, ſiue ingenij mei adhuc ignarus: ſiue, id quod verum erat, eodem anoo præditus, quo doctiſsimus Syneſius & Lyſis Pythagoreus.

*Doctrina impuris non communicāda.*

Illi euim vetant, ue arcana philoſophiæ impuris adhuc animis communicenrur. Nephaa enim eſſe, vt ea quæ magnis laboribus parta ſint, cuiuis offeraotur. præterea publicè philoſophaodi conſuetudinē magnum apud mortalea rerum diuinarum contemprum peperiſſe. Cùm autem ſeorſim eum adijſſem, & integritatem meam illi demouſtraſſem, rogaui, ne vulgari more de me iodicaret. Moltum enim inter Phrygum & Perſarū (quod aiunt) limites intereſſe. Deinde blanda oratioue perſuadendi cauſa apud illum vſus, huiuſmodi orationem habui.

## AVTORIS SVASIO ET *adhortatio.*

SI ea quæ delectationem pariunt, omnia ex æquo diſtribuerenstura potoiſſet: facilia & laboris omnis expers eſſet vtriq;, nuoc eorū indagatio, & mutui amoris cauſæ facilimè præciderentur.

*Neceſsitas coniungit homines.*

Nunc verò cum iucundis admiſceri moleſta ueceſſe fuerit, & Græci tertium dolium in Iouia aula nullis permiſtū malia eſſe negent: vt inopia moleſta eſt, ita copiæ ſpes delectat: hæq; inter ſeſe pugnant, & efficiuut vt alius petat, alius largiatur, ſintq; hæ vices perpetuæ vl-

trò

trò citroq; commeantes, quæ amicitiæ lex eſt, & vinculum firmiſsimum. Et hoc illud eſſe dicere liceat, quod telluri præſtet vt mare nauigetur, & mari vt in tellure ambuletur: vtq; Tanais longinquo curſu in Græciã feratur, & iſte in Ægyptum perueniat, & Nilus aquas ſuas Mæotidi communicet.

*Officia in commune conferenda.*

Si quis verò adeò tenax fuerit, vt bona diſtribui nolit: ei cauendum erit, ne legem per orbem terrarum ferat omnis improbitatis autorem, & omnes congreſſus, omnia commercia funditùs tollat: beneficentiæ diuinæ ingratus, à qua illa omnia quæ habet, accepit. Neque enim obſcurum cuiquam eſſe poteſt, vllam à diuina prouidentia bonum cuiquam contingere, vt ſolus eo fruatur: vt nec lucem ſoli, vt ſibi ſoli luceat.

*Immortalitatis appetitio.*

Quòd ſi res æternùm victuræ, eodemq; ſtatu permanſuræ eſſent: poſſet forſitan aliquis qualibuſcunq; de cauſis communicationem virtutis eludere. Cùm autem id nulla ratione fieri queat, nonnulli artificio quodam immortalitatem conſectantes, neq; quicquam vnde gloria exiſtat prætermittentes, omnem laborem vltrò cepetũt. Ac ne longius abeam, Pythagoras cum Ægyptiorum ſapientibus congreſſus, eorumq; ſacria initiatus, in Græcia laudari concupiuit: eaq; cupiditate impulſus, in eam traiecit: virtuteq; ſua per totam Græciã vulgata, nomen æternum eſt conſecutus.

*Pythagoras.*

*Pugiles.*

Eſt etiam qui Delphicam laurum, & Olympicum oleaſtrum, ex Aſia profectus peteret: non ignarus marceſcenti illi corollæ ineſſe gloriam quæ non marceſcat, & poſterorum memoriam magis excitet, quàm omnia Aſiæ prata & fontes, & fuci tincturarum. Hi igitur & alij plurimi horum ſimiles varijs rationibus ſui memoriam tradere poſteris potuerunt. Nunc verò, ne longum faciam, aliorum ingenijs noſtra ætas ſterilibus relictis elabitur, & ſapientia deſtitutis ac parum abeſt quin belluinis dicam, vt noſtræ res deplorandæ eſſe videantur. Te verò ſolum omnium expreſſam naturæ imaginem, & optimè informatam tulit. Lunæ inter ſtellas ſimilem, & igni in hyemis rigore. Neque nos adeò fana & mænia & luci & porticus ornare poſſunt, vt tu, & tuæ virtutis mundus. Ac plurimum quidem te reipublicæ prodeſſe fateantur omnes, quippe qui magno Imperatori id præſtes, quod gubernatori ij qui polum & helicen obſeruant. Sed quid dicamos?

*Magna opera gloriosa.*

Fuit & Phidias apud Græcos magnus, ob apis & cicadæ ſculpturam: ſed non tantus, quantus ob Iouem Olympicum. Præterea, quæ inde colligitur gloriola, cum ipſa memoria, & corpore, citius interit quàm agrorum gramina. Sin theſauros ingenij & eruditionis tuæ aperueris, nomen tuum ab obliuione vindicabitur, qui non claudam (vt Plato ait) vitam exegeris, & tu ipſe potiſsimum tui præco in medio terrarum orbe ſtabis: & non modò longi temporis fama celebraberis, ſed immortali etiam memoria commendaberis.

*Petitio.*

Age igitur, age vir quos ſol intuetur omniũ doctiſsime, imperti patriæ ornamenta tua, ſicut Lycurgi & Solones: honorem habe celebri huic vrbi, quemadmodũ olim Athenis Socrates & Platones. Aperito mentis noſtræ palpebras, euidentius demonſtra quis ſit omnium moderator, & qualis eorum aptiſsima compages. Doce quò cauſæ conferendæ ſint nobis tanti boni: nunquid ad neceſsitatem aſtrorum, vt profani tradũt, aut ad vniuerſitatis autorem. Qua de re cùm longo tempore anceps hæſitarim, nemo adhuc mihi contigit, qui ſcrupulum hunc animo meo eximeret. Quare ſi non ob aliud, vel propter hoc vnum doceto. Quid verò miſerius fieri queat, quàm cùm cœli Dei gloriam enarrent, omnem terram circunſonantes: nos ſurdaſtros non exaudire quid dicant, ſed aſtris (vt vulgò iactatur) illorum ſcientiam ponderare? Illud verò extremæ iniquitatis fuerit, cum nec vt Pythagoræ ex Ægypto in Atticam nauigandum, nec vt Platoni mare Ionium ſæpius traijciendum, & ex Attica in Ciciliam ad Tyrannos proficiſcendum atq; inde in Academias & ambulacra redeundum tibi ſit, vt publicè virtutem ſpargas: ſed pro Lyceo & Stoa in conſuetis tuis ædibus, virtutem tuam in totum terrarũ orbem propagare queas: aliquid aliud maiori tibi curæ eſſe ſinas, & linguã tuam incompatabilem obſoleſcere ſilentio patiaris.

*Tempus edax rerũ.*

Iam illud quoque videndum, quàm inconſtantia & incerta ſint omnia: vt fortunæ inſultus nihil eſſe diuturnum ſinat? vt alij citius, ocyus alij, rebus omnibus relictis, præter expectationem, in noctem, in tenebras, in obliuionem, in mortem præcipites ruant. Ipſa porrò ſapientia quoq; migrauit ſæpius, cuius primò domicilium Ægyptus fuiſſe perhibetur: inde ad Perſas & Chaldæos tranſijt: pòſt apud Athenienſes diuertit, atque illinc etiam tandem auolauit: & nunc veluti auicula nido exturbata, longo iam tempore incertis ſedibus vagatur & oberrat.

*Philoſophiæ migrationes.*

Fieri autem poteſt, vt aut apud nos, finitis erroribus ſi tibi ita viſum fuerit, domicilium conſtituat, aut prorſus in cœlos abeat. Ne verò mihi ſuccenſeas oro, te ad talia exhortanti. Id enim dicere cogor, quod nullam veri ſimilitudinem habet, incerta mométa temporum veritus: ne velut ex occulto atque ex inſidijs erumpentia tantum nobis bonum eripiant. Nam, ſi & hoc dicendum eſt, non tam noſtram vicem ſoliciti ſumus, quàm de tua in poſterum exiſtimatione. Quod ſi optando tantum proficeretur, quàm prompta voluntas eſt, immortalem eſſe te vellemus, vt te gaudere, vt excellenti theſauro, perpetuò liceret. enimuerò tuum iam fuerit oſtendere, num fruſtrà fores pulſauerimus. His verbis apud magnum Logothetam vſus, meoq; ingenio ita demonſtrato, effeci vt libenter omnibus rebus mihi obſequeretur: ac deinceps eius conſuetudine ſum citra ſuſpitionem ad ſacietatem vſus. Tandem & Imperatoris familiaritatẽ maiorem experiui. nam ſæpenumero & ipſe ſpectarã, & ex omnibus intimis eius audieram, palatium ab eo non modò honeſtæ diſciplinę & omnis virtutis officinam longo rerum vſu & ingenij magnitudine eſſe effectum: ſed & eloquentię doctrinæq; optimum eſſe gymnaſium. Quamobrem & ipſe talibus bonis adamatis, eò me contuli. Nam ocioſa diſciplinarum tractatio, quam libri ſuppeditant,

*Andronici ſenioris palatium.*

*Doctrina ſine vſu rerũ mortua: et experientia ſine doctrina vera.*

ſiue

ſiue illa tenuior, ſiue copioſior ſit, mea quidem opinione organico ſimilis eſt corpori animam deſideranti, quæ per ſenſuum experieoriam accedat: aut etiã varijs ciborum generibus in ventrem congeſtis comparari queat, qui ealotem ad concoquendum poſtulent. Is verò calor non aliua ſuerit, qoàm multus vſus & variarũ rerum experientia. Nam exempla eorum in promptu ſunt, qui inani tranquillitatis ſtudio in vmbra & ocio omnes animi vires eneruarunt, atq; ita effœminarunt, vt nee dicere nec agere quicquã publicè anderent. Cæterùm cùm & ego annum ætatis iam VII. & XX. agens, ad Imperarorem acceſsiſſem, & vltra ſpem omnem ab eo exceptus eſſem, huiuſmodi coram eo in eius prudentiæ & eloquentiæ laudem orationem habui.

### AVTORIS LAVDATIO
*ſenioris Imperatoris.*

SI eos noſtra ætate viros, potentiſsime Imperator, extitiſſe cernerem, qui Maieſtatem tuam dignis laudibus celebrarent: quidem nec ad dicendũ prodijſſem, neq; ſilentio quicquam antiquiùs habuiſſem: vt ijs eſſet locus, qui tuas laudes æquare dicendo poſſent. Sed cum decorum tuorum amplitudo omnem orationis copiam inopię condemnarit, neq; vllus omninò ſit qui ornamenta tua verbis, non dico aſſecutus ſit, ſed propè ad ea acceſſerit: mihi non vitio vertendum eſſe duxi, ſi & ipſe illorum veſtigia qui infra dignitatem dixerũt, ſubſecutus, meum quoddam debitũ perſoluere ſtuderem. Vt enim ineptiſsimum fuiſſet, nos ſolos tanto negocio impares, audere aliquid: ita conſentaneum eſt vnà cum cæteris fruſtrari. Neq; enim affirmare dubitem, ei qui tua ſacta vt merentur laudare inſtituat, in primis linguam tuam exoptandam eſſe: alioqui verò neminem id facilè præſtare poſſe. Nam & orationis ornatu longo interuallo omnes à tergo relinquis: nec vllum in te bonum deſideratur, quorum vllum vel noſtra ætate, vel ante noſtrã ætatem, vel à primordio par aut ſimile exemplũ reperiri queat. Hoe orationis loco neq; omnes tuas laudes recenſere, neq; aliquas præterire audeo, euidentibus grauibuſq; de cauſis. Nam & ingenij imbecillitas, & debiti magnitudo animum meum diuerſè trahunt: vt periculum vtrinque cauenti mihi, & vtrinque ſit conandum, & neutrũ, ambobus inter ſe coniunctis. Si enim ij omnes, quibus illuſtre nomen olim eruditio peperit, adeſſent, nec tamen argumento ſatisfacere poſſent: & eadem eſt eorum etiam qui nunc viuont, cõditio: quid mihi reſtat, oiſi vt maxima parte omiſſa, paucula explicẽ, quæ ſine periculo tractare poſſim? ne fortè, vt Olympiacorum certaminum rudes, meapte culpa ſuſcipiã dedecus. Ac omninò perſuaſum habeo, nihil omnium æquè, ae periculum hoe cauendum eſſe mibi, & nibilominus quàm ſi quis viminea ſcapha pontũ traijcere ſtudeat. Etſi autem conatus eſt arduus: tamen decere arbitror nõ minus, quàm ſi in ſacrarium omnis generis imagioibus exornatum ingrederer: ita etiam Imperatoris laudes aggreſſus, cætera alijs conecdeoda, vnius verò atq; alterius mentionem eſſe faciendam.

Nam plures attingere periculoſum fuerit. Qui enim binas abſoluere difficulter queat, quid pluribus accidet occupato? Itaq; alij alia commemorent: à me verò & ingenij magnitudo, & dicendi vis celebretur, quas & ipſe experimento eognoui. & neminem audiui hactenus, quin maxima cũ admiratione & ſuapre & mea prædicarit: me ſemper ambigente, vtrũ eorum magis laudare debeã, cum ſubinde plura quàm dicta ſuerunt, dicenda occurrant. Ad meipſum ergo redeo, noo ſecus ac ij qui læuibus corporibus inniti ſtudent, labaſcentes. Nam nune quidem ſi liceret, non committerem quin terræ ſolem te dicerem Imperator. Vt enim omnes lucis theſauri vnà cum ſolari orbe prodeũtes, omnib. vſuram lucis impertiunt: ita etiam in te omnis ſapientiæ concurſus, velut è cœlo in omnes terras fertur, admirandi tui cauſas ſuppeditans: & vt nemo eſt omnium qui ſolis radios aſpexerit, niſi quem ſol luminibus orbatum aſpexerit: ita nemo eſt, neq; erit, qui de tua ſapientia nihil aodierit, niſi audiendi ſenſu deſtitutus. Hac ergò ratione ſi te ſolem terræ appellaro, non ineptè id ſactutus mihi videor, & ſi quis aliquid maius dixerit, me minimè refragante dicet. Cœleſtium enim corporum idem perpetuò ſtatus, admirationem nonnihil imminuit: omniũ verò rerum humanarum, quarum nonnullis alij alijs antecellunt, cum perpetua mutatio ſit: nónne tuæ res omnium optimè conſtitutæ, omnem admirationem excedunt? Omninò certè decuit, vt quantum dignitate alios antecedis, tantum etiam ſapientia illos ſuperares: itaq; factum eſt. Rhetori ſanè cuidam ſatis ſuit, recitatis Demonactis ſalibus, illios omnem ſapientiam oſtendere: quaſi ea quoq; res magni æſtimanda eſſet, nec tamen,* quantumuis diſertus oſtendit: nullam enim habuit. Nam ſi quam habuiſſet, non ab eo tacita ſuiſſet cui tanta virum ſapientia celebrare propoſitum fuit. Tuæ verò ſapientiæ receſſus, tametſi aliquis indicarit, tuaq; conſilia velut in tabula expoſuerit, orationis tamen copiã non alia ratione expreſſerit, niſi vt Nili inundationibus eam comparet, quas cubitis Ægyptij metiuntur, aut varijs vitis ramis. Nam & menſura cubitorum internos mentis ſontes auget, & vitis à ſœcunda radice orta muros corymbos implicat. & germina germinibus cumular, perqoam ingenioſè. Nec enim ea tibi lingua contigit, quæ mentis fontẽ hebetet, aut immaturos ex ioſcitia ſœtus edat, & maximi ingenij arcana confundat: neq; inexercitata, aut ſacris præſtantis animi noo ſatis initiata: ſed ita inſtructa, vt totis phialis (vt ita dicam) quoties & quando libuerit, inde haurire liceat, certo tamen modo, & exquiſito eom iudicio, quo redundantia coerceantur. Non illa vt fons exundat, è qoo plus quàm oportet effluit: ſed id quod excidit, confirmat, cùm ſtudendi ociũ datur: vt tua verba, cum medirandi ocium deeſt, tam inutilia nõ ſint, quàm illaborata ſaxa quæ in ſtructura templorum

*Prudẽtia.*
*Eloquentia.*

** Quanta fuerit eius eloquentia oſtendit, quæ nulla in illo fuit. Nã ſi qua fuiſſet, nõ, &c.*

plorum politis lapidibus adiunguntur. Tanta porrò ſuauitate oratio cõditur, vt æſtimari queat deſideriũ in tua lingua ſeſsitare, quæ & præſentes exhilarat, & abeuntes aures veluti ſequitur, in ijs reſonas, & memoriæ inhærens, quemadmodum ſapor guſtati mellis linguæ adhæreſcit. Verũ enimuerò luci & prata & deſerta ſuauiſsimis tempore verno cantillantium auicularum vocibus reſonant, certis loca certis temporibus. Tuæ autem prudentis facundiæ, loco veris, quatuor anni temporũ ambitus perpetuus eſt: loco pratorum autem & ſaltuũ, omnis terra continens, non quantam Herculanæ columnæ includunt, ſed quantam terrarum orbis amplectitur, quonia Attico peplo euidentius tuas virtutes depingens. Credo enim nec in extrema Gallia, nec vllis Oceani accolis, famã tuam ignotã eſſe, aut ipſis Indis: ſed inde etiam eam tibi laudem tribui, quòd omnes mortales prudentia vincas. Sic tua gloria, fama veluti naui vecta, plena admirationis, omnes terras peruagatur Verba mea illud confirmat, quòd nullæ in orbe terrarum gentes ſunt, vnde non aliqui famæ tui numinis inducti ad te venerint: tãta quidem cum feſtiuitate omnes, vt graue incommodum interpretentur, ſuũ ab aſpectu & conſuetudine tua diſceſſum. Quòd enim multi ex omnibus terræ partibus aquarum torrentis inſtar ad te confluunt, & ſubinde circa te verſantur, vt circa Pythagoram eius diſcipuli, & auidis auribus tua dicta, tanquam diuina reſponſa venerabundi cum ſilentio accipiũt: hæc inquam ſigna eſſe, quòd conſuetudinem tuam ardenter expetant, vt admirabiliſsimam, omnes aſſentientur. Quòd autem ad tam varias quæſtiones & propoſitiones, quæ & inter ſeſe differũt, & à noſtris moribus abhorrent, omnibus eodem tempore de grauiſsimis & maximi momenti rebus tam aptè prudenterq́; reſpõdes: dicere non verebor, Neſtor & Periclos aba te ſuperari. Nam illorum orationes ſæpè irritæ fuerunt, tuæ verò nunquã non efficaces. Ac gentilitius linguæ illorum faſtus, velut improbitatis propago quædam, illorum orationem deformabat, vt vermis pomi elegantiam: tua verò labia ab omni faſtu aliena, ſolida & indelibata laude tuam linguam exornant. Græci quidem ad res ſuas amplificandas, cum quoſdam, ſtolidos (vt reor) homines, Orphei cithara demulſiſſet, cantu illius etiam in anima quædã cõmoda eſſe fabulati ſunt. Quòd ſi nobis etiam liberet veritatem fabulis cõmutare, eoq́; modo exaggerare: quin id facilimè fieri poſſet, nemo negabit. Nam nunc quidẽ perſuaſum habemus, id nec incredibile, nec humanæ naturæ negatum eſſe, cum pleraſq́; res à poetis in fabulas redactas eſſe videamus, ſiue ingenia illorum temporum obtuſiora fuerũt, ſiue alioqui poetæ de induſtria propter maiorẽ euidentiam illa ſint commenti. Ea enim haudquaquam eſſe maiora ingenij humani captu, quæ illi ad miracula & fabulas detorſerunt, tu demonſtraſti, qui illa omnia confeciſti. Ego verò cum pridem Academiã, aut Lyceum, aut Stoam nominari audirem, magnum aliquid immaginabar, & pulcherrimum atq́; excellens, ob Platonem vtique & Socratem & * Solonem & cæteros, qui diſſerẽdo valuerunt. Nunc verò omnem de illis præclaram opinionem abieci, quemadmodum experrecti ſomnia: illorumq́; miraculum non maius iudico, quàm cui ſimile reperiri queat: ſed id eſſe tam mediocre & modicum, quàm ego te præſentem intuens pro dignitate admirari nequeo. Quamuis autem magnum eſſet, ſi res tuæ, rebus eorum qui celebrantur conſimiles eſſent: tamen te tantũ illos vincere conſtat, quantum Stentor clamando, cæteros præcones ſuperault. Ecce.n. palatiũ tuũ eloquentia tua ita inſtruxiſti, vt quãuis Academiã, quodnis Lyceũ, quamuis Stoã vincat, quod multo æquius, omnis eruditionis domiciliũ appellaretur. Nemo enim eſt, qui tua ſuauiſſima voce audita, aut vultu tantũ conſpecto, non maximũ inde fructũ ad formandos mores, ad incrementũ doctrinæ, ad eloquentiæ copiam, & diſſerendi acumen ceperit. Hæc igitur, & id genus alia, è ſolo congreſſu tuo emolumenta, nulli ſunt qui non perceperint: qui verò perceperunt, omnes optimi euaſerunt Fortaſsis etiã ſunt bonis quidam ingenijs prædití, qui vt cygni matutino Zephiro aſpirante, præclarè canant, & ſic te aſpirãte elegans inſtitutionis egregiæ fœtus appareat. Qui omnes longè magis eo gloriantur, ſi quis ſcitè dicta aba te referat, quàm Homeridæ, ſi Homericas ſententias audierint. Suauitas inſignis Syrenum, vocis olim magnoperè celebrata eſt, ſed ea non ſine magna calamitate atq́; interitu audiri potuit: nec vlli manſerũt incolumes, niſi aures cera obturaſſent, ſibiq́; audiẽdi ſenſum ademiſſent Te verò concionante, tantum abeſt aures cera vt obturẽt, vt mortis inſtar ducãt, quòd natura eos non ab omni parte auritos fecerit, ſicut fabulæ quoſdã plenos oculorum fuiſſe tradunt. Quos enim Demoſthenas concionum artificio & vi non ſuperaſti? quos non Platones ingenij magnitudine & grauitate viciſti? Quos verò non ita tibi deuinxiſti, vt magis te mirentur quàm Attica illa ætas Socratem? quippe qui concionem tuam perſuadendi vi, & voluptatem illecebris conditam eſſe perſpiciant: ſicuti agri varietate florum exornantur. Vſque adeò tuæ Calliopes amatores non omnes reddis, & mirabiliter incendis. Quare te Solomonis eſſe ſimilem, nemo eſt qui dubitet. ſuperari autem ab illo nemo contendat. Neque enim dici poteſt, illic multa ſuppetere teſtimonia, hic verò pauca: aut totidem quidem, non autem talia: Sed contrà potius. Nam quæ in altero miſeria in altero non mireris? excepto reginæ Auſtri teſtimonio, quæ Hieroſolyma profecta eſt. Qui vero tuarum rerum mentionem faciunt, hi ad mendacij ſuſpicionem abolendã, & Septentrionis & Auſtri, vnà cum cæteris terræ finibus, teſtimonia proferre mihi poſſe videntur. Cæterùm, cum Anaxagora autore, mens ſapiens ſit, quæ cuncta gubernet, & omniũ cauſa rerum exiſtat: & tu excellenti ſapientia res adminiſtras, & imperium gubernas, ingenij magnitudine omnia in melius conuertens, vt nemo vnquam

*Zenonem.

quam ex æquo id præſtiterit: & rectè ia dixiſſe videatur, qui conſilio, prudentia, viribus animi pleraſq; res, non autem rerum copia ponderari affirmauit. Vt enim optimus Muſicus ſonorum concentum, chordis quæ intendendæ ſunt intendendis, contraq; laxandis vbi id expedit, & moderatis interuallis relinquendis, cantū elegantiſsimè permiſcet: ita & tu, qui prudentia veluti rhythmis muſicis omnia temperes, abſolutiſsimum cōcentum efficis, quo res pulcherrimè gubernatæ, & ab omni parte conſentientes efficiant, vt omnes exiſtiment Deum planè eſſe, qui tuo in ijs regendis miniſterio vtatur. Ita te omnes homines, diuinum quendam hominem & homine ſuperiorem exiſtimant. Nam animi puritate ſubditorum omnium affectiones & voluntates penetrans, & ad quas virtutes aut vitia potiſsimùm tendant, acerrimè perſpiciens ita te componis, vt dictum eſt, quemadmodum omnibus hominibus conuenit: & vt Pindarus ait, varium cuiuſq; ingenium gubernas, itaque ſingula diſponis, vt optimè collocentur. Neque verò quicquam ignorat. Themiſtoclem nunquā ad tantam gloriam fuiſſe peruenturū, niſi Xerxes in Græciam inuaſiſſet. Neque etiam Miltiades ille, vt arbitror tantum nomen haberet, niſi Perſici Satrapæ & Aſiana arma prius in Atticam & Marathonem penetraſſent: ſed eorum virtus, vt terra obruti theſauri, in obſcuro latuiſſet. At tuum diuinum ingenium, cum ex alijs infinitis perſpici queat: tum verò ex eo, quod cum tempora aduerſarentur, nec tamē res tuas euerterent, ad euidentiſsimum ſignum fuit præſtantis tuæ ſapientiæ, Nam cum imperium perturbatione plenum ſuſcepiſſes, nec diſsimile nubibus ab Aquilone agitatis, & penè omnes nationes in noſtrum exitium conſpiraſſent, tanta vehementia, quantus in Nili cataractis impetus eſſe fertur: tu ſolus impreſsiones illas conſtanti animo, inſtar immotæ rupis violentos fluctus aſpernantis, excepiſti: atq; omniū periculorum tempeſtatibus ſedatis, in tranquillum portum nos perduxiſti. Ita tu quidem & deliberas & diſponis omnia, vt nemo omnium prius illa cogitare poſsit, quàm perfecta fuerint: idq; adeò facilè, vt difficilius ſit alijs ea cōmemorare, quàm tibi adminiſtrare. Vnde fit, vt ſi quis enumerare velit prudentiſsima & dicta & facta tua: non aliud agat, quàm qui cuiuſq; diei horas, numerare inſtituerit, quarum nulla elabitur pulcherrimarum tuarum vel orationum vel actionum expers. Nam vel tuæ vocis ſonus vnus mitigat & manſuefacit hominem etiam immaniſsimū: idq; facilius, quàm cinyra Dauidis, dæmonium Saulis fugabat. Nunc igitur tuo beneficio metu omni vacui ſumus. Nam cum te in puppi (vt ita dicam) rerum noſtrarum ſedentem videamus & diligenter excubantem: ex ijs quæ præceſſerunt, parati ſumus: & nuper expectata pericula, priu quam periculum eorum faciamus, auertimus, tua ſapientia illa omnia propulſatum iri præuidentes. Ac tantiſper forſitan aliqui deſperarint, donec ſummam prudentiam tuam cogitarint: tum verò ita recreantur, vt afflatu Fauonij æſtuantes. Sed quid ego imprudens in excellentiæ tuæ gurgites me paulatim immitto? Neq; verò aliud ago, quàm quod orationis dicebam initio, me planè dubitare quid ſit agendum, aut dicendum, Putabam enim, ſi pauca dixiſſem, quæ ad æs alienum diſſoluendum ſatis eſſent: licitum fore mihi cæteris ſuperſedere. ſed non animaduerti me id facere, quo mea opinio plurimùm falleretur. Nam cum de re maxima, tuá nimirum ſapientia, dicere inſtituiſſem, præter opera per quam illa geruntur & quam ita ſequuntur vt maiora nauigia lembi: perinde me facere animaduerti, ac ſi quis cathena ſumma manu prehenſa, putaret eam ſic ſe ablaturum, vt annuli reliqui non mouerentur. Id quod incogitantiæ ſummæ fuerit, ſicut & meum factum: quod tamen veniam meretur, niſi ea illi etiam negetur qui maris ignarus in littoribus obuerſetur, ſed in profundum pelagus ſe demittere minimè velit. Mihi certè quidem non à ratione alienum videtur, tuorum bonorum quaſi littora vt licuit præteruecto, in voti portum appellere. Deus, qui te huic imp[erio], & his temporibus aptiſsimum & opportuniſsimū produxit: idem tuam tuorumq; Imperatoriam maieſtatem in omne æuum tuetur, vt & nos perpetua felicitate floreamus. Tum igitur ſic accidit, vt hanc orationem haberem: pòſt autem, vt quantum ætate procederem, tantum illius erga me beneuolētia augeretur: adeò vt primos etiam Eccleſiaſticos honores mihi cōferre cogitaret, ac ſtatim Chartophylacis dignitatē accipere me cogeret, vt ſpecioſam cauſam haberet ora obturandi obtrectatoribus, qui clàm illi ob talem erga me affectionem conuiciabantur, quòd nec prouecta ætate, nec cano capillitio, nec ſacerdotio aliquo commendatus, vt plerique ſolerent, illa fruerer. Iam verò, vt re non dubia, etiā dignitati conſentaneas veſtes mihi parabat. Ego verò adoleſcentia mea cōſiderata, & tempore huiuſmodi rebus alieno, ad hunc modum verba feci.

*Gregor. Chartophylax eſſe noluit.*

*Inuidia ob noxij noui homines.*

## AVTORIS AD IMPERATOREM *excuſatio.*

QVod ad me & immaturā ſacerdotio ætatem attinet, nō magna opus eſſe arbitror excuſatione. Nam & anni mei talibus rebus ſunt impares, & ocij ac literarum ſummus amor adhuc apud me feruet: nec me miſſum facturum affirmat, priuſquam ijs ad ſacietatē fruatur. Tum enim & liberum fore meum animum, & ad Dei miniſterium idoneum. Nunc verò & maiorem eſſe meā audaciam quàm aut ſacra illa patiātur, aut ego facile ſuſtinere queā. Quod vt nemini alij, ſic mihi abundè notum eſt. Nam quantam res experientiam poſtulant, tantę mihi ſum imperitiæ conſcius, hoc quidē tempore. Atqui hominem adeò rudem diuinis & nō tangēdis ſeſe rebus ingerere, nō aliud fuerit, quàm ſi quis natandi neſcius, in mare deſiliat: neq; ſani hominis ego eſſe puto, & valde mirer, ſi quis animo conſtans vel cogitare tale aliquid ſuſtineat. Quibus enim fulminibus, quib. maris gurgitibus non digna fuerit illa confidentia? Cæte-

rùm

rùm tuæ Maieſtatis clemenriam erga me,ſolici-
tudinem, & ſummam ad bene merendum pro-
penſionem, ſi quid vſquam aliud, vel in primis
magnifacio:& quocunq; me vertero,nō habeo,
quo conſilio adductus, quibúſue ratiouibus Im
perator,te mihi talem præbeas:niſi quòd appa-
ret,te cum omnium Domino ingenioſè conten-
dentem,non vllas expectare beneficenriæ cau-
ſas:ſed illud tantum ſpectare,qua rarione bene-
mereri poſsis.Quòd ſanè omnibus Imperijs di-
gniſsimum eſt,& maximè proprium. Nam be-
neficentiæ cauſa ſuppeditara benefacere, non
tam benefici fuerit,quàm eius qni id meruerit:
& nunc diutuma illa conſuetudo tua in immu-
tabilem naturá eſt mutata.& ita, vt omnes aliæ
tes ſiue naturæ,munus vltrò faciunt,vt aqua hu-
mectat,vt ignis vrit, eodemq; modo cærera pet
omne æuum naruras ſuas rerinent, nec vlla vn-
quam vi ab ijs depellunrur:ſic & ipſe ad benefa-
ciendum natus,neq; verbis neq; factis beneme-
teri deſiſtit. Quare cùm gratum animum decla-
rare verbis in primis cupiam, nec Id pro digni-
a tare facere poſsim,nō minus & tempori & ora-
tioni,quàm ipſi mihi ſuccenſeo,cum vtrumque
ex æquo reprehenſione dignū exiſtimem.Nam
oratio cum materiam ſuperet, & virtntes pro-
pius attingat,diutumitate temporis nec muta-
tioni,nec exitio fore obnoxia videbatur: ſed
perpetuò ſibi conſtatura, vt vim rerum abundè
exprimeret. Verùm enimuerò & ipſam eſſe mu-
tatam,poſtquam ad te diuitem bonorū theſau-
rum ſe conuertit,animaduerto. Adeò enim de-
bilitata eſt, vt nemo vnqnam ea vſus, res geſtas
tuas pro dignirate celebrare potuerit. Quare
nec ego ea ſpe fretus acccedere potui, quamuis
nihil mibi ſit optatins. bis enim verbis meis di-
gnitatem maximam concilisrem, ſicur ij mani-
bus ſuls qui res ſacras contrectant. Sed cùm, vt
prouerbio dicitur, multa libris contineantur,quę
nos præſtare nequeamus: è mulris illis & hoc
vnū fortaſſe & eſt & dicitur. Hac orationis par-
te Atticæ fabulæ in mentē venit, quæ Momum
Ioui ſuccenſentem & illudentē facit,quòd cum
tāta & tali vniuerſitatis pulchritudine nō etiam
dignum vniuerſitatis laudatorem produxiſſet.
Eodem enim modo & ipſe tempori nunc & il-
ludere & ſuccenſere queo, quod eum te tanris
bonis tefertum virum produxerit,qualē ante te
neminem:ſi vnà etiam eos qui pto dignitate ce-
lebrare te poſſent,genuiſſet,rectè omninò feciſ-
ſet,cùm nunc pulcherrimarū rerū ſemiſſem tan-
tum oſtentet.Nam olim quidem doctorum ho-
minum prouenrum tulit,rebus geſtis deſtitutū:
nunc cùm rea admiratioue dignas protulerit,
eos etiam qui illas pro dignitate celebrent, gi-
gnere eſt oblitum, neglecto vtiq; ordine & pla-
nè pro natura ſua.Ex æquo enim imperfectæ o-
rationes ſunt,cum res quibus celebrandis adhi
beantur,deſunt:& res admirsrione dignæ, cum
qui eas mirentur, aut ad poſteros celebrent, nō
reperiunt. Nam nunc quidem ij tempori ſoli
debent,quorum ſapienriæ famam aut aliatum
virtutum audimus,quod vnà cum fama res am-
plificare ſolet.Nam hominis obitū & reprehen-

*Momi aſ-
ſentatoria
reprehen-
ſio.*

ſio deſerit,& comitari ſolitum nimlam familia-
ritatem faſtidium.Nam ea quæ adſunt,plerunq;
ſacietas comitatur, voluptatemque imminuit:
quòd & plurium ſenſuum adminiculo ſubinde
animi receſsibus ingeruntur, & ijs pro libidine
& vti & abuti licet. Contrà verò quæ præterie-
runt,nihil babent faſtidij, quòd raro, & vni ferè
aurium ſenſui offeruntur. Nam melle & carni-
bus,cæteriſq; diuitis menſæ delicijs ſatiati, ca-
ſeum interdum & thymū deſiderant:non quod
hæc illis præſtent, ſed proprer raritatem requi-
runtur. Quod ſi hæc ita ſunt, vt præſentia faſti-
dium comitetur:cętera quæ ex interuallis & vi-
denrur & andiuntur adeò nos non ſatient, vt
vehementius deſiderentur, quemadmodū flu-
xus amicum ab ijs qui magna ſiri afficiūtur: ni-
mitum eriā prouerbia multū viciſti. Neq; enim
res vetuſtate obſoletas de te referre quiſquam
poteſt,quibus etiam fabuloſa commenta, vt ve-
ritari fucum facientia poſſunt inſeri, rerum ge-
ſtarum materia fortiſtan orationem deſtituerit:
eodem planè modo, quo vacuæ naues harena
impleri ſolent:ſed in theatro expoſitæ ſunt om-
nium oculis,& omnium linguis & laudibus ce-
lebranrur Cæterùm linguam requirunt in Aca-
demia & Stoa educaram,& Demoſthenicas lu-
cernas redolentem. Nam bonorum tuorū fon-
tes,omnium hulus ætaris etuditorum linguas
iam olim demerſerunt.Quas ob res ne nos qui-
dem ineptè facturi ſumus,ſi lingua repreſſa, tuo
aſpectu contenti fuerimus. Hac enim de cauſa
pluribus ſenſibus, ad mentis noſtræ correctio-
nem præditi ſumus,ne quid eorum nos quæ in
mundo ſunt lateat:ſed quod in alio deceſſerit,
alio penſetur. Ac ea ea quidem bona quæ auri-
bus dubijs accipnntur,rectè interpreterem poſtu-
lant orationem:quæ verò in oculos incurrūt, ea
ſi quis explicari ſibi iubeat, perinde fecerit, ac ſi
quis meridianum ſolem vertici imminentē ex-
iguo carbunculo demonſtrare inſtituat: præſer-
tim cum res inuſitatæ magnitudinis, quæq; vi-
res orationis ſuperant, tacitè admirari magis
conueniat,ne fortaſſe non exornemus illas, ſed
deformemus. Ecce in cœlis qnam admiranda
res eſt ſol, quod ita perambulat, vt ineffabilem
ſplendorem ſecū trahat. Sed nemo in hunc vſq;
diem ſecundum laudationū leges palàm eius
pulchritudinē & magnitudinē & iucūditatem
celebrare auſus eſt. Nā cùm nihil ſit in orbe qui
cum cōferri poſsit, multū aberit vt quiſquā per-
ſpicuè de eo dicat.Longè verò minus, vel nullo
pacto porius, res ruas quiſquā enarrabit, quic-
quid in rebua humanis vel pulchritudine vel
magnitudine excellit, es complexus. Quòd ſi à
te laudationū leges peritæ eſſent, eſſent eæ non
modò magis variæ & copioſiores & artificio-
ſiores, ſed & illuſtriores & ſinceriores, neq; à fi-
de veri abhorrere viderentur. Nunc verò vt roſa
languida, amiſſa, vbi non oportebat, venuſtate,
alijs fortaſsis viui eſſe videantur:tibi verò vſque
adeò inutiles ſunt, vt aereis volucribus lineę ve-
ſtes. Quare mihi dubitanti, & ad quod dignum
exemplar orationē referrem neſcienti, eo vten-
dum eſſe videtur, quod ſit longè inferius. Ita

„ anim ſunt res humanę, vt aliàs copia abundent,
„ aliàs penuria laborent, & ſubinde aliter atq; ali-
„ ter ſeſe habeant. Quare medicina illis non ſim-
„ plex, ſed varia eſt adhibenda: & ſi hac minus ſuc-
„ ceſsit, res alia via aggredienda. Eſt enim omniũ
„ rerum cognatio quædam & ſimilitudo, propte-
„ rea quod ex ijſdem elementis omnes conſtant.
„ Ecce enim facib. & rogis vtimur, cũ ſolis ſplendore deſtituimur, & noctu veluti alium quendam ſolem machinamur. Atq; etiã cum totum mundum exprimere ſtudeamus, ac circulos & motiones cœli, & cum terra configurationes: paruis quibuſdam eum globulis adumbramus. Quòd ſi ad pictorum artes ſermonem tranſtulerimus, ibi verò imaginum & exemplorum copiam inueniemus, & verè ſcenam quandã arte hiſtronica refertam, quæ indicia quædam veritatis vtcunq; coloribus nonnullis repræſentet. Nam cùm alia, tum vniuerſitatis huius architectutam exprimentes, cùm neq; ſpiritũ ijs quas faciunt vmbris impertiti, neq; viuificum ſeminibus ſolẽ: in materia colores, ludi & ioci quidam ſunt illorum. Ac inde quidem germinantem ſegetem è terra producunt, & herbeſcentem viriditatem: illic verò adultam oſtendunt, quæ neq; culmo neq; ſpicis, neq; ariſtis iam ſe contineri velit, & falcem tantum non flagitet: eaq; faciunt, nec tempore expectato, nec aſtrorum exortu vel occaſu, ſed vno ſæpè die, & ſegetem germinantem & maturum frumentum oſtendunt. Ad eundem modum & nos, qui veritatem aſſequi nequimus, id facimus quod licet, exemplisque vtimur indignis illis quidem, ſed ex animo ſincero depromptis. Nunc enim oportebat ſtellas magnitudine & ſplendore illuſtres in vnum cœli locum coactas depingere atq; informare, quibus tua virtus agnoſceretur, vt quemadmodum Dei gloriam cœli enarrant, ita & tuam memoriam in omnibus ſuis conuerſionibus explicarent, & illuſtriſsimum Imperatoriæ maieſtatis archetypum te poſteritati proponerent. Nunc omnes homines in vnum aliquem telluris congreſſos locum, vnum hoc votum facere oportebat, ad eum qui tibi poteſtatem iſtam dedit, vt & immortalẽ tibi vitam donaret, quo magiſter eorum eſſes qui vbiuis terrarũ regnare vellent, velut omnis virtutis gymnaſtæ & vniuerſali Hellanodicæ. Nunc omnis humana lingua debebat meum aſſumere animum, eorum quæ dicerentur promum, vt inde communis quædam feſtiuitas & ſolennitas, & totius mundi de te & tuis conſenſio exiſteret. Cæterùm, quia iam confeſsi ſumus, ampliorem eſſe laudum tuarum magnitudinem, quàm quæ oratione comprehendi queat, ac ne multis quidem linguis ediſſeri, ſi quis dignitatem ſpectet: id ſcilicet reſtat, vti iam vel inuiti alacritatẽ animi noſtri omittamus. Manifeſti enim furoris fuerit, ea ſuſcipere vltrò, quæ nullo modo ſuſtineri queant. Cùm igitur oblatos honores nos ad hunc modum recuſaſſemus, vim quidem afferre nobis voluit Imperator: ſed cùm id non oportere fieri cenſeret, quieuit, re in aliud tempus reiecta.

## DE PRAESTIGIATORIBVS QVI-
*busdam, qui Conſtantinopolim venerunt.*

Svb hoc tempus Conſtantinopolim obiter ingreſſos vidimus mirabilium operum arte inſtructos viros amplius viginti, quales nemo vnquam prouectæ ætatis homo vel audierat, vel vidstat: qui primùm ex Ægypto progreſſi, veluti circulum quendam confecerãt: Oriente & Septentrione petagrato, Chaldæa, Arabia, Perſia, Media, Aſſyria: deflexoq; itinere in Iberiam Caucaſo finitimam, Colchicã, Armeniam, cæteraſq; gentes peruagati, quæ Byzantium vſque habitant, artem ſuam in omnibus prouincijs oſtentarant. Quæ autem ab illis agebantur, erant illa quidem monſtroſa, & ſanè mirabilia, non tamen quicquã cum diabolicis præſtigijs cõmune habebant, ſed ſtudia quædã dextri ingenij, longo tempore huiuſmodi in rebus verſati, erant. Vt autẽ breuiter pauca ex illis narremus: Nauis onerariæ malos binos vel ternos funibus hinc inde in ſolo quopiam firmabant, ne in alteram partem inclinarent. Deinde funem alium ex vnius mali cacumine in alterius cacumen extendebant, prætereaq; alium funẽ à ſolo ad cacumen circumplicantes, gradus aliquot quibus aſcenderent, faciebant, per quos vnus ex eis cùm euaſiſſet, nudo cacumini mali inſiſtebat, nunc alterum pedem, nunc ambos verſus cœlum extendens, caput verò deorſum verſus mali cacumen inclinans: pòſt ſubito ſaltu facto, vnaq; manu fune fortiter cõprehenſo, inde pendebat, & ita ſæpè ſeſe rotabat & circumagebat, ſurſum verſus cœlum, & infrà verſus terrã paulò momento & continenter trochi in morẽ. Deinde inflexo crure, manus vice fune prehenſo, ſupinus dependebat, atq; ita ſurſus eodem modo ſe circumagabat & rotabat. Mox rectus in medio fune ſtans, arrepto arcu & ſagittis, ad ſcopum eminus poſitum collimabat, adeò ſoletter, vt qui humi conſiſteret, melius non poſſet. Deinde clauſis oculis accepto in humeros puero in ſublimi fune ambulabat, ab altero fune ad alterum, & hæc vnus agebat.

*Funambuli.*

Alius verò equo inſidens, ad curſum illũ extimulabat, eoq; currente nunc erectus in ſella ſtabat, nunc in equi iuba, in fronte, nunc in clunibus, pedibus ſemper dextrè implexis, & velut auis in morem volitans. Nunc ex equo currente deſcendens, eiuſque cauda prehenſa inſiliens, rurſus in ſella ſedens conſpiciebatur, & inde rurſus ex altera ſellæ parte ſe demittens, & circum equi ventrem ſe circumagens, facile ex altera parte aſcendebat, ac rurſus in eo vehebatur. Quibus rebus cũ occuparetur, ne id quidem negligebat, vt equũ flagello ad curſum incitaret. Et hæc alter è præſtigiatorib. illis faciebat.

*Equites.*

Alius verò claua cubiti magnitudine capiti impoſita, in eaque vaſe humore pleno collocato, ita circuibat, vt vas diu non agitaretur. Alius & ipſe longam haſtam in capite ſuo ſtatuebat, tribus orgyis nõ breuiorẽ, fune infernè verſus apicem circumplicato graduum inſtar: quos puer, manibus & pedibus aſcendebat paulum alternantibus vſque ad haſtæ

*Vaſa in capitibus.*

caçu-

cacumen, & rurſus inde deſcendebat: at qui haſtam in capite gerebat, continenter obambulabat. Alius vitreum globum in altum iactabat, & & relabentem nunc extremo manus vngue excipiebat, nunc poſteriore cubiti parte, nunc aliter atq; aliter. Omitto ſaltationũ varia genera, cęteraq; quæ nobis ſpectantibus mira fecerunt. Neq; verò ſinguli ea ſingula, ſed omnes vniuerſa tenebant: neque ea quæ expoſui tantùm, ſed alia ſexcenta ſciebant. Sed cum ea ſtudia periculoſa ſint, ne ipſi quidem periculorum expertes fuerunt, ſed ſæpè præcipitati aliqui perierunt. Nam cùm amplius XL. patria exceſsiſſent, pauciores XX. Byzantium peruenerunt. Vidimus & nos vnum malo delapſum interire. Magnam tamen pecuniã à ſpectatoribus colligendo, quonis terrarum proficiſcebantur, partim lucri faciendi cauſa, partim artis ſuæ oſtentandæ gratia. Digreſsi autem Byzantio, per Thraciam & Macedoniam, Gades vſque peruenerunt, toto ferè terrarum orbe artis ſuæ theatro conſtituto. His temporibus Turci, animaduerſo afflicto & turpi Romani Imperij ſtatu ædificare claſſes & ingredi mare cœperunt, idque impunè, & magno numero, & adeuntes & abeuntes naues onerarias intercipere, atq; etiam Thraciam & Macedoniam incurſare, inſulas item tam magnas quàm paruas, & magnas clades maioribus cumulare non deſtiterunt: vnde factum vt exhauſto fiſco, veterum Imperatorum ornamenta vrgente inopia diuendere neceſſe eſſet.

*Artis periculoſæ euentus.*

*Claſsis Turcica Romanis infeſta.*

*κειμήλια vendita.*

## DE SYRGIANNIS FVGA.

Cæterùm magnus Dux Syrgiannes rebus non ex ſententia ſuccedentibus (putabat enim ſe veluti cõſortẽ Imperij fore, & ſuo arbitratu moderaturum omnia, neq; paruũ aut magnum quicquam ſe neſciente actum iri) cum præter omnem expectationem cerneret, Imperatoris animũ Cantacuzeno magno Domeſtico prorſus eſſe deuinctũ, dolore atq; inuidia æſtuabat: ac mœſtus ſecum meditabatur, quomodo vlciſceretur Imperatorem, qui eorum quæ verbis antè promiſiſſet, nunc reipſa nullius meminiſſet, ſed contraria potius omnia faceret: quippe à quo vt vnus è multis deſpiceretur, nec vlli cõſultationi adhiberetur. Decreuit igitur, ſe ad veterem Imperatorem conferre, ac breui tempore omnia conſilia, res omnes nouitij euertere. Neq; enim quicquã ad Deum referebat: ſed quò ipſe inclinaſſet, eòdem etiam negocia omnia neceſſariò inclinatura putabat. Itaque per quendam ex intimis ſuis, clàm ſuum amica animum & ſtatum rerum exponit: illo etiam adiecto, quò maior fides haberetur, ſe ne vultũ quidem adoleſcẽtis intueri poſſe, à quo vxoris ſuæ pudicitia tentaretur. Ea Syrgiannis immutatio tam grata Imperatori fuit, quàm ex ſolis ardore æſtuantibus Fauonij flatus, & ſiti confectis frigidæ hauſtus. Nam nec ipſe diutius ferre poterat, ſe ita negligi & deludi: & ab adoleſcente ſummos pariter & infimos ſuos miniſtros hæreditarijs prædijs eſſe ſpoliatos, & tantum non fame enectos circuire. Quas ob res ſanctiſsimo iureiurando clàm vltrò citroq; miſſo, Syrgiannes coactus eſt, rebus ſuis celeriter compoſitis venire Byzantium: idq; citra moram ignaris omnibus factum. Quod cùm fama vulgaſſet, omnium animi ſunt exhilarati, ſummam rerum ſtatim velut teſſera inuerſa ad ſenem redituram eſſe ſperantium, vetereſq; poſſeſſores Thracia & Macedonica prædia recuperaturos. Sed cùm idem Deo viſum non eſſet, mox inanem eam eſſe ſpem apparuit, vt progreſſu orationis à nobis exponetur.

*Syrgiannes à iuniore ad veterem imperatorem deficit.*

## DE ALTERA IMPERATO-
*rum diſſentione.*

Enimuerò iunior Imperator, qui longo iam tẽpore ſciret, Byzantios ſui ſtudioſiſsimos eſſe, quippe à quibus clàm acceſſeretur: turbatæ pacis occaſione vſus, omni Thracio exercitu adducto prope Coſmidij monaſterium caſtrametatur: vnde palatium conſpiciebat, XXX. circiter ſtadijs diſtans. ac ipſe quidem ibi biduum, totidemq; noctes ſubſiſtit, frigidiſsimo ſpirante Borea, ipſius brumæ tempore. Excubitores verò in vijs circumcircà diſtributi, obſeruabant, ne Syrgiannes, qui tum Perinthi verſabatur, ipſos deciperet: & circumiacentia caſtella pollicitationib. in fide retinere conabatur. Tertia verò nocte Syrgiannes trecentis armatis delectis, ante ſolis ortum equo Byzantium peruenit, omnibus illis Imperatoris viæ obſeruatoribus, non ſecus ac ſi ſomno oppreſsi fuiſſent * interceptis: & ni ſenex Imperator vetuiſſet, impetum in eos ſtabulæ adhuc ignaros facturus fuit. Sed cùm diluxiſſet, audito Syrgiannis inexpectato aduentu, cùm ne Byzantij quidem iunioris Andronici conatus vlla re iuuarent, nec Imperatorem facti pœnitentes recepturi viderentur, fugam arripuerunt. Poſtea Deſpota Conſtantinus ſtatim mari Theſſalonicam mittitur, vt Macedoniam gubernaret, & Xeneo iunioris Imperatoris matrem Byzantium mitteret: præterea q; militẽ ibi legeret, vt ipſo inde cum Macedonico exercitu inuadente, hinc verò Syrgianne cum Turcicis copijs & Bithynis Romanis occurrente, iunior Imperator in medio circumuentus cum ſuis caperetur. Sed cùm iam Deſpotes è Byzantino portu ſoluturus eſſet, ſtatim è famuli manibus omnia ea delapſa vidit, quę ad ornandam herilem menſam aurea & argentea vaſa collegerat & in fundũ maris demerſa, quæ res magnum illi dolorem attulit, non tam ob iacturam, quàm ob malum in ipſo (quod aiunt) limine omen, quo animus rei conficiendæ paruã ſpem concipiebat. Cæterùm Theſſalonicã profectus, Xenen cum omnibus miniſtris comprehenſam, nulla modeſtia triremi impoſitam, Byzantium miſit. Quò cum illa inuita perueniſſet, in Orientali palatij parte cuſtodiebatur. Et primùm hoc atq; grauiſsimũ Theſſalonicæ opus, ducis Conſtantini fuit. Alterum quòd collecto omni Macedonico exercitu, Imperatorẽ iuniorem inuaſit. Nam Chriſtopolim profectus, à præſidio tranſitum poſtulauit: minitans, ni vltrò darent, coactos futuros. Quod cùm illi recu-

*d.

*Conſtantini Deſpotæ malum omen.*

ſareat, perrupta longi muti parte, omnem exercitum prohibente nemine traduxit.

## DE VARIIS IVNIORIS *Imperatoris conſilijs.*

IMperator autem cogitatione his de rebus ſuſcepta, cùm ſe in arctum coactum cerneret: Proroſtratorem Synadenum, Thracijs exercitibus datis, ad cuſtodiendos Imperij ſui fines, qui verſus Byzantium ſpectarent, & ad Syrgiannis incurſiones prohibeudas, miſit. Ipſe verò mirabilibus quibuſdam machinis & dolis inde patruum Deſpotam oppugnare inſtituit. Ac primùm edicta plurima feſtinanter conſcribi iuſſit, quibus iureiurando ſancitæ pollicitationes continebantur pecuniarum, poſſeſsionum, bonorum, ſi qui eo Deſpotam captũ adduxiſſent, eaque prætereuntibus plebeijs hominibus dedit, vt abijcerẽt, & de induſtria ſpargerent, cùm iuxta Deſpotæ caſtra, tum paſsim in vijs. Deinde obitum sui Imperaroris vbique proclamari iuſsit, qui à Byzantijs per ſeditionem occiſus eſſet: idque huiuſmodi commentorum artifices vbiq; vulgarunt. pleriq; etiam iureiurando addito, ſe interſuiſſe, & ſuis oculis acerbum illius interitum vidiſſe. Et vt rem confirmarent, albos pilos oſtenderunt, lanæ ouillę quaſi eſſent à populo è capillo & barba ſenioris Imperatoris auulſi & diſsipati. Quę cùm in pagis & vrbibus, atq; in primis in Deſpotæ caſtris audirẽtur: animos hominum varijs cogitationibus diſtrahebant. Tum diſsipata illa edicta inuenta, cũ Deſpotæ traderentur, terrorẽ illi haud ſanè reprehendendum incuſſerunt: vt intimorum cohortationibus adductus, proditionem illi exercitus iamiam imminere affirmantium, Theſſalonicam ſe fuga reciperet. His ſub hyemis exitum actis, veris initio à ſeniore Imperatore triremis cum arcanis literis ad Conſtantinũ Deſpotam mittitur, quibus iubebat, vt eadem naui viginti quinq; ſeditioſos, qui Theſſalonicenſem populum ad nouas res moliendas incitarent, vinctos mitteret. At illi priuſquam hoc fieret, periculo ſuo cognito, clàm populo concitato & turribus conſcenſis, ſacra tintinabula pulſant, inchoandę ſeditionis ſignum. Statim igitur concurſu ad ædes Deſpotæ facto, ipſum quidem nõ repererunt (præmonitus enim in arcem ſe receperat) ſed obuios quoſque partim occiderunt, partim bonis ereptis in carcerem coniecerũt: deiectiſq; domibus, & omnibus opibus direptis, arcis portas incenderunt. Quo Deſpotes viſo, rebus deſperatis, conſcenſo equo in Chartairæ monaſterium properabat. Vbi à perſequentibus cõprehenſus, monaſticum habitum vel inuitus induit ad inſtantem interitum declinandum, quem ſubitus ille caſus minabatur. Inde captiuus ad Imperatorem nepotem ducitur, qui ſe longè humaniorem omnibus proceribus & ſatellitibus ſuis illi præbuit. Nam hi quidem quaſi carnium eius deuorandarum, & ſanguinis ſorbendi auidi, ſtatim eum laniaturi videbantur. At Imperator illum amplexus, à vulneribus defendit. Poſtridie verò ſuis obſecutus, Didymotichi in carcerem ſæuiſsimum & atrociſsimum conijcit. Promonroriũ enim in quo Didymorichos oppidulum ſitum eſt, vna rupes eſt, quę cùm ad excidendos lapides apta ſit, incolæ ſubterraneas in ea cellas & ciſternas ſolerter excauarũt. In talem igitur ciſternam, omnibus aquis exhauſtis per ſcalas Deſpotam demittunt, vnumq; cum eo puerum qui illi miniſtraret: alium præterea neminem prorſus vel proſpicere illuc ſinentes, ſed operculo iniecto illic cuſtodiebant, ob loci anguſtias miſerrimè affectos, & vt omittam cætera mala, tenebras inquam & vaporea, quomodo maius illud & horrendum malũ declarem? Cùm enim peranguſtus eſſet locus, aliter fieri non poterat, quin olla quæ excrementa capiebat, & panis quo famem ſolarẽtur, in proximo iacerent. Quo animo eos fuiſſe probabile eſt, cum eis veſcendũ eſſet in tanto fœtore? Ad hæc cum olla veſperi funiculo attraheretur, ſæpè in Deſpotæ caput effuſa eſt, ſeu cuſtodibus de induſtria illi illudẽtibus, ſeu inuitis illis olla euerſa. Verùm Imperatore multorum religioſorum precibus exorato, tandem in leuiorẽ carcerem eſt translatus. Quæ cùm ſic accidiſſent, Imperator animi dubius, quid agendum eſſet, neſciebat, quódue malis remedium quæreret. Quicquid enim incipiebat, mirabiliter in ſeipſum conuerti cernebat. Itaq; aperto Pſalterio, dubitationum ſuarum explicationem quærenti ſtatim oblatus eſt verſus primus: DVM COELESTIS DISSOCIAT REGES, NIVE CONSPERGENTVR IN SELMON. Vnde cùm intellexiſſet, omnia quæ in illa perturbatione fierent, à Deo decreta eſſe, licet homines arcanas Prouidentiæ rationes ignorarent: ſtatim ad reconciliationem & pacta priora nepotẽ prouocat, Syrgiannis conſilijs neceſſariò aduerſarus, qui iam olim talis ſtatus cupidus, nulla mora interpoſita ſtatim accurrit. Suprà enim diximus, Imperatorię poteſtatis licentiam iuniorem Andronicum ambiuiſſe: habitum verò & ſolicitudines toto impetu à ſe repuliſſe. Ac niſi à familiaribus ſubinde obturbantibus, ad totius Imperij affectationem impulſus fuiſſet, priori pacificationi acquieuiſſet. Enimuerò cum in præſentia accerſitus, Rhegium primò veniſſet, ibiq; matrem adijſſet: (iam antè enim è carcere educta, & illuc futuræ pacificationis ergò præmiſſa fuerat:) ibi cum matre, & per matrem omnia quæ fieri oporteret, decernit.

*Sparſæ literæ liberales.*

*Confictus Imperatoris obitus.*

*Theſſalonicenſis ſeditio.*

*Conſtantinus Deſpotes in carcerem conijcitur.*

*Andronicus ſenior ſorte Pſalterij adductus, pacẽ ſpectat.*

## DE ALTERA IMPERATO*rum pacificatione.*

INtra paucos verò dies, & ipſe cum auo Imperatore ante vrbis mœnia cõgreditur, ſene inſidente equo: cùm ipſe amplius vno ſtadio antè ex equo deſcendiſſet, ac quamuis auo multum refragante & vetãte, tamen pedes acceſsit, eiuſque equo inſidentis & manum & pedem oſculatus eſt. Deinde equo rurſus conſcenſo, eũ amplexus eſt, & oſculantem parum oſculatus: ſtatimq; pauca atq; obiter collocuti, diſceſſerunt, ſene in vrbem reuerſo, adoleſcente verò iuxta

ædem ſacroſanctæ Dei genitricis Pegæ caſtrametato. Vbi dies complures commoratus, interdiu etiam Conſtantinopolim ingrediebatur, & rurſus egrediebatur. Tum enim eriam mater eius, partim ob infirmitatem quandam, partim propter chariſsimi filij conſuetudinem, ad eandem ædem commorabatur. Ibi cum illa etiam Simonis agebat Cralæna, Imperatoris filia, modò è Seruia defuncto marito reuerſa, quę patri ea quæ hinc inde ſuſurrabantur planius exponebat.

## DE ESAIA PATRIARCHA.

EO rempore monachus quidam ex monte Atho, ſeptuagenario maior, nec vlla ſacerdotali dignitate præditus, & coninngendarum penè literarum imperitus, in vrbem venit, quem ob nimiam morum ſimplicitatem Imperaror in recens defuncti patriatchæ locũ ſuffecit: quamuis multa crimina liberè illi obiecta teſtataq́; fuiſſent, proptet quæ olim etiã nullum in ſacris gradnm conſequi poruerat. Quamobrem diuino iure ob humanã cupiditatem ſpreto, paſſus eſt Deus à ſimpliciſsimo illo homine eos principaru deijci: qui tanto ſtudio pro eo contenderant, vt progreſſu hiſtotiæ res ipſa declarabit. Cæterùm is patriatcha cum ptimùm ſolium conſcendiſſet, Imperatoris ſingulari beneuolentia fretus, Philanthropenũ pincernam in priſtinum grariæ locum repoſuit, quem ante annos octo & triginta ex inuidia amiſiſſe oculos oſtendimus, qui in negocijs Imperatoris

*Alexius Philandropenus Philadelphiã obſidione liberat.*

ſtatim, præſertim verò in tantis retum turbis, tantum conſilio excelluit, vt viri prudentiores ſibi Scipiones & Thebanos Epaminondas cernere viderentur, non ſine admiratione (cùm res humanæ firmi & proprij nihil habeant, ſed Fortuna continenter mutarione & deſtructione illarum triumphet & crebris vicibus velut in Tragœdia vitam deludat) quo pacto iudicium illius integrum atq; incolnme illam ſuperaſſet. Quæ cum inuidię repagula iam amouiſſet, eum è condemnationis ſordibus reuocauit. Teſtimonio eſt orarioni meæ illud tempus, quo virtus eius veluti Lydio lapide explorata enituit. Nam cum finitimi & ſuburbani Turci Philadelphiam obſidione rum cinxiſſent, & conrinenrer oppugnarent, foris ipſi, intus verò dira fames: indigenæ qui reſtabant, in periculo erant, ne cum ipſa vrbe, atque aris & focis, Turcis proderenrur, idq́; intra paucos fortaſſe dies accidiſſet, niſi Alexius Philanthropenus illius periculi tempeſtatem propulſaſſet. Nam in anguſtias redactus Imperator, & conſilij planè inops (neq; enim arma, neq; iuſtus exercitus ad vrbem tot ſtadijs à mari diſsitã, & à tot gentibus cinctam, defendendam ſuppetebar) hunc ipſum ablegat, nihil ſecum afferentem, nõ exercitum, non pecuniæ copiam: ſed tantum naruralem prudentiam, & vſum rerum. Qui priuſquam ad vrbem acceſsiſſet, cùm in medio adhuc itinere eſſet, hoſtium ſatrapæ & duces fama audita, ſtatim abiectis armis ab obſidione receſſerunt, viri virtutem veriti: & ſupinis ſimul manibus & pacatis animis eum obuiam progreſsi excoperũt: & beneficiotum quæ olim ab illo accepiſſent memores, gratias ei egerunt, ſe quicquid periſſet facturos pollicenres. Quidam enim eorũ vitam olim eius opera cõſeruarãt, partim eo magiſtro educari, & ad arma & miliriam inſtructi fuerant. Et quid mulris opus eſt? Philadelphiæ ſubitò ea felicitas & vbertas extitit, vt maximũ frumenti medimnum drachma compararent.

## DE SYRGIANNE IN *carcerem coniecto.*

SYrgiannes verò Imperatorum concotdia minimè lætus, animo æger, & triſti vultu obambulabat: maximè quòd tranquillis rebus, nullus eius vſus in Republica eſſe videbatur. Quare in conſeſsibus & circulis & vijs libenter cum illis loquebarur, quibus cõmunia negocia incõmodarant: & Imperaroribus conuiciabatur, vt à quibus ſummis affectus eſſet iniurijs. cùm aduerſiſſimis temporibus nunc huic nunc illi maximo vſui fuiſſet. Cùm autẽ Aſanem Andronicum mœrore plenum obambulantem conſpexiſſet, cui tempore diſſenſionis Peloponenſium Romanorum pręrura mandata fuerat:

*Aſan Andronicus Syrgiannã defert.*

deinde verò per ignominiam à iuniore Imperatore pulſus, & ad ſeniorem profectus, nihil eiuſmodi impetrarat, quo dolor eius leuaretur, quamuis magnis honoribus dignus eſſet, vt Sebaſtocratoris, & maioribus etiã, cum ob rei milirarís vſum, quo tum alios ſuperabat, tum ob illuſtre genus. Quibus de cauſis Syrgiannes ad illius amicitiam, quæ ſimili mœrore excitabatur, ſeſe adiungit: quo vt amico fretus, omnia quæ dolor fert, ſine vlla diſsimularione eloquitur. Aſan verò ſingulari prudentia tractans virũ, verbis haud diſsimilibus, & ipſe Imperatoribus maledicebat ſcilicet: omnia verò quæ à Syrgianne dicebantur, animo recondebat. Eius enim ambitionem prius eriam oderat: tum verò moleſtè ferebar, eum genero ſuo Cãtacuzeno, magno Domeſtico, qui apud iuniorem Imperatorem potentiſsimus erar, & ſpe ſubinde bona ipſum ſolabarur, eſſe inimicum. Cùm autem tota fabula inſtructa eſſet, Aſan Imperatorẽ auunculum clàm adit, &: Niſi Syrgiannem (inquit) Imperium affectantem primo quoq; tempore in vincula conieceris, primo quoq; tempore ab illo occideris. Statim igitur Syrgiannes in vincula conijcitur, domũ eius cum omnibus opibus plebs euertit & diripit: ſolem ædium cum vineis, in ouium paſcua conuertirur. Er hęc quidem ira geſta ſunt. Neq; verò mihi prętereunda ſilentio videnrur, quæ hoc rempore de Paſchate diſputata ſunt. Nam cùm de more palatium ingrederer, tali colloquio interueni. Ac cærera quidem, quę quamuis & ipſa honeſta ſint, & digna eruditorum auribus: tamen cùm & mulra ſint, & occupatis hominibus non admodum ſcitu neceſſaria, prætereantur. Quæ verò ſcitu digniora & iucundiora, exponantur.

## DE PASCHATIS *correctione.*

MEntionem intulit Imperator de aſtronomia & cœleſtibus orbibus & ſtellarũ tam errantiũ quàm fixarum motibus, vt mihi pro ſua erga me beneuolentia differendi occaſionem ſuppeditaret. Ego verò eam diſciplinã magnoperè collaudans, quòd & mentis oculos mihi repurgaſſet, & cæteras omnes diſciplinas quaſi viuis coloribus exornaſſet, quę ſine hac vera nihil niſi rudia lineamenta eſſent: inter cætera verò etiam paſchatis incidit mentio, quod ego & ipſum illius diſciplinæ partem eſſe dixeram: præſertim cum longo tempore de re, vt me diligens inquiſitio edocuerat, non niſi ijs nota qui aſtronomiam deguſtarũt, ad Imperatorem referre cuperem. Tum igitur, quod parturiebam, data occaſione peperi, nõ tamen ſine magnis difficultatibus. Erant enim qui ea ratione haud percepta, multũ mihi negocij faceſſerent. Ac niſi Imperator, qui ſolus meam orationem intelligebat, arrepta occaſione excellentia ſcientiæ ſuæ theſauros aperuiſſet, & inſigni beneuolentia viam orationi meæ patefeciſſet, forſitan per iniuriam condemnatus, non pulcherrimè ſtetiſſem. Qui cùm effeciſſet, vt & ego verba facerẽ, & illi tacerent, primùm velut fundamenta quædam ieci, deinde reliquum ædificium ex ijs extruxi. Ac primùm neceſſariam eſſe dixi, accuratam verni æquinoctij inquiſitionem, à quo (vt pòſt dicetur) cætera omnia pendent. Deinde proximè ſequentis plenilunij obſeruationẽ, quod die circiter decimaquarta à coitu ſolis & lunæ in eadẽ zodiaci parte perpendiculari contingat. Cùm autem paſcha noſtrum Moſaico reſpondeat, hoc verò pleniluniũ æquinoctio proximum ſpectet: ijs explicatis, ratio noſtra omnibus perſpicua erit. Exquiſitum æquinoctiũ binis tantũ anni diebus naturalibus accidit: vnum autumni initio, de quo nobis laborandum non eſt in præſentia: de altero verò quod vere contingit, accuratè agendum. Fit igitur exquiſitum æquinoctium in vere, cùm ſol primã arietis partem ingreditur, in qua etiam æquinoctialis circulus ab aſtrologis deſcribitur. Neq; verò ſingulis annis eodem modo fit: ſed apud Nabonaſarem ſub finem veſperæ vigeſimiquinti diei Martij, apud Philippum Aridæum ſub meridiem vigeſimiquinti diei eiuſdẽ menſis, quibus autem diebus Chriſtus pro nobis mortem oppetijt, die vigeſimotertio, multum ante ſolis ortum, ac potius media illa nocte: nunc verò noſtra ætate, die decimoſeptimo. Horam diei, aut partem horæ curioſè non excutio, quòd huius inſtituti non eſt: & tantum tempus teret. Quare interiecti tẽporis diſcrimẽ hinc colligi poteſt, & quando tempus vno die aut biduo aut pluribus etiã differatur. hoc verò non ratione motus ſolaris accidit, qui æqualis eſt, nec vſquam deflectit: ſed ob enumerationem dierũ anni, in qua nos labimur, trecentenis ſexagenis quinis diebus integrum vnius diei quadrantem adijciendo, contrà quàm oportebat. Vt enim Ptolemæus autor eſt, non quadrans integer, ſed trecenteſima diei parte minus eſt addendum: vt autẽ ego diligenti inquiſitione comperi, maiori & minimè trecenteſima parte. Quam meæ rationis certitudinem, nunc explicandi locus non eſt: viderint hoc, qui ſequentur, aſtrologi. Sed tamen ſit ita, vt ille dicit, ea enim ratio in annis non plurimis parum noſtram diſputationem impediet. Eo igitur autore, annis totis c c c. integer dies naturalis conflatur: & minuta illa diei pars, tot annis euidenter apparet. Ternis verò, quaternis, quinis & denis, aut ter etiam totidem, exigua illa acceſſio non ſentitur: qua ſiderum periti ante nos poſt tot annos ſubtracta, æquinoctij diem exquiſitè repererunt, & paſcha verè correxerunt: eaq; correctio facta eſt ab Adamo vſque ad annum ſexies milleſimum, & prope trecenteſimum. Ex eo verò tempore ad noſtram vſque ætatem res neglecta, neſcio quomodo incorrecta manſit: & qui noſtro tempore in Eccleſia paſchatis obſeruationem proximè vigeſimũ Martij diem auſpicari debebant, eam à vigeſimo ſecundo auſpicantur, nõ rectè ſanè. Nam cum paſcha ex lege nõ aliter niſi in oppoſitione & plenilunio celebrari debeat, ſatis conſtat, mutato æquinoctio, plenilunium etiam mutatum eſſe. Vnde ſequitur, Iudæorum etiã paſcha mutatum eſſe: eoq; mutato noſtrũ etiam eſſe mutandum, quod ab illo pendet, cui vt fundamento innititur. Facile autem hic error corrigetur, ſi biduum detrahere voluerimus. Tantum enim ſpacium tot interiectos annos poſtulare, methodus aſtronomiæ docet. Quod niſi fiet, error haud paruus incidit: & fit interdum, vt ſępe iam factũ eſt, vt opinemur primo & Dominico hebdomadis inſtantis die pleniluniũ eſſe, cùm id in ſextum eius quæ anteceſſit, hebdomadis inciderit, & nos ob eum errorẽ alium atq; aliũ Dominicum diem expectemus, & Chriſti paſsionem in hebdomade reſurrectionis celebremus. Vnde quæ errata conſequantur, non eſt obſcurũ. Hæc autẽ non ineptè, neq; temerè ab autoribus eſſe poſita, ſed rationem ſingula probabilẽ habere, iam declarabo. Hebræi plenilunium quod æquinoctium ſequitur, obſeruãt, quo & agnum immolarunt, & ex Ægypto fugerunt. Nam illius anni æquinoctium die Martij nono & viceſimo fuit: & quod ſecutum eſt æquinoctium, poſtridie, qui ſecũdum illos decimuſquartus menſis Niſſan fuit, quem illi Martij noſtri loco primum anni menſem numerant. Neque enim vt nos, neq; ab vno eodemq; die, mẽſes & annos Perſæ, Alexandrini, Ægyptij, Iudęi auſpicantur: ſed ſinguli aliter. Alexandrini tertio Cal. Septembris annum ſuum auſpicantur: Ægyptij nunc ab eodem, nunc ab alio, & ſubinde aliter. Perſę, Medi, Indi, neq; cum his, neq; inter ſe conſentiunt. Iudæi verò nunc ab hoc Martij die, more noſtro, nunc ab alio in ſuo Niſſan auſpicantur. Nam à congreſſu ad congreſſum duorũ luminum, menſium circuitus numerant: eum menſem qui vernum æquinoctium continet, quem Niſſan vocant, reliquorũ menſium principium conſtituentes: cuius ipſius incertum eſt principium. Dominus quidẽ Moſi olim dixit: Menſis hic vobis prin-

*Vernum æquinoctium & plenilunium.*

*Nabonaſar.*

*Aridæus.*

*Diuerſa annorum initia.*

princeps menſium erit Inter anni menſes. Decimo huius menſis die domi quiſq; ſuæ Iſraelita ſumet agnum, & is aſſeruetur à vobis vſque ad decimumquartum eiuſdem diei: tum eum maſtabunt verſus veſperam, & comedent. Erit eis hoc inſtitutũ æternum in generationes veſtras. Hac de cauſa, & in memoriã illius diei, quotannis feſtum Paſchatis celebrant. Præterea migratio ex Ægypto, ei typus eſt tranſitus ex hoc ſeculo in futurum. Quod cum veſperam habiturum non ſit, aliquo modo ſine veſpera etiam ſolennitatem illam eſſe oportere aiunt: id quod fit, cum luna plena lumine noſtrum hemiſphærium obtinet. Solis enim occaſum ſtatim tunc exortus lunæ ſequitur, nec vllam horam cœlum nobis obſcurum eſſe ſinit. Fuit igitur tum quoq;, vt probabile eſt, in noſtro hemiſphærio luna plena n[u]minibus, ſexta ſexti illius die hora, centũ & octoginta partibus à ſole diſtans. Quamobrem monſtroſa viſa eſt tum aſtrologis, & ſupra rationem facta ſolis defectio: neq; enim cauſam in natura aliquam habebat. Nam cum eandem vtrunque lumen partem occupat, naturales ſolis defectiones contingunt, luna ſolem ſubeunte. Eam verò partibus 180. diſsitam retrò conuerſo curſu ſolem ſubijſſe, id verò ſupra naturalem rationem factum eſt. Quare id miraculum aſtronomi ante omnes ſunt mirati, & Deum eſſe qui pateretur, dixerunt. Nam indoctis minimè quidem id portentoſum, ſed vſitatum ſuperioribus etiam annis viſum eſt. Eo igitur plenilunio Paſcha Iudæi immolarunt: eo æquinoctium fuit: eo & Seruator noſter mortem pro nobis oppetijt. Omnibus porrò notum eſt, tertiũ fuiſſe diem poſt Legis illud feſtum, quo Dominus noſter à morte reſurrexit, menſis Martij diem xxv. Quæ duo vtiq; eodem tempore, nimirum & menſis diem, & reſurrectionis myſterium bifariam & trifariam & multifariam diuiſa, piorũ cœtus obſeruanit. Nam alij menſis diem perpetuo inſtitucn noſtræ feſtiuitatis miniſtrum exegerũt, alij paſchatis diem ex obſeruatione legis prius indagabat. Deinde tertio ab illo myſteriũ noſtrum celebrant: vnde infeſta, vt ita dicam, feſtiuitas extitit, & non parua ſeditio & perturbatio in Chriſti Eccleſiam inuaſit. Nam ſi ſemper in tertium legalis Paſchatis diem eodẽ tempore incideret, & quintus ac vigeſimus dies eſſet melius eſſet feſtumq; conſentiret. Sed quia perrarò fit vt ſimul incidãt, & vix intra annos plurimos: id verò perpetuum ferè eſt, atq; annuum, vt alterum ab altero diſtet: alij ęquinoctij plenilunium anteuerterunt, alij ſecuti ſunt: alij ſpretis æquinoctijs & agnis, & ſacrificijs & omnibus legitimis ritibus, quadrageſima tantum numerata, ieiunium abſoluerunt, vtcunq; cecidiſſet. Hinc multa cõfuſio & perturbatio extitit ex vnica re. Annon enim probabile eſt, alios cibis abſtinuiſſe, & Seruatoris paſſionẽ cum dolore eſſe recordatos: alios verò indulſiſſe genio, & eius triumpho exultaſſe: & quod rectum vtrinq; fuit, non rectè obijſſe, vnum in multa diuidendo, & Eccleſiæ cõcordia diuellenda, & vnionis pulchro vinculo rumpendo? Hac igitur ſectione animaduerſa religionis proceres diuiniq; magiſtri, ſanctionibus canonicis velut aggeribus quibuſdam obiectis, prohibent, ne quis ſidelis ante vernum æquinoctium Reſurrectionis feſtum celebret: ſed die Dominico poſt paſcha Iudaicum, nimirum poſt plenilunium, quod æquinoctium ſequitur. Quibus de cauſis cuilibet fideli diligenter eſt id plenilunium quærendum, quod æquinoctium ſequitur: niſi ritus Eccleſiæ violare malit. Hoc enim ignorato, ſequitur etiam feſtiuitatis diem ignorari: noſq; velut in ignoto pelago perinde ac errantem nauem, facere naufragiũ, quæ nocte & tempeſtatibus exagitata, & anchoris ſpoliata, in portum peruenire nequit. Hęc ad hunc modũ explicata & demonſtrata, Imperator cũ voluptate accepit: fortaſsis etiam correctionem aggreſſurus, niſi veritus eſſet, ne indocti magis perturbarentur, ac diſsideret Eccleſia. Itaq; rem ſilentio præterijt, & planè intactam reliquit: Negauit enim eſſe facile, vniuerſos in quauis terra & inſula percurrere, & correctionem hanc edocere. Contrà, diſſenſiones eſſe, & alios alio die feſtum celebrare, ne id quidẽ valde bonum eſſe. Quibus incommodis inter ſe collatis, præſtare viſum, ne quid nouaretur: ſed ita manerent omnia, vt ad nos perueniſſent. Mihi verò contrariũ magis probabatur. Nam omnes eiuſdem Imperij ciues, ſi non vno, & altero & tertio anno eò adduci poſſe: id quod & ante nos olim, vt diximus, ſæpe factum eſt. Cæterùm quibus de cauſis antè diximus, Imperatoris ſententia, repudiata noſtra valuit. Atque hæc hactenus.

*Plenilunium æternitatis typus.*

*Eclipſis ſolis.*

*Correctio turbæ maioris occaſione prætermiſſa.*

DE IVNIORIS IMPERATORIS *coronatione.*

POſt hæc Byzantium profectus Imperator 4. Nonas Februarij octaua indictione coronatus eſt. Accidit autem, vt vtrunque Imperatore ea de cauſa in magnum diuini verbi Sapientiæ templum abeunte, ſenior lapſo equo in cæno ex aqua pluuia collecto concideret in via: qui caſus ei ominoſus eſſe videbatur, iudicio prudentiorum. Sequenti anno Panyperſebaſti filia Crali Seruiæ principi nuptura abibat: paulo pòſt & mater, eius viſendæ gratia, eòdem ſeſe contulit: quam mox & Panyperſebaſtus eſt ſecutus, nolens Imperatori diutius obnoxius eſſe, ſed ſibi ipſi quærere Imperium, quod hæreditario iure ad ſe pertineret. Relicta igitur Theſſalonicæ cura & adminiſtratione, & ipſe ad Cralem generum ſuum abijt, à quo ad exequenda deſtinata adiuuaretur. Ab eo igitur ſuſceptus, & vnà cum eo egreſſus, omnem regionem vſque ad Strymonem & Serras populatur. Quamobrem ſenior Imperator maiorum malorũ metu, legatos ad eum cum Cæſareis inſignibus miſit. Quę cũ ille Scopijs oppidulo accepiſſet, geſtauit: ſeq; deinceps quieturũ eſſe promiſit, neq; quicquam amplius petiturum. Sed iam Theſſalonicã rediturus grauiſsimo morbo affectus, intra paucos dies deceſsit. Cæſariſſa verò vxor eius, cùm deſiderio conſuetudinis filiæ & generi, tum Romanorum verecundia, propter ea quæ maritus eius fecerat, inde abire noluit.

*Omẽ amittendi imperij.*

*Panyperſebaſti ſeditio & obitus.*

Quare pater eius cosſus, Imperatori autor fuit mittendæ ad Cralem legationis, tum de Romani Imperij ordinatione, tum de Cæſariſſa cogēda vt domum rediret. In ea legatione collega

*Legatio Gregoræ ad Cæſariſſam.*

ego fui, præter cæteros etiam, fratris mulieris: & in itinere non paucas experti ſumus difficultates, cum Scythicæ incurſionis fama vagaretur, & homines in caſtella ſe reciperent, deſertis ædibus, in quibus veſperi diuerſandum nobis erat, & corpora feſſa devia recreanda. Ac ea quæ ad Strymonem vſque nobis acciderunt, mitto: ibi enim grauius aliquid nobis accidit, maximè dignum auditu, ſi quis ea quę & dolorem & riſum excitant, deſideret. Temeritate enim noſtra, quę Democriti ſplenem poſtulet, in id periculum deuenimus, quod vel Heracleti lachrymæ exhauriantur.

*Strymō fl.*

Norunt enim omnes, Strymonem fluuium & peditibus & equitibus eſſe imperium, quod maximus eſt inter Macedonicos & Thracios amnes, qui in Helleſpontum, & Ægeum mare exonerant. Oritur enim è maximis montibus cui à ponto Euxino exorſi, continentibus iugis vſque ad Ionium mare porriguntur: qui verſus Meridiem & Auſtrum, Thraciam & Macedoniam, verſus Septentrionem Myſias & Iſtrum fluuium terminant: qui & ipſe maximus inter eos qui Scythiam perfluunt, quinque hoſtijs in Euxinum pontum irrumpit. Hunc igitur Strymonem talibus fontibus ortum, & adeò vorticoſum, exigua nauicula traijciendo, nunc ſinguli, nunc terni, interdum cum ipſis iumentis, magnam diei partem conſumpſimus. Noſtrûm enim & iumentorum numerus CXL exceſſit: & iam ſol ad occaſum vergebat. Cumq; ibi diuerſari deberemus, malo conſilio progreſsi ſumus, ſperantes nos iuſta diuerſoria inuenturos, priuſquam ſtadia XV conficeremus. Sed ea ſpes fruſtrata nos eſt: nam prædonum continentes incurſiones locum illum paulo antè celeriter vaſtum & deſertum effecerant. Proinde velut errones quidam, rebus noſtris Deo incertæque ſpei commiſsis, vagabamur. Occubuerat ſol, tenebræ operiunt omnia, luna abeſt, modò enim alterum ſuum circa terram eccentricum prætergreſſa, quadratoq; radio ſolem intuens, parum nos ſuo lumine iuuabat. Quare in denſiſsimis tenebris, vt ij qui per Tænarum ad inferos deſcendere, aut Trophonij antrum ſubire perhibentur, ambulamus. Nam ad illunem noctem etiam tumulorum in circuitu vmbræ accedebant, quorum vertices cœli conſpectum ita nobis eripiebant, vt infelix iter ne ſtellarum quidem obſeruatione regere poſſemus. Tum verò animus quod aiunt, in pedes mihi decidit, ob longi itineris difficultatem. In ſaltum enim denſum & inæqualem incidimus, quo cum & veſtes & calcei noſtri ſentibus & ramis arborum lacerarentur, oculis metuentes, equorum habenis & flagellis omiſsis, manibus faciē conteximus. Noſtri verò comitatus nonnulli, quid nobis fieret parum curantes, vociferabantur, & tragicas cantilenas cantabant, & res geſtas veterum heroum (quorum famam accepimus, ſed certi nihil habemus) celebrabant. At fauces & conualles in quibus hærebamus, repercuſſa voce à circumiacentibus montibus, velut alterius reſpōdebant, vt in choreis fieri ſolet. Quamuis autem meipſum confirmare vellem, ac recipere animum ſtuderem: facere tamē non poteram quin viam execrarer, & ſubinde inſidias, latrones, ſicarios expectarem, qui ex obſcuro nos adorti occiderent.

*Periculum latronum.*

Dum autem in his ſumus, ſubitò viti quidam ex illis rupibus & cauernis exurgūt, nigris induti veſtibus è lanis & velleribus, quæ pecudibus detraxerant, diabolica planè ſpectra: ſed non armati erant, niſi haſtis & bipennibus, plerique ſine thoracibus & galeis. Erant etiam qui fundas & arcus geſtarent. Ac principiò quidem fieri non poterat, quin noſtris & intempeſta nocte, & ignotis in locis terrorem incuterēt, præſertim cum noſtra lingua haud vterentur. Illius enim loci incolæ pleriq; Myſorum coloni ſunt, & communi cum noſtris popularibus victu vtuntur. Deinde recepimus animos, & ad nos redijmus. Nam ſua lingua nos comiter & hilariter ſalutabant, nec quicquam infeſtum & latrocinij ſimile præ ſe ferebant, ſiue quòd pauci cum multis congredi non audebant: ſiue Deo ita gubernante, quod & probabilius altero mihi videtur. Cum enim ibi habitarent, & in ijs præcipitijs inſidias collocare conſueuiſſent, & ſyluę denſitate plurimùm iuuarentur: obſcura nocte nobiſcum, qui peregrini eſſemus, vt videntes cū cæcis, pugnaſſent. Sed tamen cum eos reſalutaſſemus (erant enim nonnulli è noſtris, ſermonis eorum non planè rudes) cur ibi degerent, hanc cauſam pacis afferebant: ſe cuſtodes eſſe viarū, ad propulſandos eos, qui finitimos agros clàm infeſtare vellent. Cum iam tertia noctis pars effluxiſſet, vt è quibuſdam ſtellis, quæ ſupra capita erant, conijciebamus, latratum canum procul audiebamus, qui nos tantum non inuitabant, & pagum frequentem eſſe oſtendebant, in quo feſsi de vis ſi nō abundè, at quantum ſatis eſſet, refici poſſemus. Quò cum prope peruenissemus, alij alibi diſperſi, diuerſoria intrauimus, veluti è tempeſtate & naufragio in portum vtcunq; eluctati. Quod ſi eſurienti quiuis panis ſuauis eſſe dicitur: nobis tum in cineribus volutari ſuaue & humanum videbatur.

*Strumitza*

Poſtero die in itinere exacto, oppidulum Strumitzam intrauimus, quod penè ſupra nubes eminet, adeò prærupto & excelſo monti impoſitum, vt homines in propugnaculis ſedentes, è valle ſuſpicientibus auiculæ videantur. Ibi ſacrum Paſcha, moleſtè id quidem, & præter veterem noſtram conſuetudinem ſed tamen celebrauimus. Ibi enim omnis doctrina, rythmi & Muſica ſacræ hymnodiæ pro nugis habentur: quippe cum oppidani barbara ferè lingua vtantur, & iſa ſine moribus qui aratrum & ligonem in primis deceant. Canebant illi quidem, ſed ſine vlla arte ſine vlla concinnitate, vt lupos aut canes vlulare diceres. Ibi cum toto die conſiſteremus, partim ſolennitatis partim acquieſcendi cauſa, è mœnibus tanquam nubibus in ſubiectam vallem proſpectantes: quum alia quæ in feſtiuitatibus fieri ſolent, tum choreas virorum, adoleſcentū,

puerorum

puerorum ſpectamus, ne omnis feſtiuitatis expertes eſſemus: & multo quidem iucundiua, quàm Spartani ſua Hyacinthia, aut Athenienſes ſua Iouialia, cum eis illa feſta in agro ſuburbano celebrare viſum fuerit. Vt enim ijs magis delectaremur, in cauſa erat pietas: & quòd peregrè & à noſtris remoti, velut in vaſto pelago in inſulā peruenirem us, vbi omnia iucundiora videntur quàm reuera ſunt. Tertio inde die Scopia

*Scopia.* *Axius.*

peruenimus, Triballorum oppidulū, quod ab Axio flumiue alluitur, quod poſt Strymonem maximum nobis videbatur, & ijſdem quibus ille mōtibus erumpens, ab ipſa quidem origine non tantum, ſed in decurſu montium multis torrētibus auctum, & nomine in Bardarium mutato,

*Bardarius.*

aliquando & quibuſdam in locis nauigabile eſt. Vbi regis, cui Triballi omnes ſumma cum obſeruantia parent, ſocrum conuenimus, generoſam Cæſariſſam, lugubri habitu animi dolorem teſtificantem.

*Cæſariſſæ luctus.*

Erat enim ob recentem adhuc caſum perturbata: auctóq; conſpectu noſtro dolore, tota in lachrymas & lamentationes ſoluitur, crebrò maritum Cæſarem, multorum Imperatorum ſtirpe ortum inclamans, formoſum, aureum, dulcem, omnibus bonis vndequaque refertum. Pectus eius mare calamitatū erat, oculi fontes lachrymarum, totáq; mœroris fluctibus mergebatur, in terra deſerta & aliena, & (vt dicam) ad flumina Babylonis, deſtituta ab amicis, parentibus, cognatis, popularibus, omnibus deniq; rebus, quæ animum graui triſtieia oppreſſum conſolantur. Cur, inquit, in acerbitate lumen datur, & afflictis animis vita? Hæc & id genus alia dicens, laniabat genas, & ſanguinis riuos vnguibus eliciebat, tantum non robora & ſaxa, ad dolorem & lachrymas commouens. Inde nos conſolando & monendo ſedare dolorem eius conabamur, hinc optimus illius frater, iu de legationis collegæ, nunc ego, nunc legatorum quiuis, nunc vniuerſi: donec tandem effecimus vt reſpiraret, non quidem penitùs, & vt nos optabamus, ſed aliquo modo tamē. Erat enim alioqui prudentiſsima noſtræ ætatis matrona: faciléq; intelligebat, & animo recondebat, ſi quis in tempore rectè ſuaderet. Tum igitur nobis quoque, quicquid ad conſolandum pertineret afferentibus, planctum quidem & lachrymas compeſcuit: animus verò eius ob calamitatis magnitudinem, nullam cōſolationem admittebat: ſed capite manui impoſito, omnes ſenſus ad animi penetralia reuocabat, ſæpe mariti ſimulacrum animo ſibi repreſentans, fortunáſque ſuas ſubinde reputans, tota cogitationibus fluctuabat: tum alia pectore verſans: tum vt ſupra cedros Libani exaltata, & lilijs agri pridem floridior, & felicitate omnes æquales ſuas prætergreſſa, ſubitò concidiſſet, floremq; ſuum mirabiliter carpi & marceſſere videret. Ob hæc igitur cum profundis ſuſpirijs gemebat, velut è magno camino acerbitatis internæ fumos euoluens feruentes & flammeos. Tandem & noſtro conuentu diſſoluto, ſuum quiſque diuerſorium petijt. Diebus interim decem elapſis, cum Triballorum princeps in proximo ageret,

*Cralesſocrum comitatur.*

reſponſo quale petebatur vni è legatis dato, eóque abire iuſſo, vnà cum vxore ad ſocrum conſolandam aduenit, legationis reliquum abſoluturus. Id verò erat, vt Cæſariſſam modeſtè debitáque eum reuerentia, partim vt ſocrum ſuam, partim vt Magni Imperatoris viduam, denique vt inſigni calamitate affectam comitaretur: quæ omnia exiguo tempore confecit, vt ipſe putabat, pulchrè, ſed reuera multum infra dignitatem. Verùm, vt prouerbio dicitur, ſimij ſimiorum, formicæ formicarum more ſuas res adminiſtrant, quòd ſi aquilarum & leonum ritu haud poſſunt, id in eorum poteſtate ſitum non eſt, ob primi ortus vilitatem, & prudentiæ cuncta regentis penuriam.

*Innata barbaries moribus incurabilis.*

Quare ſapiens ille fuit, qui primus animo concepit, & lingua expreſsit, ſiue id Thales Mileſius fecerit, ſiue Plato, ſeu potius vterque acceptum alter ab altero, Beatum eſſe ſeſe, qui non barbatus, ſed Græcus natus eſſet. Nam & mihi aliquid haud diſsimile, ipſa experientia edocto, in mentem venit. Sed ne longum faciamus, illuc nobis redeundum eſt. Cum enim in reditu vnius diei iter progreſsi eſſemus, diſceſsimus. Cæſariſſam enim vrgebat neceſsitas, vnà cum cæteris eundi Theſſalonicam, vt extrema coniugis mandata exequetur. In extremo enim ille ſpiritu mandarat, vt ſuum cadauer in eam vrbem perferretur. Me verò cum certis mandatis quamprimùm Byzantium ire iuſsit, Triballo quodam adiuncto, qui nobis per aſperas vias ducendo moleſtum effecit reditum.

## DE ALTERA IVNIORIS *Imperatoris coniuge.*

HOc tempore cum Alemanna Irene iunioris Imperatoris vxor, abſque liberis deceſſiſſet, alteram è Langobardia acceſsit, quā mutato nomine Annam appellauit, ex eáque liberos ſuſcepit, vt orationis progreſſu dicemus: Sed cum aliquando in Cherſoneſo venationibus vacaret, accidit vt LXX Turci, naufragio facto in littus eijcerentur: qui ſatellitibus Imperatorijs longo tempore fortiter reſtiterunt, adeò vt priuſquam ibi occiderentur, non Romanos modò multos, ſed Imperatoris etiam pedem vulnerarent, cuius ictus dolore diu eſt conflictatus.

*Andronicus iunior à Turcis vulneratus.*

Iiſdem temporibus, cum Orientalia negligerentur: pleræque vrbes & prouinciæ Bithyniæ ſunt à Turcis ſubactæ. Eſt & Prusa fame domita.

*Bithynia à Turcis occupata.*

Hoc etiam tempore Manichæorum doctor, vir prudens, cum prudentioribus factionis ſuæ ad orthodoxam noſtram Eccleſiam ſe contulit: qui ſectæ ſuæ ritibus ex animo abiuratis, ſacrum baptiſma ſuſceperunt. Vellem equidem & ſectæ illorum dogmata hoc loco referre, vt lectoribus riſus materiam præberem: ſed cum ea ab alijs ante nos expoſita & refutata ſint, nos verò ad abſoluendam hiſtoriam feſtinemus, his omiſsis illuc redeamus.

### DE PRODIGIIS QVAE IMPERATRICIS VRBIS CAPTIVITATEM PRÆTVLERVNT.

*De prodigiis quæ imperatricis urbis captiuitatem prætulerunt.*

*Eclipſis lunæ.* *Sus religioſa.* *Altera lunæ eclipſis* *Nubes crucis imagine.*

OBſeruatu dignæ ſunt impendentium malorum prædictiones. Prodigia enim ſtatim anni initio apparuerunt, quæ ſatis oſtenderent, eo anno inſtare calamitatem. Nam incipiente ſexies milleſimo octingenteſimo & trigeſimonono, Calendis Septembris luna prorſus obſcurata eſt. Cuius initium adhuc noctu cœpit, durauitque donec orto ſole ipſa terram ſubijt. Id oſtentum clandeſtinos ſanè dolos ſignificauit, ſed non planè improuiſos, qui ad magnam publici ſtatus perturbationem concinnarentur. Sub quartam porrò eiuſdem diei horam, ſacris imaginibus veteri more, vnà cum Imperatore, patriarcha & pontificibus ad Porphyreticam columnam congregatis, cui ſacra crux inſiſtit, cum ſacri hymni canerentur, porcus alicunde elapſus, ſubitò in medium pſallentium cœtum inſilijt, multo cœno inquinatus: & variè huc atque illuc vagatus, vix tandem exceſsit. Id prudentioribus confuſionem quandam Chriſti Eccleſiæ, & factionem ſignificare viſum. Poſt ſemeſtre rurſus luna defecit, colore nubilo & nigro vmbræ, lumen eius obfuſcantis: quæ à meridionali eius exorſa parte, eam vſq; ad decem digitos obtexit: quod vtique calamitatem à meridiana Romani Imperij parte imminentem portendebat. Paulo pòſt aliud etiam in cœlo ſignū apparuit. Cum enim ſol in ipſo meridie verſaretur: in occidente per longum cœli ſpacium nubes crucis imagine apparuit, ex albo & nigro colore veluti contemperata. Sed res altius repetenda eſt.

## *NICEPHORI GREgoræ hiſtoriæ Romanæ liber nonus.*

### CAPITA LIBRI IX.

*Cauſa extremæ calamitatis.*
*Michael Bulgarorum princeps vnà cum vxore Didymotichum venit.*
*Senioris imperatoris ad iuniorem legatio.*
*De Marchione Imperatoris filio.*
*Iunioris imperatoris oratio.*
*Senioris imperatoris oratio.*
*Coniuratio patriarchæ & quorundam pontificum contra ſeniorem imperatorem.*
*Legatio Michaelis ad ſeniorem Imperatorem.*
*De terribili Logothetæ ſomnio.*
*De captiuitate Theſſalonicæ.*
*De fuga Deſpotæ Demetrij ad Cralem Seruiæ.*
*De Baſilico Nicephoro in Melenico.*
*De inteſtino bello ad Maurum fluuium.*
*De claſſe Veneta.*
*De caſtris Bulgaricis.*
*De duobus viris qui Conſtantinopolim prodiderunt.*
*Ingreſſus iunioris Imperatoris in Conſtantinopolim.*
*Iunioris Andronici moderatio.*
*De aui ſupplicatione ad nepotem.*
*De reuocatione Eſaiæ patriarchæ.*
*De humano iunioris imperatoris ingenio.*
*De Michaelis Bulgari incurſione.*
*De Lagni Logothetæ exilio.*
*De magni Domeſtici Cantacuzeni prudentia & comitate.*
*De Imperatoris aduerſus Orchanum expeditione.*
*De conſtitutione iudicum.*
*De inſulæ Chij, quam Narttinus tenebat, occupatione.*
*De grauiſſimo iunioris imperatoris morbo.*
*Principium ſuſpicionis contra Syrgiannem.*
*Senioris imperatoris monachatus.*
*De ſenioris Andronici cum patriarcha collocutione.*
*De theſauro in Perſide inuento.*
*De nouis ſcriptis Byzantium allatis.*
*De bello Bulgarorum & Triballorum.*
*De eclipſi ſolis.*
*De captiuitate atque interitu Michaelis.*
*De Bulgaricis oppidulis ab imperatore captis.*
*De Alexandri Bulgari principatu.*
*De ſenioris imperatoris obitu, & oſtentis quæ eum antecesserunt.*

*Aui longæuitas nepoti moleſta.*

CVm iunior Andronicus vitam ſenioris in longiſsima extendi ſpacia cerneret, & præ animi puſillitate principatus diuiſionem ferre nō poſſet, ſed omnem poteſtatem in ſe quam primùm translatam vellet: decreuit eſ dolis & technis quibuſdam, aut habitum Imperij, aut vnà cum eo ipſam etiam vitam auferre. Itaque omnia ordine, ſine vlla cunctatione inſtruxerunt, quæ ad id conſilium ad exitum perducendum pertinerent.

### DE IVNIORIS IMPERATORIS ad Bulgaros miſſa legatione.

*Michael Sphendoſthlabi & regnum et vxorem accipit.*

AC primùm legatos ad Michaelem, qui Bulgariæ intra Iſtrum ſitæ principatum poſt Sphendoſthlabi obitum ſuſceperat, mittunt, de firmo & non facilè rumpendo fœdere ineundo. Cum enim iunior Andronicus Cralem Seruium ſeniori eſſe addictiſsimum cerneret, propter recens contractam cum filia Cæſaris affinitatem: veritu[s]que ne ſuis conatibus obſtaret, ipſe ad Michaelem ſe adiungit, quippe cui nuper ſororem ſuam deſpondiſſet, Sphendoſthlabi vxorem inquam. Cum enim Bulgarici regni potitus eſſet, ſtatim nobiliores nuptias expetiuit: dimiſſaque priore coniuge ex qua liberos ſuſceperat, (erat autem ea Cralis Seruiæ illius temporis ſoror) illius loco Imperatoris ſororem Ternobi viduam agentem, matrimonij ſocietate ſibi iunxerat. Sub hoc tempus etiam mater Imperatoris Didymotichum profecta, Legati ad Michaelem mittuntur qui eum ad Imperatorem & vxoris matrem vocarent, multis de cauſis. Dominam enim per multos iam annos videndæ filiæ cupidiſsimam eſſe (eſſe enim ſupra tres & viginti annos, ex quo mutuo conſpectu illius frui non licuerit) Imperatorem etiam tum ſororis nunquam antè viſæ, tum mariti illius ſpectandi deſiderio teneri, & quia gener

eſſet,

eſſet, & vt archanorum fieret particeps. Quæ cũ ita ſe haberent. Michael cum vxore Didymotichum proficiſcitur, ac per multos dies & ab Imperarore & à domina publicè priuatimq; ſplendidiſsimè & magnificentiſsimè habitus eſt. *Andronici iunioris et Michaelis Bulgari fœdus.* Tandem ſic inter eos conuênit, vt Michael Imperatori contra auum, Imperator Michaeli contra Seruię Cralem, auxilia ferret. quòd ſi totum Romanum Imperium auo deiecto occupaſſet, magnam ei ſe pecuniam daturum, & prouincias & vrbes Romanas aſsignaturum, partim vt affini doris nomine, partim vt ſocio laborum. His ita peractis, Michael cum vxore domum redit amãtiſsimè tractatus è ſocru, multiſq; acceptis muneribus, & promiſsis maioribus in poſterum erectus. *Nepos auo inſidiatur.* Hoc ſtatu rerum fretus Imperator, & pręter cæteras vrbes Byzantios quoque ſauere ſibi cernens, à quibus clàm ad maturandam expeditionem incitaretur, quòd diuturnæ vitæ & torporis aui pertæſum eſſet, rem dolo & calliditate gerendam cenſet, vt auo deuicto ſolus Romanis imperaret. Cum autem pecunia ei eſſet opus ad tales conatus: pecuniam quæſtoribus à ſeniore in Traciam miſsis, per vim eripuit. Sibi enim opus eſſe pecunia: Imperarorem ſe quoq; eſſe: ſummæ autem neceſſarium, atque aptiſsimum eſſe, vt communia negocia communibus ſumptibus expediantur. Deinde ſe legatos Alexandriam ad Ægypti principem certis de cauſis miſſurum ſimulans, Byzantium proficiſcitur. inde enim onerariam maximam è portu ſoluturam, quæ in Ægyptum iret. Neq; verò ſimpliciter proficiſcebatur, ſed magna manu collecta prius & Thracijs vrbibus concilisris & firmaris ſuſpectos omnes exigendo, & familiares ſuos introducendo. *Inſidiæ nepotis auo aperiũtur.* Sed dum hæc agitat, quidam ex eius intimis clàm elapſus, in aui eius palatium peruenit, & omnes ſingulatim conſiliorum illorum dolos detegit: cùm cætera elocutus, tum illud etiam, vt nepos ſtatuiſſet ei abrogare Imperium, ut etiam vitam eripere, ſi reſiſteretur. aut ſi negocium nihil difficultatis, facilemque progreſſum haberet: ademptuium illi vnà cum Imperio etiam poteſtatis inſignia, indutumque monaſticum cucullum in cuſtodiam daturum. Quare cauendum ne illum ſolita via incedentem, in vrbem imprudens admitteret, ſed alacriter illi occurreret: in ſummum enim rem adductam eſſę diſcrimen. His Imperator auditis, & ad ea quæ ex alijs audierat, aures adhuc veluti perſonanria, collatis & expenſis, cum nihil falſi eſſe comperiſſet, inſurgit & ipſe, atq; ad Dominum clamitans, Mulctato eos (inquit) Domine, qui iniuria me afficiunt: & qui contra me inſurgunt, erubeſcant: & Imperatoriam mihi poteſtatem conſerua. quam abs te donatam, ia ereptum venit manibus meis, quem ego genui & euexi. Deinde ad rem gerendam accedit.

## SENIORIS IMPERATORIS
### *ad iuniorem legatio.*

*Vrbis interdictio.* AC primùm ad nepotem in medio itinere adhuc agentẽ mittit, qui ei vrbis ingreſſu interdicerent. Nouæ, inquit, artis eſſet, ſi tam apertè fœdifragus, eaq; quibus reſpublica pereat & agens & moliens, latêre conatus ſuos poſtularet. Erat præterea mandatũ legatis, vt apud eum, coarguendi eius animi cauſa recenſerent, quot occaſiones rupti fœderis præbuiſſet: quæ ſummatim hæ erãt. *Expoſtulationes.* Vna, quòd Imperatoris quæſtoribus omnibus pecuniã eripuiſſet, cuius nunquã maior penuria fuiſſet: cum ea eſſent tempora, quæ ob diuiſionem Imperij ſumptus maximos poſtularẽt. Altera, quòd à ſe miſsis vrbium rectoribus eiectis, alios ſuo arbitratu ibi collocaret. Tertia, quòd Cralænam, amitam ſuam, & monaſtico indutam habitu, indignantem & reluctantem, ad inceſtum coitum compuliſſet. Accedebant & aliæ cauſę, propter quas ei vrbis ingreſſu interdiceretur: plurimæ illæ quidem, ſed non ita firmæ. *Auus auxilia contrahit.* Deinde clandeſtinis literis auxilia à Crale Seruiæ principe & Demetrio Deſpota filio ſuo perit, qui tum Theſſalonicæ & adiacentium locorũ curã agebat: eiq; mandat, vt duos fratris filios qui Belligradis & Macedoniæ præerant, Andronicum Prorouelliarium & Michaelem Aſanem, ſecum ſimulq; Macedonicas legiones adducat: firmatis tamẽ prius vti opus ſit, Macedonicis vrbibus & pulſis ſuſpectis. Deinde cum auxiliatibus Seruiorum copijs, primo quoq; tempore contra iuniorem Imperatorem Andronicũ ducat. *Literæ chartaceæ & linteæ.* Cæterùm literæ qua ad Cralem Seruiæ, ad Deſpotã, ad alios præfectos ſcriptas eſſe diximus, partim ab itinerũ cuſtodibus exceptæ ſunt, eæ nimirum quæ chartæ inſcriptę fuerunt: partim ijs deceptis, perlaræ ſunt tenui linteo & albo inſcriptæ, rabellariorum veſtibus ſolerter inſutæ fuerant. nam Imperaror iunior cùm in alijs anguſtijs, tum circa Chriſtopolim cuſtodes collocarat, qui omnes prætereuntes excutiebaut, nũ literas Byzantio afferrent: quos fallere perdifficile erat. Ac hos quidem eorum quæ Byzantij & agebantur & agitabantur, nihil latebat: illos verò latebant omnia, quæ hi foris & agebant & agitabant. *Nepos auo gratioſior.* Nam omnes ſponte ad eos inclinabant, alij apertè & animis & corporibus: qui verò corporibus non poterant, animis certè & toto pectore cum illis coniuncti erant, non modò tota ferè Byzanrina plebs, ſed & Senatorij & aulici proceres, & cõſanguinei Imperatoris: qui ea quæ in vrbe gerebantur, omnia indagantes, ſingula illis ſignificabãt. *Theodorus patris proditor.* quorum vnus fuit etiã Imperatoris filius Theodorus Marchio, qui ante multos annos à matre in patriã illius, vxoris ducẽdæ cauſa, vt dixi, miſſus, & per temeritatem & ſocordiam ære alieno oppreſſus, poſt matris obitum ad patrem, vxore & liberis illic relictis, reuerſus, iam in vrbe degebat: qui prętet alis paternæ benignitatis & beneuolentiæ officia, & victum Palatinum, omni etiam ære alieno à patre è fiſco exolutus erat. Quæ ille omnia per amentiam oblitus, & omni debita patri obſeruantia relicta, Iudam imitari, & patris Imperatoris proditor eſſe voluit. Nam & hic, ſucceſſore amoto, Romanum Imperium ſomniabat & cum pater præter alias multas cauſas, quod & animo & religione & habitu & raſa

barbs germanè Latinus eſſet, poſtujatio eius annuere nollet ægrè ſe illi facturum putabat, ſi ad iuniorem Imperatorem defeciſſet. Ita quo Imperatori ſanguine coniunctior erat, eo acerbior patris inimicus extitit. Seqoenti menſe Nouembri, Demetrius Deſpota Imperatorijs literis Theſſalonicæ acceptis, ſtatim Protoneſtiarium & Aſanem accerſit: qui cum conueniſſent, ſimul & milites conſcribebantur, & iuniotis Imperatoris ſtudioſorum facultates miliribus diripiendæ dabanrur, quas in Macedonicis agris & vrbibus habebant. Aperiebantur eorum granaria, & cellæ vinariæ, & quibuſuis magna copia patebat eorum præterea qui refragabantur, bona publicabantur & ipſi exilio mulctabantur. Ac ibi quidem hæc fiebant. erant etiam Cralena auxilia iamiam ad eos ventura. Cæterùm nec iunior Andronicus quierus ocium agebat: ſed clàm In omnes terras & inſulas, Byzantium Theſſalonicam & Macedoniam edicta mittebat, quibus populis immunitatem & libertatẽ à tributis, militibus vèrò redirus & maiora ſtipendia promittebat. Quæ mox vt audita ſuère, omnes commonerunt, eoſque deprauatis animis impolerunr, vt prorſus ad illum tranſirent, & animis & linguis & manibus, & omni ſtudio, & clandeſtinis lireris illum accerſerent, & impreſſionem eius accelerarent. Cum autem res ita ſe haberent, ad Rhegium peruenit Imperator, atq; inde legatos ad ſeniorem mittit, vt alterutrum ſibi concedatur: aut per indocias ingreſſus in vrbem, aut vt aliqoibus è Senatu, ex Eccleſiæ principibus, & è populo eruditis ad ſe egredi liceret, qui ſuam orationem Imperatori, & toti Byzantio renunciare poſſent. Senior verò, cum ea poſtulata plena doli eſſe iudicaret, diu ſiluit, ſecum deliberans vtrum præſtaret. Nam nepotis in vrbem ingreſſum, pernicioſum, nec incruentum fore: paratos enim Byzantios eſſe, vt ad illũ deficiant, ſtatim intra portas conſpectum, & ſe per cruciatum è vita tollant. Et Byzantiorum ad illum egreſſum non ſine ſeditione fore. Id enim eſſe nepoti ſuo propoſirum, vt palàm illos blandis verbis, clàm verò muneribus & magnis pollicitationibus, & per eos omnem Byzantium populum ſibi conciliet. Cum autem vtrunque graue eſſet, leuius elegit: & duos ſenatores, duos pontifices, duos ſelectos ſacerdotes, & quatoor ſelectos è plebe ad eum miſit. Qui cum omnes eò veniſſent, accerſitis eis, indictaq; concione, veteratoriam orationem habuit.

*Demetrij Deſpotæ apparatus*

*Iunioris Andronici apparatus.*

*Nepotis ad auum. legatio.*

*Aui deliberatio.*

IVNIORIS IMPERATORIS
*oratio.*

*Se iactat.*

VOs mihi ſubditos, qoàm me ipſum, chariores eſſe, meq; nulla ambitione aut meri Imperij affectatione contra voluntatem aui egreſſum eſſe, nemini eſt obſcurum. Videris enim vt nec vitæ meæ parcam, non genio indulgeam, non ſatellites, non bipenniferos adducam: vt non regibus modò propter inuidiam Imperij mos eſt, ſed ijs etiam quos fortuna à parentibus & cognatis exterminatos huc atque illuc ferri, & continenter mortem ób oculós habare coegit. Age dicat mihi quiſpiam, vulnera quæ in corpore meo geſto, qua de cauſa acceperim, niſi cum Romanorum hoſtibus pugnando, qui ex Aſia in Thraciam traijciunt: & cum Barbaris qui Iſtrum accolunt, & inde factis excurſionibus & ipſi miſeram Thraciam vaſtant? Ego enim vt omnem veritatem apud vos eloquar, com Imperatorem præ ſenio ſocordem & ſtupidum eſſe viderem, & è veterno non excitari, neque dolere, cum Chriſtiani ſemper noctu atque interdiu partim velut hoſtiæ à barbarie mactentur, partim in ſeruitutem abducautur, partim nudi ex ædibus arque vrbibus expellanrur. Vr autem grauiora Aſiæ mala taceam, quàm multæ vrbes captæ ſunt Imperatoris negligentia & ſocordia? cum igirur inquam hæc ego viderem, graui dolore affectus, quem præcordia mea ferre non poſſunr, duabus de cauſis ſum egreſſus: vt aut quouis exitio vnà cum triſtitia vitam etiam finirem, aut Bomanæ reipublicæ pro virili ſobuenirem. Nullo enim modo, nullo modo fieri poteſt, quin homo, & is longo temporerum potitus, faſtidio ſit ijs qui parent, & capiralia eorum odia ſuſcipiar. Nihil enim Deus in vita immutabile & ſtabile fecit. Vode fit, vt omnia terrena mutationibus gaudere ac delectari videamus. Si quis verò fortunam in ſua vota cogere, & certa quadam tatione vitæ vti voluerit: is eò rem deducere conatur, quò matura non ſinit. Quicquid autem cum natura pugnat, & iuſtos limites excedit, nihil hilaritatis & voluptatis habet. Eódem pertinent ſapientes veterum ſententiæ, præcipitantes, Ne quid nimis: &, Modum eſſe pulcherrimam virtutem, pronunciantes. Videtis enim, vt & meus auus ad extremum ſenium progreſſus, & tot annos Imperio potirus, qoot (parum abeſt quin dicam) nemo Regum vnquã, in totius populi eſt odio: nec vllam curam vel eius à ſe amouendi, vel Romanæ reipub. ſubueniendi ſuſcipit, neq; dolet ſucceſſores Imperij ante ſe mori. Obijt enim pater meus ſine vllo Imperij fructu, niſi nomen exceperis. Obierunt & alij ſanguine ei coniunctiſſimi, & minores ætate. Moriar & ipſe fortaſsis, priuſquam ex Imperio fructus aliquid cœpero. Quid enim facilius accidit homini, præſertim nullum periculum deuitanti, & de vita minimè ſolicito? Fortaſsis autem ambitioois me ſuſpectũ hsbebunt, qui ab auo Imperatore deficiam, nec ei parêre velim. Id verò ego neq; planè inficias iuerim, nec conceſſerim. Nsm ſi Romanum Imperium creſcere, ac dilatari fines noſtros cernerem, libenter cederem, & ocio ſecurus indulgetem: & ea ſpe me conſolarer, qoa ij qui coquos ſuos ſimul & prolixiores & magis varias epulas vident inſtruentes. Sed cum rem Romanam indies ruere in deterios, & ante vrbis Imperatricis portas miſeros Romanos ſubinde abripi ab hoſtib. arq; interfici videam: quo me eſſe animo putatis? Nam plerique mortalium ſpe futotarum rerum vrgentem mœrorem leuant, quamuis ea vana ſit. Mihi verò ne falſa quidem ſpes, ad falſam conſolationem relinquitur. Ee

*Auum inſectatur.*

*Diuturnũ imperium moleſtum.*

*Auus inuiſus & negligens.*

*Specioſa defectionis cauſa.*

miramini

miramini Alexandri Macedoois animi puſillitatem, grauiter & iniquo animo paſsi, quòd pater victorias victorijs cumularet, & omnem filio gloriæ occaſionem præcideret, paocis bellorũ occaſionibus relictis: me verò, cui planè contrariom accidere videtis, & non tantum Imperij ſpes ob vaſtitatem eius, ſed etiã ſuauis vitæ curſos eripitur, dolere oon exiſtimaris? Tamen cũ ocium agere non poſſem, ſurrexi, & ab Imperatore auo mille tantum armatos perij: pollicitus, me firma ſpe diuini auxilij fretum, vrbes Bithyniæ conſeruaturum, & quàm longiſsimè hoſtes propulſaturum, priuſquam illis capris, fretoq; tranſmiſſo, Byzantium oppugnet. Quibos ille negatis, me hoſtem iudicat. Et tameo ego pleriſq; omiſsis, hodie ad aliam poſtulationem hãc adſum, vt octo millia aureorum, quæ militibus meis debeo, mihi ſoluantur, qui longo iam tempore mecum incerta fortuna vagantur. Quo facto, nihil amplius auo Imperatori refragabor. His ibi dictis, è ſolio ſurrexit, & alio in aliã partem ſeducto, blandis verbis & illos in ſpem maiorem erectos dimiſit. Itaque inde digreſsi, per totam vrbem præcones laudum eius fuerunt, & populum maiore eius deſiderio inflammarunt. Senior autem Imperator cum vidiſſet, penè omnes qui in vrbe eſſent amicos à ſe defeciſſe, & veritus ne concurſu facto ab ijs ipſis occideretur: prorſus exaſperatus eſt. Viſum tamen ei rectius, prius periclitari eorum animos, & Alanis ac patriarchæ audire conſilium, & vnà eum eo aliorum pontificum. Iis ergo per ſenatorem conuocatis, ad hunc modum verba fecit.

*Poſtulata nepotis.*

*Legati corrupti.*

SENIORIS IMPERATORIS
*Oratio.*

SIqoidem viderẽ depoſita porpura & me extra periculum futurum, & ſubditos rectè gobernatum iri: à Chriſti cœtu alienos eſſem, niſi quietem & ocium longè ſuauius & præſtantius imperio iodicarem. Si enim delectatio quæritor animi, quid eſt iucundius quàm à curis & periculis eſſe remotiſsimum? Si verò propter mea & populi peccata, atq; etiam maiorum noſtrorũ, vindicta numinis, atrocis tempeſtatis io modum contra nos graſſans rempublicam euertit, & ego adoleſceos adhuc principatum & Eccleſiaſtico diſsidio & finitimarum gentium incurſionibus fluctuantem compoſui, adiuoãte Deo, & facilimè tranquillum reddidi: nunc verò longo tempore vſu rerum eruditus, in tanto motu & tempeſtate quò me vertam, neſcio: quo pacto nepoti queam tantum mandare Imperium, qoi & adoleſcens eſt, & rerũ adeò imperitus, vt ne ſuas quidem res probè adminiſtrare ſciat? Nam adoleſcẽtibus & indoctis hominibus poteſtate ſua tradita, & Imperatorijs poſſeſſionibus donatis, ipſe in egeſtate viuit. nec quicquam aliud curare vult, niſi vt canes & aues alat, canes mille haud pauciores, & aues totidem, eorumq́ue curatores haud pauciores. Tali ergo quà ratione vel vitam meam, vel diuinitùs mihi mandatum Imperij adminiſtrationem credam? Verùm ego ſciens & volens quidem, nunquam vel ſubditos meos, vel meipſum prodã. Nam nepotem quidèm plus non modò vxore & liberis meis, ſed etiam magis quàm meipſum dilexi: & vos omnes ſciris quo pacto eum educarim, inſtituerim, monuerim: & prudentiæ meæ hæredem, & Imperij ſucceſſorem, qui & Deo & hominibus placeret, relicturus. At ille ſpretis monitis meis, totas noctes in comeſſationibus & proſtibulis exegit, in quibus etiam fratrem ſuum occidit. Deniq; etiam contra me tam bene meritum & patrẽ inſurrexit, facinus auſus quale ab omni æuo nullum ſol vidit. Quamobrem & vos odiſſe improbitatem debetis, & ad eius impudentiã coercendam inſurgere, & eius ex Eccleſiaſtico præconio amotionem proclamare, & alienationem à Deo minitari: vt verecundatus & emendatus, pulchrè eò reuertatur, vnde turpiter eſt egreſſus, & rurſus hæres fiat & Imperij & moderationis meę. Nemo enim omnium eſt, quem ad Imperium euectum malim: modò præcepta mea & monita reuereri, iiſq; obtemperare vellet. Quem enim ſuæ concioni epilogum addidit, is commenticius fuit, & ſubdolus atq; maliriosus. Audiſtis enim quot conuicia in tota ſua cõcione in me dixerit, cum quibus epilogus minimè conſentit. Sed vt auditores contra me cõcitaret, talem orationi ſuæ finem impoſuit. His auditis, pontifices prudẽtia & eruditione ornati, aſſenſerunt: & nomen eius in omnibus Eccleſijs tacendum eſſe, donec corrigeretur, cenſuerunt. Patriarchæ verò & pontificibus à ſacerdotibus oõnullis, ea oratio nõ probata æſt. Quare nihil amplius locuti, domum abierunt, ſiue ob familiarẽ illis * imprudentiam, ſiue ob aliud neſcio quid. Deinde nocte in patriarchicis ædibus ſemel atq; iterum exacta, in ſeniorem Imperatorem coniurarunt. Quod cum muſsitaretur, nec popolo tantùm, ſed oobilibus etiam quibuſdam innoteſceret, pleroſqoe horum etiam clàm ad factionem & coniurationem illorum ſe conferre coegit: & ſcriptum iuſiurandum dare, qno affirmarent, ſe ad extremum ſpiritum perſeueraturos, et nullum (ſi opus eſſet) ſupplicium recuſaturos. Vnde triduo pòſt, patriarcha ſacris tintinabulis pulſatis, coactoq; magno circumforaneæ turbæ oumero, ſacris interdictum eſſe omnibus promulgauit, qui iunioris Imperatoris nomẽ tacerent, & omnem imperatori debitum honorem habere illi recuſarent. His peractis, aduerſæ etiã partis ſacerdotibus ſacris interdixit. Hoc Imperatorem non mediocri moleſtia affecit, & præter omnem expectationem auditum perculit. Quòd ſi pacis, inqoit, doctor ita cõtra nos inſanijt, mercedis à nepote meo promiſſæ ſpe: & omni abiecta verecundia & grauitate, ſeditionis auctor eſſe non dubitat quiſnam temerarium vulgi contra nos impetum coercebit, ſi qois homana præſidia reſpiciat? Itaq; patriarcha, quantũ in ipſo eſt, planè percuſſor noſter & homicida extitit. Cæterùm pontifices illi, inſigni impudẽtia & animi & linguæ patriarchæ commoti, & ipſi tam illi quàm eius amentiſsimæ factioni ſacris interdixerunt, vt ſeditio-

*Commendatio ſui.*

*Perſtringitur nepos.*

*Venatio inſignis.*

*Eccleſiaſtici interdicti petitio.*

*Epilogus nepotis.*

*Pro filio Imperatoris non orandũ ſtatuitur ob flagitia.*

** infantiam.*

*Coniuratio pontificum contra ſeniorem.*

*Patriarcha ob factionem cuſtodiæ mãdatur.*

num & factionũ autori,& largitionibus ad reip. perturbationem incitato: adductis & canonibus & legibus. quibus grauiſsimè & manifeſtiſsimè condemnabatur: de quibus nos in hac hiſtoria decimumoctauum Chalcedonenſis concilij Canonem, nihil mutatũ, recenſere ad verbum ſat habebimus. Similia enim & quartus Oecumenici concilij ſexti in Trullo celebrati, ad hæc & quartũ caput trigeſimi ſexti tituli legum ſancit Eſtaurem huiuſmodi: CONIVRATIONIS & factionis crimen, etiam ciuilibus legibus vbique eſt interdictum: quanto magis id in Dei Eccleſia eſt prohibendum? Si qui ergo clerici aut monachi deprehendentur, qui con-
„ iurent, aut factionib ſtudeant * cõtra epiſcopos
„ aut clericos: omnino gradum ſuum amittunto.
„ Hinc pontificum cœtus ratiocinabitur: Si eos qui contra epiſcopos & clericos coniurant & factiones inſtituunt, clericos & monachos, Canones ita mulctant: quanto magis pontifices & patriarachas talia contra Imperatorem machinantes? qui conſtituti ſunt vt pacis doctores eſſent: & præter alia ad quietem & ocium pertinentia, illud in primis docere debent, quod & vetus lex, & magnus apoſtolus Paulus pręcipit. Principi populi tui ne maledicito: & Imperatorem honorate. Verùm ſenior Imperator cum eo perturbationis rem proceſsiſſe cerneret, patriarcham in Manganio monaſterio ſine vinculis cuſtodiendum, ne vnquam egrederetur, curat. Iunior verò biduo pòſt, ad mœnia Conſtantinopolis venit vt cognoſceret quo animo auus nuncios illos accepiſſet: vehementer orans, vt ſibi liceret ſoli intrare ad auum adorandum. Sed neque ipſe, neq; verba eius vlla ex parte admittebantur, ſed & lapidibus ſupernè ab ijs qui propugnacula mœnium tuebantur, fugabatur: qui ne vocem quidem eius ferebant, eumq; contumelioſis dictis impunè inceſſebant, & ignominioſè dimittebant, dolo plenam eſſe & cogitationem & orationem eius dictitantes. Ac ille quidem ſic dimiſſus, paululum à muro declinauit. Nox verò iam aderat, cum quidam ex vrbano populo factioſi, ijq; nõ pauci, clàm cõgreſsi, occulte illi ſignificant, vt ſub mediã nocte, cum & Byzantij omnes dormiant, & mœnium vigiles ſecuriores ſint, propè mœnia veniat. Se enim paratos eſſe, ad eum fune ad propugnacula attrahendum. Quod ſi fieret, totum negocium fore confectum. Se enim perſuaſum habere, ſi in media vrbe conſpiceretur, Byzantios omnes ſtatim ad eum defecturos. Media iam nocte cum videret Imperator excubitores omnes per vices vigilantes, & aſsiduis clamoribus, inuicem ad vigilandum exhortati non deſiſtere: neceſſariò cum Cantacuzeno magno Domeſtico & Synadeno Protoſtratore nauicula conſcenſa, declinatáq; auſtrali vrbis parte, æquabiliter traijcit, maritimum murum tacitè circumiens, ſicubi facilem ingreſſum reperire poſſet. Quo cuſtodes in mœnibus animaduerſo, aſperius & vociferati & tumultuati ſunt: & cum nihil reſponderent, ſaxa etiam in eos conijcere cœperunt, donec illi territi receſſerunt. Ac tum quidem hæc acta ſunt. Inſtante verò Decembri, iunioti Imperatori arcanæ literæ Theſſalonicenſibus afferuntur, quibus quam primùm accerſebatur. pepigiſſe enim plebeios omnes, & proceres pleroſque, & ipſum pontificem, cum prope mœnia conſpectus eſſet, ſe properè illi portas aperturos. Quibus cognitis, multis Protoſtratori militibus datis, hortatus eſt, vt circuiret, & vrbem eminus velut caſtris cingeret: nec Byzantios vſq; ad Regium egredi pateretur, eoſdemq; arcanis literis & pollicitationibus ſolicitaret, prout cuique conueniret. Ipſe verò cum paucis Theſſalonicam abijt. Tum verò, propter ſuſpiciones tumultuum, Demetrius deſpota, & Protoueſtiarius Andronicus, & Aſan michael, cum auxiliaribus Triballorum copijs extra mœnia diuerſabantur & Macedonias etiam Romanorum legiones ſecum habebant. Qui cum rixis & contentionibus, quas ambitio & cęcus amor ſui parit, occupati eſſent, ira numinis agitati, vt rebus ipſorum confuſis, ipſi ſibi perniciem crearent: intra Theſſalonicam & Serras Imperatorio habitu plebeia veſte tecto, eſt vrbem ingreſſus: qua à porta ſtatim abiecta, omnibus eſt agnitus: concurſúq; facto, à tota ferè ea ciuitate adoratus & ſalutatus, & fauſtis acclamationibus acceptus. Erãt tamen perpauci qui eum odiſſent, & ſeniori Imperatori verè ſtuderent: qui arcem properè occuparunt, & munierunt, vnde Imperatorem & factioſos fortiter propulſabant, & multos ſaxis & telis vulnerabant, quorum multa Imperatoris ſcuto ſunt infixa. Poſtridie verò magno ſarmentorum cumulo circumpoſito, portis exuſtis, arcem cœperunt. Inde digreſſus Imperator, ad oppidum Serras peruenit, vbi Triballorum auxilia erant qui primo quoque tempore arma inferre Imperatori cupiebant. Sed cum Demetrium Deſpotam, & reliquos, Protoueſtiarium & Aſanem, turpiter diſsipatos cernerent: milites verò qui eos ſequebantur, in Imperatoris caſtra transfugiſſe: certis conditionibus & ipſi oppidum Imperatori dediderunt, domumque abierunt. Cum autem eam fortunę erga ſe benignitatem, obuias ſubinde quaſi manus ſibi porrigentis cerneret, cum gaudio & læticia pergebat vlterius, bona ſpe plenus: & (ne longum faciamus) intra paucos dies omnibus Macedoniæ oppidulis peragratis, faciliméque & ſine labore deditione captis, Deſpotæ vxorem, liberos & pecuniam quoque cœpit: Aſanis item & Protoueſtiarij, & ſenatorum omnium qui ibi cum illis erant. At ſenior Imperator, cum illa quoque ſpe excidiſſet, iam legatos ad nepotem miſſurus erat de fœdere & pace, priuſquam ille Macedonia excederet. Sed ſtatim alia ſpes, quod vtinam non accidiſſet, interpoſita, conſilium illud euertit.

*Nepos Byzantium proditione capere ſtudet.*

*Theſſalonicæ ad nepotem defectio.*

*Ducum ſenioris Imperatoris imperitiæ.*

*Triballi domum redeunt.*

*Succeſſus nepotis.*

### LEGATIO MICHAELIS AD *ſeniorem Imperatorem.*

MIchael enim Bulgarorũ princeps, ſpe magnorum emolumentorũ elatus, clàm ſeniori Imperatori nunciauit, ſe ſi vellet, opem ei

contra

contra nepotem laturum. At Imperator, velut è magna tempeſtate & naufragio portum inſperatò adeptus, mordicùs ſpem illam tenuit. Deinde legati vltrò citròque commeant, de rei gerendæ modo, & de promiſsionibus & fœdere, omnibus conſiliorum ignaris, duobus aut tribus intimis & Cralæna exceptis: quæ ſubinde patrem falſa ſpe, quam vani vates & engaſtrimythi ei faciebant, implebat. Magnus autem Logotheta Metochites, cum fortunæ vices incertas ſenioris Imperatoris, & perturbationem rerum cerneret, omnium maximè ſibi timuit: quippe qui cum ille omnia communicaret, & ſine quo nihil decerneret aut ageret. Quare triſtis & ſolicitus ſemper erat, & futurorum plenus nihil boni expectans. Quadam verò nocte terribilem quendam hominem videre viſus eſt ſibi iacenti aſtantem, prædoni & agreſti latroni perſimilem, qui manus ſibi inijceret, & de ceruicali, cubiculi claues eripere vellet, in quo ſupellex & gemmæ repoſitæ erant, & quicquid opum habebat. Somno autem vi excuſſo perterritus inclamauit famulos, vt prædonem perſequerentur, ne vnà cum pecunia effugeret. Ignorabat enim viſa illa ſomnium eſſe, non rem veram. Qui cum ſtatim ſurrexiſſent, & fores clauſas reperiſſent, & affirmaſſent imaginationem eſſe, à diurnis cogitationibus ortam: vix ad ſeipſum reuerſus, grauiſsimo cum ſuſpirio, non tam diurnarum curarum imaginem, quam præſagium euerſionis familiæ ſuæ iudicauit. Quare cum diluxiſſet, pleraſque opes è ſuis ædibus tanquam deſperatis iam tranſlatas, inter amicos fidiſsimos clàm diſtribuit cuſtodiendas. Vxore verò & ancillis domi relictis, in palatium ſeſe contulit: ex eóque non eſt egreſſus ſeditionem populi contra ſe concitati timens.

*Logothetæ ſomniũ & irrita prouidentia.*

Cæterùm qui ad Macedoniæ adminiſtrationem miſsi erant, vnà cum vxoribus & liberis (vt antè diximus) capti ſunt, & in carceres Theſſalonicæ & Didymotichi diſtributi, omnes eos impleuerunt. Demetrius verò Deſpota, vxore & liberis relictis, qui à perſequentibus capti ſunt, fuga ad Seruiæ Cralem eſt elapſus. Protoueſtiarius autem Andronicus ad tempus & ipſe Deſpotam ſecutus, non potuit perpetuò paraſiti more aliena quadra viuere, vt ille: ſed quantas modò opes, iumenta, poſſeſsiones, gloriam cũ omni ſpe ſubitò amiſiſſet, & illa etiam de vxore ſuſpicatus probra, quibus captiuæ mulieres affici ab hoſtibus ſolent, præ deſperatione & immenſo mœrore, in locis alienis & deſertis oberrans, expirauit. At Michael Aſan Proſiaci oppidulo feſtinanter occupato, eiectiſq; oppidanis firmato, tutum ibi receptum habuit. Paulo verò pòſt proditionem veritus, à Seruiæ Crale præſidium accerſit: cui oppidulo commiſſo, & ipſe ad Cralem abijt. Tum autem Melenici caſtello, & circumiacentibus locis Baſilicus Nicephorus præerat, vir nobilis ille quidem: ſed qui nullo iudicio, ſimplici ingenio, & ad res gerendas inepto eſſe crederetur. Is verò tum omniũ prudentiſsimus extitit, quorum alij ex deſperatione atque inopia conſilij miſerè mortui, alij inuiti capti ſunt, & infinita mala perpeſsi, alij vltrò ſeipſos prodiderunt. Hic verò ſolus ſpe in Deum collocata, ad extremum vſque ſenioris Imperatoris ſpiritum, tantæ rerum perturbationi ſe oppoſuit, ſincerúmque animum & fidem illi præſtitit. neque enim iunioris Imperatoris vel magnificis pollicitationibus ceſsit, vel ſæuiſsimas minas & obſidiones pertimuit: ſed caſtellum Sertas ſibi commiſſum munijt, in eóque contemptis rebus illis omnibus ſedit, donec ſenioris Imperatoris obitum audiuiſſet. Ad eum enim vſque, contentionem æquam iudicauit: vltra verò iniquam, & minimè probandam. Quapropter ſtatim pactione cum iuniore Imperatore facta, ab eóque magnificè donatus, caſtellum dedidit: ac deinde volũtate illius etiam ei præfuit, eam quoq; fidei erga dominum ſuũ & pietatis remunerationem conſecutus. Nam vir prudens, etiam hoſtis, virtutem reueretur. vt & Demoſthenem acerrimum inimicum Philippus beatum iudicabat, cum diceret: Si quis Atheniensis, Athenis degens, ſe patriæ me præferre dicit, cum ego argento emerim, amicitia verò mea non dignabor. Si quis verò propter patriam me odit, cum ego quidem vt arcem & murum & nauale & vallum oppugno: ſed tamen virtutem eius admiror, & vrbem propter eam poſſeſsionem fortunatam iudico. Sed hæc poſtea: nunc eò redeundum eſt, vnde digreſsi ſumus.

*Macedoniæ præfecti in carcerẽ conijciuntur.*

*Protoueſtiarij interitus.*

*Baſilius Nicephorus ſeniori Andronico ſolus fidẽ ſeruat.*

*Fides etiã in hoſte probatur.*

Initio veris, ſexto die ſanctæ hebdomatis quadrageſimæ, prælium commiſerunt vtriuſq; Imperatoris exercitus prope Maurum fluuium, hinc Conſtantino Aſane, inde Protoſtratore duce. Sed aduerſarij vicerunt: è noſtris autem ceciderunt milites non amplius decem, tribuni plerique vnà cum duce Aſane capti, cæteri ſpoliati Byzantium infeliciter peruenerunt. Iunior igitur Imperator res ex animi ſententia ſibi ſuccedere videns, omni Macedonia & Thracia ſuo arbitratu ordinata, medio vere Byzantium & ipſe properat, ne Bulgaricus exercitus prior vrbem ingreſſus, cum nec iuſto exercitu munitam & fame afflictam reperiret, cuius Veneta claſsis autor fuerat, Imperatorẽ cũ omni ætate mactaret, vnumq; Imperium ſuo duci à Byzantio vſq; ad Iſtrum efficeret. aut ſi id non poſſet: at ſeniori Imperatori copijs ſubitò datis, ſe aditu Byzãtij excluderet, vt in ipſo (quod aiunt) portu naufragium faceret, & omni ſpe deſtitueretur. Accidit igitur, vt non tam magna quàm miſera illa vrbs, eodem tempore terna pericula experiretur, quæ ſingulatim exponemus. Quadraginta longæ naues à Venetis ſplendidè armatæ contra Genuenſes Galatæ degentes miſſæ ſunt: propterea quòd pecuniam a Genuenſibus piratis in medio infero mari, oneraria naue ſpoliata, cum bona gratis reſtituere recuſabant. Ac xxxiiii Cerate ante Byzantium appulerunt, & frontes obuerterunt, Genuenſibus Galatæ obſidionem minitantes, ſi pecuniæ reſtitutionem differrent. viii. reliquiæ progreſſæ vlterius, fretum quod ante templum eſt, cuſtodiebant, quas Ponti fauces appellant. vbi quatuor rotundas naues inſtructas ad abitum, cœperunt: eaſq; copijs impo

*Aui copia ſuccumbunt.*

*Nepotis Byzant. feſtinatio.*

*Veneta claſsis contra Galatam.*

ſtris, contra Genueſes onerarias, quæ è Ponto ſoluebant, armarunt. Intra paucos igitur dies, tot Romanas & Latinas onerarias captas videres, vt totum penè fretum ijs complererur. Capiebant enim vnà etiam Romanas naues, ne qui Genuenſes in ijs euaderent. Ita factum, vt frumentatione interclusa, fames Byzantios non parua vexaret. Ea enim obſidio dies xv. durauit, quibus prælium factum non eſt. Neque enim poſtulatam pecuniam reddere Genuenſes recuſabant: ſed quamuis pollicerentur, differebant. Veneti autem nullo modo vacui abire poterant. Nemo autem erat, cui non admirationi eſſet Venetorum & diſciplina militaris, & cum æquitate magnificentia. Nemo enim omnium illorum quicquam cuiquam rapuit, ſed pecunia data emit: idq; cum tanta & promiſcua turba cum eis eſſet. Parebant omnes magiſtratibus ſuis, vt paſtoribus oues: & omnes dies illos in nauibus ſtabant, ardori ſolis non cedentes. Romanorũ verò nauicularum magna multitudo eos circundabat, quæ eis abundè quicquid erat opus, afferebant, & plus quàm merebantur, accipiebant. Imò ne raptarum quidem nauium merces vlla ex parte læſerunt. Vehebát autem frumentum & hordeum, & ſalſamenta, è lacu Copaide, & Mæotide & Tanai fluuio. ſed prorſus illæſas conſeruarunt, donec recepto eo quod debebatur, omnia reſtituerunt. Hæc vna eſt calamitas, quæ tum vrbem preſsit. Illud verò grauius fuiſſet, ſi arcana conſilia ſucceſſum habuiſſent. Imperator enim per ocultos legatos pecuniam eis promiſerat, ſi occulti ſibi ad vrbem capiendam adiutores eſſent. Id verò factum nõ eſt, ſiue repudiata à Venetis legatione tali: ſiue quod eam rem haud eſſe facilem cerneret, cum continentibus præſidijs mœnia & portæ munitæ eſſent. Alterum infortunium vrbis fuit, cum Bulgarorum princeps ſeniori contra iuniorem tria millia equitum ſubſidio ex pacto miſiſſet. quibus mandatũ eſſe, neſcio quibus autoribus, ferebatur, vt data opportunitate, res nouas in vrbe molirentur. Sed cum veniſſent, vrbem ingreſsi non ſunt, duce eorum tantum excepto. Quare in latus declinarunt, caſtris ad ſtadia ab vrbe v. & xc. poſitis. Pridie verò iunior Imperator cum paucis equis ex occulto in vrbem inſilire conatus: ſed animaduerſo eius conatu, à cuſtodibus excluſus fuerat. Pòſt igitur coactus, vehementer auum Imperatorem orauit, ſe dicto eius pro mancipio potius audientem fore pollicitus, quàm vt alterutri aliquid grauius accideret, cum eò diſcriminis ventum eſſet. Sed Bulgarica ſpes, ſenioris animũ adhuc erigens, precibus eius nullum relinquebat locum. Deinde planè illi fidem habere, toties deceptus, nõ poterat. Tres igitur hæ calamitates vrbi minitatæ ſunt, nec vlla tamen ad exitum eſt perducta. Enimuerò iunior Imperator irrita cõſilia ſua grauiſsimè dolens, & fortunæ inconſtantiam incuſans, ac propè deſperatis rebus ad locum quendam Logos abit: & inde ad Bulgarorum ducem qui caſtra in propinquo habebat, Legatos cum muneribus mittit, & plura ei pollicetur, ſi copias ſuas domum reduceret. Aſſenſum ad epulas inuitat, cum tribunis: eoſq; poſtridie læto à domum verſus abeuntes proſequitur.

*Venetorũ diſciplinæ militaris.*

*Veneti nepotem iuuare nolũt.*

*A Bulgaricis auxilijs periculum.*

*Nepotis conatus occupandæ vrbis.*

*Bulgari domum redeunt.*

## DE DVOBVS VIRIS QVI CONſtantinopolim prodiderunt.

QVæ cum ita ſe haberẽt, duo cuſtodes mœnium vrbis, ad Iuniorem Imperatorem in eo quem diximus loco caſtra habentem, transfugiunt, nomine alter Camaris, alter Caſtellanus, fabrilem artem exercentes: qui ſeducto Imperatore, omnibus arbitrijs remotis, Cantacuzeno magno Domeſtico excepto, de proditione verba faciunt, & ſcriptas pollicitationes pecuniarum & poſſeſsionum diuitum poſtulantes. Quibus facilè impetratis, & hora & ratione rei gerendæ indicata, ipſi quidem veriti ne vicinis ſuſpecti eſſent, poſtridie redeunt. Imperator verò quatuor dies cunctatus ibi, ſcalas è funibus confecit, qualibus in maximis onerarijs vtũtur. Cùm deſtinata nox adeſſet, proditores veſperi multo vino empto, vicinis excubitoribus merum ad bibendum dederunt, vt ſomno grauiſsimo oppreſsi, reſpiratione excepta, nihil differrent à mortuis. Media nocte adſunt, qui ſcalas ad mœnia apportent quas mox fune demiſſo attraxerunt proditores, per eaſq; octodecim armatos: qui cum deſcendiſſent, Romanam portam facilè demoliti ſunt, vt imperator cum exercitu, prohibente nemine, ingrederetur. Sed illud penè me præteriſſent. Poſt ſolis occaſum Byzãtijs portis clauſis, quidam è proximis villis anhelans accurrit, & Gyrolimnæ porta vehementius pulſata aliquem intus euocabat: qui cum veniſſet, paulo ante ſe vidiſſe dicebat, multos è iunioris Imperatoris exercitu feſtinanter ad Romanã portam accurrere. Quod Imperatori maximum terrorem incuſsit. Varijs igitur cogitationibus perturbato viſum, complures milites cuſtodes emittere, qui terreſtria mœnia à mari vſq; ad mare circuirent. Sed Magnus Logotheta impedit, indignũ eſſe magno animo inquiens, tam leui rumore commoueri. aut enim falſum eſſe nuncium, aut ſtultum eſſe conatum tam paucorũ, cum & mœnia & portæ tot armis ſeptæ ſint. Idem enim hoſtibus nunc ingredi parantib. vſuu enturũ, quod cõtra ſtimulum calcitrantibus. Hæc verò dicebat, vel vt rei militaris ignarus, vel animo à numine copiis labefactato, vt ſententia contra ſeniorem Imperatorem diuinitùs lata tandem rata eſſet. Nõdum tertia parte noctis elapſa, denuò cõplures ruſtici è ſuburbijs Byzantij ad Gyrolimnę portam adſunt, & cuſtodib. indicant, magnã hominũ multitudinem foris ad Romanã portã conuenire. Quod rurſus Impatorẽ magis etiã terruit & perturbauit Itaq; aſperiore voce Logothetã increpans. Vidẽtis (inquit) homo ferreus eſſe factus, qui adeo ſecurus ſis, nec pericula quæ nos circundant, ſentias. Nonne vides rem non pati vt ſedeamus, & dormitemus? Nepotis enim tumultus aures meas tanquã crepitaculũ magnũ perſonat, meumq; perturbat animũ: calamitatũ mare cõtra me erupit, quod pectus & cor meũ con-

*Byzantiũ proditione capitur.*

*Logothetæ ſecuritas cauſa interitus.*

cutit

*Senioris Andronici trepidatio.*

nutit & demergit. Verùm ille Machabæos erat, inq; priore ſentētia permanēs, nuncios illos vti rupes marioa cōtemnebat. Proinde ſurrexit, cubitum iturus, reipſa vt oſtenderet, inanem eſſe tumultum ea quæ foris ab hoſtibus ageretur. At Imperator ſolus relictus, necquenquam habans qui cum dolorem ſuum cōmooicaret, in ſuum lectulum & ipſe ioeubuit, oulla veſte exura: ſed vnà cū ijs extrema deſperatione indura, animo erebris & diuerſis eogitationibus æſtuante iacebat, corpus huc atq; illuc ſubinde reuoluens, nō aliter quàm ſi pecuniæ lecto ſubiectæ eſſent. Interim magnus ad palatij fores rumultus auditur, iunioris Imperatoris ingreſſum nuncians, & plauſus armorū magnus. Erār enim milites amplius ccc cū Imperatore ingreſsi ſimul etiam vndiq; fauſtis aeclamationib. iunior Imperator ſalutabatur. Senior verò tomultu & clamore audito, de lecto ſurrexit perturbatiſsimus, et omoi ope deſtitutus ducum atq; militū (palatium enim, eubiculi miniſtris adoleſcentib. exceptis, deſertum prorſus erat) ad ſacrā imaginē Deigenitricis Hodegetriæ confugit, ante multos dies io palatiū trāslatā, quę ei firmo ſolatio erat Hac igitur fretus, & humi proſtratus, ardenter cū lachrymis obteſtarur, ne periclitantem deſerat, & ſicatiorom enſibus obijciat. Exaudiuit preces eius, & feſtinū tulit auxiliū, quę quiduis poteſt, caſtiſsima Dei genitrix. Nam dum ille in palario Deiparam ad hunc modum deprecatur: iunior Imperator foris, omnibus ducibus & tribunis ſuis conuocatis, grauiter edicit, ne auum Imperatorem vel manu vel vllo contumelioſo dicto violarent, nec quenquam prorſus omnium.

*Auus Deiparæ imaginem amplexus à nepote cōſeruatur.*

*Iunioris Andronici moderatio*

Hanc enim, inquit, victoriam Deus nobis dedit, non ipſi parauimus. Dei voluntas mouet omnia, cui parent omnia: ſtellæ, aër, mare, terra, ho-
„ mines, flumina, fulgura, peſtilentiæ, terræmo-
„ tus, imbres, ſterilitates, & alia conſimilia, partim
„ ad felicitatem, partim ad infœlicitatem, ac po-
„ tius caſtigationem. Nobis igitur iuſtrumentis caſtigationis vſus, victoria & trophea largitur. Fortaſsis autem cras alijs contra nos vtetur: & quales nos in victos erimus, tales vtique & illi ſe nobis præbebunt. Quare ſi nos neque cognatio, neque eiuſdem gentis neceſsitudo mouet: noſtri ipſorum ſaltem reſpectu humanitate vtēdum, ne grauiorem Dei indignationem expe-

*Aui ſupplicatio.*

tiamur. Ioterea quidem è palatio iunioti Imperatori portam aperit, & ab auo huoc nuncium affert: Quoniam hodie Deus, mi fili, ſceptrum Imperatorium mihi ademptum, tibi donauit, vnum hoc beneficium à te peto, pro multis quæ ab ipſo ortu tuo in te contuli (omitto enim hoc rerum mearum ſtatu, me tibi ipſius natiuitatis & progreſsionis in vitam, poſt Deum autorem fuiſſe) dona mihi vitam meam, parce paterno capiti: nec violenro ferro eum ſanguinem hau-
„ rį, à quo tu vitæ fontem accepiſti. Homo quidem cœlum & terram intuetur: humanas verò actiones cœlum & terra intuentur. Ne velis igitur nefandi facinoris, quale ab omni æuo nemo vnquam auſus eſt, inſpectores habere cœlos & terram. Quòd ſi fraternus ſanguis olim ad Dominum contra Cainum clamabat: quanto magis paternus ſanguis ad Dominum clamabit, & terræ & ſoli & aſtris tantum facinus annunciabit, & apud omnes gentium reges deteſtabitur? Reuerere ſenium miſerabile, quod mihi paulo pòſt obitum, tibi verò longarum curarum requiem pollicerur. Reuertere manus, quæ te ſæpe in cunis adhuc vagientem ſunt amplexæ. Reuerere labia, quæ te ſæpe ſumma charitate deoſculata ſunt, & alteram animam appellarunt.
Calami à forruna proiecti miſerere, nec tu eum „
denuò conterere velis. Ne tu cum homo ſis, prę- „
ſenti fortuoa afferaris: ſed rerum inconſtantiam „
& varietatem, à me ſumpto initio, conſiderato. „
Reſpice longæ vitę finem, Admirare, vt vna nox, quæ me multorum anoorum Imperatorem accepit, alieno Imperio ſubiectum relioquit. His verbis iunior Andronicus delinitus, ſuiq; ſalotis diligenti cura ſuſcepta, vix etiam à lachrymis temperans, palatium ingreditur: ac ptimùm venerabili Dei genitricis imagine, vt decet, adorata: deinde auum illi inhærentem abductum, ſalutauit, amplexus eſt, & blādis verbis recreauit.

*Nepotis humanitas.*

## DE REVOCATIONE
### *Eſaiæ patriarchæ.*

INde in Maganiom monaſteriū abit: vbi patriarcham Eſaiam in libera cuſtodia ſedere diximus, quem inde abductum, & in vnum Imperatoriom currum ſublatum, ita vt purpura ornatus erat, in patriarchicū ſoliom reſtituit, nullis epiſcopis aut presbyteris ſequētibus aut antecedentibus: ſed tibicioibus & tibicinis, ſaltatoribus & ſaltatricibus cum lætis canticis comitantibus. quarū tibicinarum vna probatiſsima, equo virili habitu conſcenſo, & prius milites ſequebatur: & tum etiam patriarcham antecedēs; ſolitis & meretricijs nugis ipſum patriarchā & cæteros, ad obſcurum riſum facilè cōmouebat. Eo die à mane ad veſperā omnes opes è ſpleodidiſsimis ædibos ablatas, & ipſas diruras cerneres, vulgiq; ludibriū: Magni Logothetæ in primis & omnes opes tam quæ in ijs relictæ, quàm quæ apud amicos depoſitæ fuerant, rapiuntur. Literis enim repertis, qoibus perſcriptum erat quid quiſq; accepiſſet, domus direpta ſunt: nec omniū rerum quicquā eſt relictum, ſed alia in fiſcum relata, alia populo in prædam ceſſerūt. Ita ſubitò vnà cū liberis ad egeſtatē redactus eſt, qui poſt Imperatorē omoium fœliciſsimus habebatur. Nā per multos annos ſucceſsibus vſus, vno die in extremā incidit calamitatem. Ibi homines querulos dicere audires, cùm alia, tū, Opes illas pauperum eſſe ſanguinem & lachrymas ſuppeditatas ei ab eis, quibus Romanarum prouinciarum & vrbium adminiſtratio commiſſa fuiſſet, vt cum illi Romanos crudeliter pro ære emptis mancipijs tractarent, ipſe miſeris confugium ad Imperatorem obſtrueret, vt magna illa facinora
omnem vindictam euitarent. Sed Vindictæ oculum non perpetuò dormitaſſe: ac tandem ex- „
perrectum, vix iuſtas illi pœnas irrogaſſe. „
Quæ cum vulgò cantareotur, calamitatem eius acer-

*Direptio ædium Logothetæ.*

bitem faciebant. Quia verò omnium Romanorum, io primis verò Byzaotiorum, motua & ſeditiunes enumeret? Nam duorum Imperatorum diſſenſio, etiam ſubditos, vt fit, inter ſe concitarat: vt furore quodam liberi cōtra parentes, parentes contra liberos, fratres contra fratres & vicinos, & quod maius eſt, epiſcopi cootra epiſcopos, presbyteri contra presbyteros, monachi cootra monachos ſæuirent. Quod ni Imperator humaniſsimo ingenio præditus, & militū & plebis impetum repreſsiſſet, fortaſsis & ſacra & profana omnia direpta eſſent: fortaſsis etiam cædes plurimæ parratæ eſſeot, cum plurimi alios vlciſci vellent, ſi quis alteri in diſsidio illo iniuriam feciſſet. Nam ſi ego, inquit Imperator, ija qui vel petulanti lingua, vel enſe inſidioſo contra me vſi ſunt, crimen omne remiſi: multo magis vobis id erga conſeruos veſtros eſt facieodū, partim vt me imitemini: partim, quòd non ignoratis, haud eundem eſſe exitum Imperatore & homine priuato ioterfecto. Quòd ſi & nos ſeniori Imperatori addicti, tempeſtatis illius fluctus aliquot ſuſtinuimus, nihil eſt noui. Neque enim æquum erat, nos neutri parti ſtudere: id quod Solon vetuit. Præterea æquum eſt, ipſo paſtore percuſſo, vniuerſum gregem pro rata parte mala perpeti. Fuit enim ille dies quartus & vigeſimus menſis Maij, vndecimæ indictionis, quo hæc omnia geſta ſunt. Crepoſculo Imperatori in palatium redeuoti obuiam factus Niphon, qui patriarcha fuerat, rogat quo pacto tractaturus eſſet auum? Illo reſpondente. Humaniter & regaliter: grauiſsimè tulit, eúmque reprehendit. Erat enim hic cùm erga omnes eos quibus fortuna fauebat peruerſo animo & inuidentia plenus, tum verò clandeſtino & acerbo odio ſeniorem Imperatorem proſequebatur: quòd, cum ſacrilegij cæterorumq́; criminū damnatus, patriarchico ſolio excidiſſet, nullam ipſi opem tuliſſet. Erat igitur vna hæc odij cauſa. Altera, quod etiam patriarchatum ſomniana, hocè medio ſublato, ſe abſq; impedimento ad eam dignitatem aſcenſurum putabat. Ait igitur Imperatori: Si circa merum imperare ſtudes, ne daro gloriā tuam alteri: ſed omnibus Imperij inſignibus ſeni ablatis, cilicium inijcito, & vel in carcerem coijcito, vel relegato. Id enim neſarius ille Nepho quęrebar, vt nō ipſe ſolùm pridē patriarcha, ſed & Andronicus pridem Imperator diceretur. Hoc enim inuidentię ſuę remediū arbitrabatur homo vanus: haud reputans, ſe obſcurum adhuc ab illo ſuſceptum, & hooribus ſubinde augendis ad ſummum euectum ſplēdo ris opum & dignitatis gradum. His autem eius verbis alios quoq; nonnullis proceribus ſuffragatis, Imperator ſuam erga auū pietatem ſi non prorſus immutauit, nōnihil tamē imminuit. Nā hi Impedimento fuerunt, quo minus eum Imperij ſocium admitteret. Vnde poſt plurima deliberationes decretum, vt auus Imperij quidēinſignia geſtaret, ſed in palatij thalamis ſederet ocioſus, nec in publicum prodiret: & ad ſuum & adoleſcentum victum qui cum eo remanſeraot, haberet annuum reditum piſcationis, quæ ante Byzantium p[illegible]ditur, tum decies mille aureis haud m[illegible] [illegible]ferrem: magnus verò Logotheta, Didymotichum relegaretur. Eſaias autem patriarcha tot annorum Imperatorem deiectum, & velut in carcerem coniectum videns, non indoluit, ſed exultauit, & vocem emiſit dioitiæ ſuæ & amentiæ ac potius inſaniæ teſtem: Lætabitur, inquit, iuſtus, cum viderit vltionem. ſe iuſtum appellans: Imperatoria verò deiectiooem, vltionem. Deinde ad vltionem & perſecutionem epiſcoporum & presbyterorum ſe conuertit, eorumq́; alijs ſacerdotio ad certos annos interdixit, alijs vſque ad obitum: ſunt etiam qooa leoius mulctarit. ſed, vt pauci abſoluam, nemini veteris Imperatoris ſtudioſo pepercit. Interea Ioannes, meus poſt Deum curator ab infantia, auunculus meus, prouecta ætate in ſua metropoli vitam cum morte commutat: quem neque ſenium, neq; pedum plaga adducere potuit, vt de iuuenili & vehementi exercitatione pietatis quicquam remitteret. Erat autem eius metropolis Ponti Heraclea: qoem primùm populus Heracleoticus patrem bonum & Deo plenum vidit, non ſicut grex virum & temerarium doctorem, & linguam è ſuggeſto inſaniam & impotunam exertantem, quæ & auditorum aures ſaciaret, & magnum impetumq́; tumultum excitaret, nunquam verò ad vtilia declinaret: ſed ab adoleſcentia, & lingua & auribus & animo probè inſtitutum omni doctrina, tum ſacra, tum profana, vt & vita & eloquentia ſatis ad adiorores ſuos regendos inſtructus eſſet, & ad eas regulas præſcribendas, quæ morum elegantiam forment, & manus cohibeant, & animorum impetus moderentur, & omnem immodeſtum morum coherceanr. Quantus autem & qualis fuerit hic vir in omni genere virtutum, ex vita eius à nobis conſcripta cuiuis cognoſcere licet.

*Seditio vrbis compoſita à ſupo re.*

*Autor mali tractatione mutata fortuna Imperij.*

*Niphō male tractandi auctor.*

*Decreta de auo.*

*Patriarchæ vecors dictum.*

*Heraclea Epiſcopus.*

## DE MICHAELIS BVLGARI *incurſione.*

SEd prioſquam triginta dies elaberentur, cū audiſſet Imperator Michaelem Bulgarorū principem finitimas Romanorum vrbes & prouincias incurſare, ſtatimq́; ad Didymotichum & Adrianopolim cum magnia Scytharum ad Iſtrum habitantium auxilijs progreſſurum eſſe. Adrianopolim profectus, legatos ad illum mittit, & rupti fœderis cauſam quærit. cui ad hunc modum ille reſpondit: Tu nullo pacto Byzantium ingredi & rerum potiri potuiſſes, ſi ego auo tuo opem ferre voluiſſem, & pecuniam & finitimā prouinciam mihi pollicito, quibos nunc tua & tuarum promiſsionum cauſa frandatus ſum. Quantis enim promiſsis me onerarit, ipſe noſti, iiſque longè maioribus quàm auus tuus, non tantum vt ne eum adiouarem, ſed & propter ſororis tuæ matrimonium. At Imperator ad caoendam ignauiæ ſuſpicionem, quanquam non paribus copijs, & ad propulſandam raotū hoſtem idoneis inſtructus: tamen martis aleam experiendam eſſe duxit. Naturalem enim audaciam magis quàm rationem aut conſilium ſequebatur,

quebatur,

quebatur, quicquid accidiſſet. Quare magno ſtudio exercitus vtrinque ſe parabant, Romana verò reſpublica in magno periculo & metu verſabatur. Mater verò & domina filio timens, ad vtrunque de pacificatione legatos mittit, eoſq; reconciliat: quippe amborũ mater. Vnde etiam vtriuſq; obiurgandi autoritatem vſurpare non dubitabat. Sic pace facta, Michael maxima pecunia accepta domum redijt.

*Socrus Bulgarũ placat.*

### DE MAGNI LOGOTHETAE *exilio.*

CÆterum magnus Logotheta, cum ſine vlla modeſtia in exiliũ abduceretur, in ſtrangutiã incidit: quæ moleſtior ei fuit, quàm cætera omnia quæ perpeſſus fuerat, carcere inquam, iactura dignitatis, opũ ereptione, vilium hominum obtrectatione & conuicio. Imperator verò auus corrupto ex acerbitate doloris corporis habitu, alterius oculi viſum amiſit: nec multò pòſt alterum etiam, & deinceps in perpetua nocte vixit: ac, vt ſacræ literæ loquuntur, potum ſuum fletu miſcuit, & panẽ doloris comedit. Omitto enim illuſiones & fœda conuicia, quibus & cuſtodes eum & famuli laceſſebant. Mitto etiam omnibus lotricibus datã licentiam ingrediendi palatium, ad lauandas quorumlibet veſtes, in aqua quæ per palatij aulam fluebat: & vt à vicinorum iumentis palatium conculcatum & depaſtum ſit, aſinis inquam, equis & bobus, & domeſticis volucribus: & ſi quid aliud huiuſmodi erat, quod ad illũ illudendum pertineret. Quorum omnium inſtructor & machinator erat Protoſtrator, Byzantij adminiſtrationi præpoſitus: ſolus Cantacuzenus magnus domeſticus, conuicio & animum, & linguam & mores incõtaminatos, tum erga Imperatorem, tum erga alios qui dignitatibus exciderant, cõſeruauit. Cæteri verò illa mutatione velut multo mero ebrij, inſolenter fortuna ſunt abuſi. Ille contrà naturali prudentia, & magno ingenio ornatus, ſe ad veterum præſtantium virorum mores conformabat, & magnificentia morum, & animi liberalitate. Et cũ tunc res ei feliciter ſucceſsiſſent, fortunam non laceſsiuit, neq; immodicè ſupercilium arrexit: ſed retenta animi grauitate intra modeſtiæ limites immotus manſit. Nunc verò, inquit, me ſobriũ eſſe oportet, cum alij nõ ebrij eſſe non poſſunt. Proſperi enim ſucceſſus humana ingenia cum primis explorant, & væcordes tam inſolentes reddunt, quàm cordatos conſtantiæ, moderationis & grauitatis laudibus cumulant. His temporibus Syrgiannes carcere educitur, ſcripto prius iureiurando dato, & atrociſsima quæque ſibi imprecatus, ſi quid contra Imperatorem moliretur. Sin quouis modo apud integros iudices mendacij conuinceretur, præter diras illas, vt etiã capite plecteretur. Cæterùm hoc & ſequenti anno, ſeditione Romanorum ſedata, & continuis bellis atq; excurſionibus intermiſsis: tantam frumenti copiam Byzantij viderunt, quantam nec maiores illorum longo tempore meminerant.

*Senioris Andronici cæcitas & miſeria.*

*Synadeni intemperies.*

*Cantacuzeni modeſtia.*

*Syrgiannes carcere educitur.*

*Copia annonæ.*

### DE IMPERATORIS AD*uerſus Orchanum expeditione.*

SEd cum id modò tempus veniſſet, quo veris manus arbores comis ornantes, & varijs herbarum & florum coloribus humum depingentes, amœniſsimum oculis hominũ ſpectaculum præberent: Imperator copias Romanorum præſtò eſſet, iuſsit, velle ſe traijcere in Aſiam, & Orchani Bithyniæ principi bellum inferre cùm alijs de cauſis, tùm quòd Nicæam primariam vrbem obſideret. Vere igitur iam exeunte, exercitus vnà cum Imperatore, traiecto Byzantio freto, in Aſiam tranſijt, duobus millibus ſelectorum militum adductis. maximam autem partem cæteri erant homines circumforanei atq; opifices, quos facilè cerneres pugnã velut adulteraturos eſſe. Aduehebant enim ſecum ignauiæ argumenta, lembos & nauiculas plurimas, & ferè tot, quot erant homines, vt ad fugam, ſi opus foret, parati eſſent, de perſequendo & ſuperando hoſte nihil cogitantes. Bithyniæ verò princeps Turcos rei militaris peritiſsimos, ad cuſtodiendas viarũ anguſtias miſerat: ipſe verò octo millibus armatorũ acceptis, Imperatori occurſurus exit. qui cum tertio die ex quo Aſiam ingreſſus fuerat, ad oppidulum Philocrenem perueniſſet, ac didiciſſet Orchanem anguſtijs occupatis cum Barbarico exercitu ibi conſediſſe, accidit vt ipſe caſtris poſitis pernoctaret. Orto autem ſole cum Barbaros nonnullos è circumiacentibus montibus deſcendere videret: & ipſe primùm nudos, deinde armatos, equites verò in primis, in armis eſſe iuſsit, & contra illos duxit. ac primùm ſagittarij Barbarorum eminus tela in noſtros coniecerunt, nec propius accedere voluerunt: id quod Imperator inſolitum Barbaris eſſe ratus, & timoris argumentum: fiducia ſumpta, paucos initio euagari extra ordines iuſsit. quod non feliciter caſurum eſſe cum peritiores ei dicerent, impetum tamen eius reprimere non potuerunt. Dum autem hæc tumultuaria pugna vltra meridiẽ producitur, quo tempore grauiſsimus ſolis æſtus eſt: Orchanes è vertice montis Romanos & æſtu & continuis curſibus, & circumcurſationibus iam defatigatos eſſe conſpicatus, deſcendit & ipſe cum exercitu penè innumerabili: qui cõfuſo clamore edito, vndiq; irruentes, partim ſagittis crebris noſtros petunt, partim cominus gladijs rem gerunt. Romani verò primo illorũ impetu fortiter excepto, longo tempore ſtrenuè ſe defenderunt, plurimis hoſtium & vulneratis & occiſis. Deinde cùm noctem inſtare viderent, & in ignota terra in tenebris pugnare durum iudicarent, paulatim receſſerunt, in caſtra ſua properantes. Quamobrem Turci vehementius inſtantes, multos & equites & pedites occiderũt, donec noctis interuentu prœliũ eſt diremptum. Inter cæteros autem ipſe etiam Imperator leui quadam ſagitta, & minimè lethali, altero pede vulneratus eſt. Ea nocte ſpectaculum miſerabile, & euidens iræ diuinæ ſignum accidit. Nam Barbarus Romanorum armatura & fortitu-

*Oppidana turba inepta militiæ.*

*Orchanis copiæ.*

*Philocrene.*

*Orchanis & Andronici pugna.*

dina ſpectata, eos non qoieturos, ſed poſtridie longius progreſſuros ratus: ccc. equitibus ſpeculaodi gratia ibi relictis, ipſe cum omni exercitu perrexit vlterius, ad opportunas vias occupandas. Imperatore verò oppidulum Philocrenem ingreſſo, curandi vulneris gratia: Romani cauſæ non ſatis gnari, eum præ metu ſugere putarunt. noctu enim Orchanem cum magno exercitu affore, neq; quenquam poſtridie Romanorum ſolem aſpecturum. Itaq; qui nauiculas ſecũ attulerant, nudi in ipſis ſugiebant. alij ante portas oppiduli feſtinantes, ſeſe inuicem conculcabant, & ſuffocabant: alij esthenę inſtar coherentes, partim in propugnacula enadebant, partim à ſequentibus detracti & euerſi caſu moriebantur. Erant etiam qui præ timore ſtantes expirarent. Manè verò ſole orto, ccc. illi Barbari incredibilem eam Romanorum cladem conſpicari, cum in caſtris equos, arma, vacua tentoria, Imperatorios item equos cum rubris ſellis, & Imperatorium tabernaculũ viderent, ducenti ex ijs, his omnibus abreptis abeunt. Reliqui centum propius acceſſerunt, & frequentibus telis eos qui neq; in oppidulum neq; in nauiculas confugerant, cõfixerunt. Imperator verò his viſis, cùm nihil agere poſſet, nec vllam tempus opportunitatem præberet, cõſcenſa & ipſe naui Byzantium redijt. Secum autem cauſam tanti & tam ſubiti mali reputãs, poſt multas dubitationes tandem, præter alia plurima cæteris eſſe grauius animaduertit, publicæ diſciplinæ perturbationem, & forenſium negociorũ multiplicem, & ob vetuſtatem penè immedicabilem morbum, ac reipublicæ pernicioſum. Vt enim morbi qui è malo corporis habitu oriũtur, paucos inuadunt, nec publicè vagantur: aere verò infecto, omnes qui eodem in loco degunt, cœli grauitatem ſentire neceſſe eſt: eadem quoque ratio ſingulorum delictorum eſt, ſi cum publicis iudicijs conferantur. Proinde non multis diebus pòſt Eſaiam patriarcham conuenit: ac primùm ei ſuadet, vt iram aduerſus epiſcopos deponat, & populum interdicto ſoluat. Neque enim par eſſe, cùm ipſe omnibus omnia condonaret, ad quem publica delicta ſpectarent: illum patriarcham, & pacis doctorem, alere ſimultates, nec eius iram occidere tot ſolibus occidentibus, cùm ne vnus quidem durãte illius ira occidere deberet. Patriarcha igitur Imperatori obſecutus, ſacerdotali ſtola induta, diuinæ myſtagogiæ hora, populo & viuẽti & mortuo ſcriptam condonationem pro ſuggeſto recitat. Epiſcopis autem & presbyteris pleriſque minimè ignouit. Deinde patriarcha cum multis epiſcopis & presbyteris myſtagogiã celebrante, quatuor viros delegit Imperator, ſibi ad ciuilia iudicia exercenda probatos, quorum vnus ex epiſcopis erat. His in medio templi iuris dicundi poteſtatem dedit, tradito etiã ſacroſancto Euangelio, & Imperatorio gladio: ſanctiſsimumq; iuſiurandum ab eis exegit, vt ſine reſpectu perſonarum & munerum ſe pronunciaturos affirmarent. quòd ſi his criminibus conuicti eſſent, nullam eis excuſationem reliquit: prædijs aſsignatis, è quorũ annuis reditibus ſplendidè poſſent viuere. Atque hæc hactenus.

*Romanus exercitus à ccc. equitibus profligatus.*

*Peccata cauſæ cladium.*

*Emendatio iudiciorum.*

*Patriarcha non omnibus ignoſcit.*

## DE INSVLAE CHII, QVAM Martinus tenebat occupatione.

SVb autumnũ, omnibus triremibus Romanorum, quæ Byzantij, Lesbi atque in cæteris inſulis & maritimis vrbibus erant, necnon vniremibus, & quatuor auxiliaribus triremibus à Cycladum inſularum principe accerſitis, è portu ſoluit: verbo contra Barbaricas naues, reipſa verò contrà Martinum Chij præfectum, qui cùm Latinus eſſet, ac diuitijs & autoritate pollens, paterna hæreditate procurationem inſulæ & annuos reditus accepiſſet: Romanorum Imperatoribus pro ſeruo parēre, & quicquid iuſsiſſent ſummo ſtudio facere deberet. Romanorum enim eſſe inſulam, cuius procuratio & fructus ob veteris cuiuſdam beneficij memoriam, ab auo Imperatoris aſsignata illis eſſent. His ita à patre acceptis, fratrem verbis eluſerat, ipſe verò vir ſtrenuus & prudens, triremibus ædificatis Aſianos Barbaros oræ maritimæ accolas infeſtauit, piratis etiam circum inſulas vagantibus infeſtus: quos breui tempore adeò perterrefecit, vt metu belli cladium, annua illi tributa penderent. Ad magnas igitur opes & gloriam breui euectus, Romanis ſuſpectus fuit, ne paulò pòſt iugum Imperatoris excuteret: eaq; de cauſa non palàm eum Imperator aggreſſus, nullo negocio inſulam cæpit, & vinctum illum Byzantium miſit.

*Martini res geſtæ.*

*Iniuriæ metu iniuriæ.*

## DE GRAVISSIMO IMPEratoris morbo.

VErùm paucis diebus elapſis, Imperator Didymotichi agens in morbum grauiſsimum incidit. Nam cùm lauiſſet, & in ſummo rigore hyemis frigus à Balneo non cauiſſet, cùm reliquum corpus eſt denſatum: tum verò caput ita afflictum, maxima parte mali eò inclinante, vt non modò grauiſsimis doloribus cruciaretur, ſed & mente alienaretur. Cùm autem id malum omnem medicorum artem ſuperaret, & de vita illius poſtridie actum fore videretur, iureiurando aſtantes adegit, primùm vt ſibi monaſticum cucullum induerent, priuſquam vita exceſsiſſet: deinde, vt omnes captiuos carcere educerent, vt Conſtantinum De potam, & magnum Logothetam Merochiten, omnes denique eodem crimine damnatos. Ore porrò mandauit, vt Omnes Romani iurarent, ſe coniugem ipſius vt Dominam veneraturos eſſe, & (ipſa enim aderat grauida, eaq; verba audiebat) puerum, ſi filius naſceretur, vt Imperatorem, cuius tutor eſſet Cantacuzenus Magnus Domeſticus: quæ ſola in literas relata, vim teſtamenti habuerunt. Nulla verò facta rum eſt mentio nec aui Imperatoris, ne Dominæ matris, quæ Theſſalonicæ tum agebat, graui affecta dolore, & ſolicita ac deſperata etiam vita ſua, ſi defuncto filio ſe præterita, Imperij cura alijs mandaretur. Negabat

*Andronici iunioris teſtamentum.*

bat enim poſſe fieri, vt ſibi, quæ domina eſſet, vita concederetur à Magno Domeſtico Cantacuzeno, & matre illius, præter omnem expectationem ſummæ rerum præfectis, & longo iam tempore ſibi inimicis. Redacta igitur in anguſtias, ademptoq́; rebus ſuis aliter conſulendi ſpacio ſtatim accerſit atq; adoptat Syrgiannē, tū Theſſalonicæ præfectū, ibiq́; agentem, eiq́; vitam & animam ſuam cōmittit: ſimulq́; Theſſalonicenſes, eo res adminiſtrante, iutare iuber, ac polliceri ſe heram & dominam eodē modo ſemper ipſam agnituros, & ad extremum ſpiritum pro ea dimicaturos. Quod ſi filius ſuus Imperator moreretur, filio qui naſceretur Imperij ſucceſsionem citra ſeditiones atq; incolumē conſeruaturos. Hæc ita tum acta, magnū malorū pelagus in poſterum conflarunt, vt deinceps dieemus.

*Syrgiānes ab imperatoris matre adoptatur.*

Nunc illuc nobis eſt redeundum. Conſtaotinus Deſpota cum cæteris, vt diximus, vinculis ſolutus, cùm paulum ſe oſtendiſſet, rurſus in obſcuras latebras noctu à proceribus aolicis eſt abditus. Veriti enim oe Imperatore defuncto, turba in populo oriretur, cùm ob alia, tum propter C literam, & olim temerè de illa iactatum tumorem, ſic eum tractarūt. Vulgaris enim fama erat, Imperium, vetere Imperatore defuncto, ei eſſe deſtinatum, euius nomen C litera inchoaret. Vnde cùm & ipſe Conſtantinus diceretur, ſuſpectus erat.

*C litera Cātacazenode ſtinare imperium videtur.*

In ſeniorem verò Imperarorem plurea malorum vias exeogitarūt, quæ omnes eodem ducerent. Optionem ei dederunt, malletne monaſticum habitum induerè, an aliud malū ſubire? Id verò eſſe aut cædem, aut acerbiſsimum exilium, aut violentam in obliuionis caſtellum abductionem: quorum omnium vehementiſsimus miniſter eſſet Theodorus Synadenus.

*Andronicus ſenior monachus fieri cogitur.*

Imperator verò tanta periculorum tempeſtate ſubitò oppreſſus, diu ſine voce in lecto iacuit. quid enim faceret aliud, niſi ferreus eſſet? aut corde adamantino? multis Barbaris & efferatis militibus circumfuſis, domeſticis verò omnibus extruſis: cùm nemo eſſet qui homine luminibus orbatum duceret, vbi vel ſtatet, vel tranſiret? Sed ne longum faciamus, volentem nolentem tondent, & cucullio induunt, atq; Antonium nominant.

His ita geſtis, Imperator Didymotychi, nullo alio vitæ ſigno apparente, præter exiguam & teouiſsimam reſpirationem, vitalibus inſtrumentis immotis, & extremitatibus corporis emortuis, planè mortuus totū biduum iacebat. Tertio verò die velut è profundo ſomno nonnihil experrectus, diuinum laticem caſtiſsimæ Dei genitricis Pegæ poſtulauit: quo ſtatim allato, & capiti affuſo, recreatus eſt, & cibum cœpit, & priſtinam valetudinem recuperauit.

*Andronicus iunior conualeſcit.*

Eſaiæ verò patriarchæ veteris Imperatoris caſus iucundiſsimus fuit, quod nec illi vlla Imperij ſpes, nec ſibi metus vllus relinqueretur. Deliberandum tamē eſſe viſum, quo pacto eius in Eccleſia mentio facienda eſſet, ſi qua tamen facienda eſſet. Miſsis igitur duobus ad eum epiſcopis, per deriſum opinor, triſtitiam & ignorationem rei geſtæ ſimulans, ab illo, & non aliunde, ſuffragium ſuæ deliberationis requirit. Ille verò grauiſsimis animi doloribus oppreſſus, cum [...] fundo ſuſpirio ex imo pectore deprompto [...] aperuit, & hæc coram illis dixit: Vt inquit, [du]plex in Lazaro miraculum contigit, quod [&] mortuus reſurrexit, & vinctos ambulauit: ita & in me fieri oportebat.

*Patriarchæ veteri imperatori inſultat.*

Ecce enim & planè mortuus ſum, multis calamitatum fluctibus demerſus: nec manus & pedes tantùm vinctus, ſed linguam etiam, qua, vt nihil aliud, ſaltē mala mea atque iniurias aeri, & hominibus (qui fortè audirent) & acerbis tenebris, in quibus nunc verſor, conquererer. Cæterùm pudor oppleuit faciem meam, fratris mei me aduerſantur, & filij matris meæ pro peregrino me ducunt, ac nec ipſum oculorum meorū lumen adhuc mecum eſt. amici & ꝓpinqui mei ex aduerſo mihi conſtiterunt: & omnes qui me viderunt, ſubſannarunt. Mei verò pedes propemodum lapſi eſſent, & penè effuſi eſſent greſſus mei. Indignatus enim ſum aduerſus iniquos, cùm pacem peccatorum viderem * Sic autem acciderat, vt Imperiō olim Eccleſiæ priuilegia dediſſet, ea quæ etiam nunc cernuntur: ac viciſsim Eccleſia id Imperio conceſsiſſet, vt quem vellet è deſignatis patriarcham declararet.

** Locus hic videtur mutilus.*

Ipſum verò ego non ſolùm deſignaui, ſed & ipſe elegi, & multis clarisatque illuſtribus viris prætuli: hominem, qui in vita priuata conſenuit, nec ſacerdotio, nec vlla re alia inſignem. Mitto, quoties ei opem tulerim, & beneſecerim. Nunc autē, cùm & ipſe in calamitate ſubleuare me deberet: inimicis meis operam nauat, quo nullo alio carnifice mihi infeſtior. Nec me rogare veretur, quomodo in Eccleſia mentionem mei fieri velim, dolorem & ignorantiam rerum mearum ſimulans, in quo non aliter facit, quàm Ægyptius crocodylus, Nili incola: qui cum aliquod ſecum viuentium animalium interſecerit, cadaueri illius inſidet, & caput eius calidis lachrymis imbuit.

*Senioris Andronici ēū patriarcha expoſtulatio.*

Ego verò quid ad huiuſmodi commenticiam quæſtionem reſpondeam, non reperio. Nam ſi me Imperatorem dixero, ſtatim occidar ab ijs qui ea de cauſa me in vinculis tenent. Sin monachum Antonium, confeſsio illa exiſtimabitur ab ijs qui res noſtras fraude peruertunt, quaſi non coactus, ſed vltrò monaſticum habitum induerim.

Hæc aliaque plura locutus, eos dimiſit, nullo ad ea quæ rogabant reſponſo dato, & in lecto conſidens: Reuertere, inquit, anima mea in requiem tuam, quia Dominus beneſecit tibi, nec vllum poſtea prorſus verbum, quo dolorem teſtaretur, elocutus eſt, ſiue lingua ſingulari prudentia formata, ſiue ob magnitudinem doloris: vel inuitus calamitatem ſuam præteruectus,

*Senior Andronicus animum recipit.*

*Curæ leues loquuntur ingentes ſtupent.*

inopia conſilij, & torpore quodam animo vin- "
cto, priuſquam collecti in cerebro humores in "
lachrymas reſoluerentur. Nam & ſol cum mo- "
deratos radios emittit, multos vētos & humo- "
res attrahit: ſin immodicos, conſumit illos pri- "
uſquam attrahantur. Eodem modo & modici "
animorum affectus dolorem ſuum verbis teſtari "
& lachrymis non recuſant. Qui verò modū ex- "
cedunt, ac animum quaſi de gradu tumultuan- "
tem deijciunt, efficere ſolent, vt aut nihil dicas, "

ius

aut quiduis potius quàm quod oportet, aut nihil potius quàm quod oportet. Ad hanc ſententiam confirmandam (vt aliquid è memoria vetuſtatis repetam) cùm Cambyſes Suſis Ægyptum bello peteret, & rex vnà cū regno captos filios ſuos ſine vlla clementia ad necem tradi videret, nullum verbum locutus, humi caput tacitus inclinauit. Sed cùm vnum ex familiaribus ſuis, qui Ægypto incolumi opibus & autoritate floruerat, pannis obſitū, panem emendicantem vidiſſet: percuſſo capite ſuo, cum alto ſuſpirio ſodalem illum inclamauit, verba tantùm nō lachrymis rigans. Deinde rogatus à Cambyſe, cur propter filios neq; illachrymaſſet, neque dixiſſet quicquam, amicum autem allocutus eſſet & deploraſſet? reſpondiſſe fertur, Dolorem filiorum longè maiorem fuiſſe, quàm qui lachrymas admitteret: amici verò calamitatem, quæ tanta non eſſet, deplorandam eſſe, qui ex alto dignitatis gradu deiectus, in limine ſenectutis in tantam cladem incidiſſet. Cæterùm patriarcha decreuit, eum ante nepotem Imperatorem, religioſiſsimum & philochriſtum Antonium monachum eſſe memorandum. Sed priuſquam inde quatuor dies elaberentur, cum Protoſtrator populum in ędibus, in circulis, in portis, vbique denique ſuſurrantem audiret, cum ſeniore Imperatore iniquè agi, qui & fuiſſet Imperator, & defuncto nepote futurus eſſet. (neque enim legem eſſe monaſticā, inuitos & vi coactos cucullum induere:) atrocia conſilia animo agitauit, ad eumq; miſit, qui ſcriptum iuſiurandum ab eo poſtularent, quo promitteret, ſe Imperatoriam poteſtatem nunquam quæſiturum, & oblatam repudiaturum, neq; alium vllum ſubornaturum. Quod ſi recuſaſſet, eo die de ipſius capite actum fore: ſimulque rurſus Barbaros illos ſatellites ei adiungit. Ille verò rurſus perterritus, & vitæ timens, inuitus illud etiam eſt aſſenſus: & quia cæcus erat, alio manu ducente, supernè rubram crucē, infernè nigram geſtans, viuere ſitus eſt. Hoc tempore in terra Perſarum occulta turris reperta eſt, nummis auri puriſsimi plena, eo numero, cuius vix numerus iniri queat: quorum non paucos Latini mercatores quouis terrarum exportarunt, quos ob auri puritatem magno eſſe vſui ſcirent. Horum multi Byzantij ſingulos ternis vſitatis aureis redimerunt. Eodem quoq; tempore literæ à Latinis & Colchidit habitatoribus qui ortum à Perſis ducunt, Byzantium afferuntur, ſupercilio & muco plenæ, & prædictionibus inſolentibus atq; ineptia, quales tibicinæ & ſaltatriculæ in proſtibulis ſuis amatoribus propinant. „Nam ſi quid „aliarum rerum, inſcitia vtiq; omnium efficaſiſ„ſima eſt, ad quiduis perſuadendum hominibus „leuibus & ſuperciliosis, quæ ad incōſultam eos „temeritatem impellit, & ad quiduis ſine cōſilio „ſuſcipiendum incitat, ſi quid ſorte leuibus eo„rum cogitationibus inſedit. Ad quas coarguendas & refutandas, plurimi ex amicis me hortati ſunt: haud ſcio num me, vt curſores equi varijs in locis tentati ſolent, exploraturi, an voluptatis aliquid inde ipſi percepturi. Nihil enim eſt

*Exemplū Aegyptij regis.*

*Senioris Andronici memoria.*

*Synadeni acerbitas.*

*Crux rubra & nigra.*

*Perſica turris auro lectiſſimo plena.*

*Prognoſtici cuiuſdā exagitatio.*

animo iucūdius, quàm id videre & audire, quod deſideres. Perinde eſt enim, ac ſi quis ſitientibus ſuauiſsimam aquam offerat, & æſtuantibus frigidum Zephyrum immittat. Deſiderat autem alius aliud, pro ſuo quiſque iudicio: vnde appetitio illa commouetur, & ad aliud atq; aliud vitæ inſtitutum impellitur, quæ multa variáque & cœlum & terra proponunt. Etſi autem idem quod illi amici mei, ſi non omnes, at plerique opinor deſiderabunt: ego tamen non is ſum, qui id præſtare conari velim. Nam omnia quidem inquiri decere, nunquam inficias iuerim. Quouis autem tempore, & in cuiuſuis gratiam id facere, valdè equidem recuſarim. Neq; enim quoduis tempus opportunitatem habet, neq; quemlibet quiduis velle decet. Eſt enim tempus minimè tempeſtiuum, & ſæpè voluntas importunitate plena. Sed tamen cum hoc vtcunq; concedendum illis, & onus hoc in humeros ſuſcipiendū, & pro virili gratificandum videretur, neq; aures illis neq; linguam occluſimus, ſed ſcripta illa ex parte modicis rationibus refutauimus. In quo, eorum quos prudentia in opportunitatis Muſeo erudijt, nemo opinor nos reprehendet. Ac cætera quidem arcana eſſe paſsi ſumus, propter ſummam importunitatem ſcriptorum. Quæ verò epiſtolæ vice cuidam amico diximus, ne honeſti noſtri ſilentij cauſa eſſe ignorantia videretur importunioribus obtrectatoribus: ea nunc hiſtoriæ cauſa, ſi qui forte cognita ſibi velint, inſeremus.

*[illegible Greek marginal note]*

### AVTORIS AD AMICVM
*quendam epiſtola.*

Quæ verba inquam mentē ducem ſequuntur, eiq; ius ſuum relinquūt: eadem etiam mens inſpectrix comitatur, & lingua iuſtè pronuncians expectat. Quæ verò concentus omnis leges recuſant, & omnes ſcientię limites temerè tranſiliunt: ea nec mentis conſideratione digna ſunt, nec linguæ explicatione, cùm nō aliud ſint niſi quidam naturæ morbi, & veluti ruptæ lyræ abſoni ſtrepitus. Quamobrem amicorum optime, vehementer mirari mihi ſubit, quo pacto me amicum ad futilia iſta compellas, & linguam ad nugas iſtas refutandas accōmodare cogas, quæ ex Epizephyrijs barathris frequenter erumpunt, veluti Vulcaniorum craterum flammantes riui, & in populum veluti niues hybernæ è ſuperiore continente deſcendunt. Profectò enim & ſcientiæ regulis & nobis ipſis faceremus iniuriam, ſi eas regulas illis adhiberemus. Nam ſemetipſum vltrò corruptis tradere moribus & ſermonibus, à malicia non eſt alienum: nec reprehenſione vacat, ſed veluti cognatam maculā inuidioſam reprehenſionem ſecum trahit. Quem enim inſcitiæ Caucaſum non ſuperant inſolentiæ verborum, quas inferiores à veritate remotiſsimas fabricare cōſueuerunt, ſuperiores verò ſordidis & puerilibus applauſibus excipiunt? idq;, cum Perſarum & Chaldæorū ſcientiā profiteantur. Nam ſi Chaldæorum & Perſarum omnis methodus eò redit, &

*Nō omnia refutatione digna.*

*Prognoſtica deridet, quaſi cœlum nihil ſignificet.*

dit, & cœlum propter hoc in ætheris ſphæram bono ordine ſtellaium curſus circunfert, vt lucri acceſsionem veris initio ſcribis apportent, ſenibus verò ſub exitum æſtaris morbos: perſacetū hoc eis videbitur, qui vtilitatem artis deridere, & velut è plauſtro contumelioſè ſubſannare, & ſcenicis dictarijs inceſſere volunt. Ego verò ſuauirer illud etiam derideo, quòd non prædixerunr quercus mulras glandes laturas, & ſentes contrectantium manus puncturos eſſe: & muſtelam, ſi pepererit, matrem ſore ſui ſœrua: æſtate æſtum, hyeme frigus ſore, cæteraq́; perſpicua omnibus, ſi non bobus, at hominibus certè quidem. Ne verò & tu triſtis ſis, & diſciplinæ grauitas in talea ſordes demerſa, pſcindatur: age media incedentes via, pauca ex meridianis iſtis nugis, ac potius terreſtribus planetis, qui ætheream prouinciā plurimis mendacijs inſamant, coarguamus, vt à fimbria totum contextum ſol-

*Refutatio prognoſtici de ventis.*

uatur, & vt illa Penelopes tela retexatur. Ventos aiunt commotum iri, vnde humana corpora corrumpēda ſint. Ego verò corruptionis eius cauſas ſcire velim. Nam ſi quid aliud quàm impetus aeris ac diuiſio venrus eſſet, rationis fortaſsis aliquid ea haberer oratio. Nam quæ aliquid aliud ſunr quàm aer, eumq́ue permeanr: ea vel corporeo tranſitu illum ſecanr & permeant, vr lapis & ferrum, & aliæ res aere duriores, vel qualitatis ſuę diſtributione: id quod faciunt ea quæ fluxa & aeris naturę planè cognata ſunt, vt odores, colores, ſulmina, incenſi turbines. Atque eriam ventus, ſi vllo horum modorū aerem vel diuidendo, & eius locum occupando rranſiret, vel eidem diſtributione qualitaris lubricæ commiſceretur: ſtatim orta omnia inrerirenr, Nunc contrà omni nos remperie compleri videmus ab eo ſemper. Neq; enim aliud eſt ventus, quā fortior impetus & quaſi diffuſio aeris, qui nos ſemper copioſè circumſundit: eoq́; nos fruimur, quatenus eſt vnicuiq; cōceſſum, quam-

*Pugna contrariorum ventorum nihil euertit.*

uis copioſiſsimè nos ſequatur. Illud verò fortaſſis etiam vaticinarionem deſiderat, egoq́; non habeo quid dicam. Dicunt vrbes & arbores, & montes, ventis ſimul omnibus concitatis, euerſum atq; translatum iri. Qui enim & quo tranſibunt & transſerentur, cùm ita vt dicunt, venti omnes ex oppoſito ea circundabunt? Nam venti quidem vnius impulſu & violento imperu euerti domum, aut arborem ruere, noui nihil fuerit, nec à conſuetudine abhorreat. Sed vbi omnes ſimul ex aduerſo ſpirarint, non vtiq; quicquam omnium proſternent. Nam cùm id quod vnus impellit, alrer repellat, ex iſta pari vtrinque violentia in medio inconuulſum & ſtabile permanebit: præſertim cum ſimul ex aduerſo ventos moueri, nec Ariſtoteles ſecundum naturam eſſe concedat, nec temporis diuturnitas oſten-

*Saturni et Martis cōiunctio & eccliſis ſolis commentitiæ.*

derit. Cæterùm illud penè me prętcrijſſet, quòd Martis & Saturni in vno ſigno congreſſum pugnæ ventorum cauſam ſtatuunt, & ante hac defectionem quandā ſolis. Quæ, vt principia eorum quæ ſequuntur, ſi apertè ſalſa eſſe oſtenderimus, falſa vtiq; erunt ea omnia quæ inde colliguntur: ſicut ſucciſa radice arboris, ſummi etiā cacuminis anima interit. Nec enim hoc tempore tantum in vno ſigno non ſuut Saturnus & Mars, ſed nec integro biennio pòſt ſuturi ſunt. Mars enim Saturno iampridem in decimaquinta Leonis parte relicto, iam in Scorpij chelas tranſit. Solis verò deſectionem nec ruta hæc æſtas, nec ſecuturus autumnus ſentiet: etſi omnes homines, omnes aues id affirmarint. Cuius tibi rei magiſter & tempus & ſenſus erit, ad veritatē exquiſitè intelligendam. Nihil enim eſt cui ad ſcientiæ demonſtrationem minus reſragari liceat, quàm ſenſui & experientiæ. Senſus enim, aurore philoſopho, experientiam gignit: experientia verò principia ſuppeditar ſcientiæ. Sicut

*Cauſarum atq; effectuum connexio atq; ignoratio.*

igitur frumento in terram ſato, ſpica naſci poteſt, ſine ſemente uerò ſegea exiſtere nulla poteſt: ita & in his, ſi erit defectus ſolis, & congreſſus Saturni & Martis, dicere fortè queant, fore turbines & euerſiones urbium, & montium à radicibus euulſiones. Sin illa non erunt, neceſſariò ſequitur, omnem montem uibem ſuo loco manſura eſſe. Neq; enim ignoramus, ſublaro eo unde aliquid fit, quodq́; alrerius cauſa eſt, unà utiq; affectus etiam cauſam conſecuturos tolli. In hanc autem abſurditarem iſti deuoluti ſunr, quòd eam quæ cauſa eſt, cauſam non putarunt: & quæ cauſa non eſt, cauſam putarūt. Sidera enim aliàs alirer inuicem intuentia, diuerſoa etiam euentus denuncianr, partim breui partim lōgiore pòſt interuallo. Iſti uerò ne hoc quidem intelligere potuerunt, & alienas cauſas attulerunt, multùm à uia aberrantes: non ſecus ac ſi quis, quòd Themiſtocle Megaris Athenas eunte pluit, caſum eum Themiſtocli imputet: aut Crœſo, cum Halym tranſiret, quòd ſol ortus fuit. Soler enim etiā abſente Themiſtocle pluere, & ſol etiam poſt Lydi diſceſſum elapſa nocte ſupra horizonrem aſcendere. Erant alia ſexcenta, quibus illos cōuinceremus, quæ ob prolixitatis faſtidium omittimus. Nam bonum argumentum bene tractare, quantumuis prolixè id fiat, gloriam parit, nec laude ſua caret. In nugis uerò & rebus abſurdis idem facere, nec laudis quicquam habet, & haud iniuria deridetur. Fertur eriam Philippus Alexandrum filium deriſiſſe, quòd cithara bellè caneret: quod turpe eſſer, generoſum hominem ingenium uilibus in rebus oſtentare.

## DE BELLO BVLGARO-
### *rum & Triballorum.*

*Iniquum repudium cauſa belli.*

SEqnente uere, cum Seruiæ Cralem appareret non quieturum, niſi Michaelem ob iniuriam & contumeliā ſorori factā ultus eſſet, quòd ea legitima coniuge poſt ſuſceptos ex ea liberos regni hęredes, nulla de cauſa repudiata, Imperatoris ſororē duxiſſet: Michael legatos ad Imperatorem mittit, ab eo poſtulans, ut per Romanas prouincias tranſiens, in Triballorū terram impreſsionem facerer: nam & ſe illi arma infeſta illaturum, ut duobus bellis impar, fieret imbecillior, mulris utrinq; agris amiſsis. Proinde ad expeditionem uſq; ad ueris exitum ſeſe parant. Cæterùm æſtate incipiente, Imperator

tum

*Imperator euentum expectat.*

cùm non iuſtas aduerſus Cralis vires copias haberet, in planicie quadam regionis Pelagonum caſtrametatur, cui finitima erant oppidula quæ Romanis parebãt: vt ibi prius audiret, quomodo ab altera parte Michaelis firmiores copiæ rem gererent, & ex euentu conſilium caperet.

*Ecclipſis ſolis.*

Tum circa horam duodecimam, die Iulij decimaſexta, ad vndecim puncta in Byzantino climate ſol obſcuratus eſt, partem Cancri vigeſimamquartam tum permeans. Cuius obſeruationis initium à medio Iapyge & Thraſcia, finis ab initio ferè Subſolani fuit. Michael verò ingenti coacto exercitu XII. M. è ſuo regnõ, & tribus Scytharum millibus conductis, per Septentrionalem montis Æmi partem, in Triballorum ditionem impetum facit, ibi ferè, vbi Strymonis fluuij fontes ſunt. Quatuor igitur continuos dies hoſtilem agrum impunè ferro & flamma vaſtat, nemine repugnante. Quinto autẽ, vnà cum ſolis ortu Seruiæ Crales ſe oſtendit, cum magnis copijs, quæ ſplendore armorũ intuentium oculos perſtringebant. Cùm autem vtraq; acies in procinctu ſtaret, Crales ſuos ad fortiter pugnandum cohortatus, ipſe ad Michaelis vexillum, cum M. Gallis equitibus, magnitudine corporum & robore inſignibus, & in re bellica exercitatiſsimis excurrit: eoq; nõ magno cum labore reuulſo, ad Michaelis aciem properat: & magna eius copiarum parte proſtrata & conculcata, viuum & ſaucium Michaelẽ capit. Reliquus Bulgarorũ exercitus maiori ex parte ibi cæſus eſt, reliquiæ nudis corporibus domũ redierunt: Michael autem, cum lethalibus vulneribus acceptis triduum vixiſſet, ſic affectus, vt vix cladem ſuam intelligeret: quarto die expirauit. At Imperator cognita re Byzantium redijt, nulla neq; re geſta, neq; clade accepta. Sed cùm, vt ſæpe diximus, nulla ſit perpetua vllius mortalium felicitas, & inuidiæ expers: eadem & hic fortunæ ratio fuit. Nam illuſtribus Cralis ſucceſsibus tempeſtas grauis, & ſupra modum horrenda reflauit, quæ quicquid inuita iucundum habebat, inundauit & demerſit, & ipſam ei vitam eripuit: hoc modo.

*M. Galli equites.*

*Michaelis interitus.*

*Crales à ſuis in carcere occiditur.*

## DE INSIDIIS QVAS CRAles filijs ſuis fecit.

ERat ei filius annum tum alterum & vigeſimum agens, ex alia vxore natus, quem ad principatus ſucceſsionem diligenter educabat. Sed cum Cæſaris filiam annos nata duodecim, ipſe quinquagenarius duxiſſet, & priuſquam filio vxorem deſpondiſſet, liberos ex illa ſuſcepiſſet: in ſuſpicionem & metum filius eius impulſus eſt, cuiuſmodi probabile eſt ab æqualibus luxurianti adoleſcentis animo ingeri. Itaque defectionem & ſeditionem contra patrem molitur. Quem cum proceres, duces & tribuni patris imperium ob diuturnitatem temporis faſtidientes, ſic affectum viderent; ſinguli priuatim eum adeuntes, eius cogitationes defectionis inflammant: ac poſt dies non multos ſeductum, hoſtem patris & Seruiæ Cralẽ cum ſumma poteſtate declarant. Cùm autem compluribus diebus paulatim vniuerſi milites ad eum confluxiſſent, patrem etiam vinctum ſine vllo negocio ad eum perduxerunt, ac mox in carcerem coniecerunt, inuito fortaſsis & grauiter ferente filio: ſed tamen tacente, & furori populi aduerſari non audente. Verebatur enim, ne in ſe quoq; grauius aliquid conſuleretur. Poſt paucos dies illum in vinculis ſuffocarunt, ſuauibus illis ſucceſsibus in acerbum interitum verſi: filio autem principatum confirmarunt, & ſtatim vnà cum eo egreſsi, Romanam prouinciam vſq; ad Strymonem & Amphipolim, capta etiam Strumitza & alijs oppidulis, ſubegerunt.

*Triballi Thraciam vaſtant.*

## DE BVLGARICIS OPPIDVlis ab Imperatore captis.

PRoximo anno cùm audiuiſſet Imperator Bulgaricum principatum & à priore vxore, & à cognatis michaelis diuelli (nam Imperatoris ſoror ægrè fuga ſalutem quæſierat) in ea multorum contentione de regno, iuſtis copijs delectis, oppidula Æmo vicina inuaſit, & ferè omnia citra negocium cœpit, habitatoribus vltrò ſeſe ad eum conferentibus. Inter cætera verò etiam vrbem munitam & frequentem Meſembriam, ad mare ſitam: in qua cum Imperator ferè militibus verſaretur, ſtatim grauius eſſe cœpit, tum ob annonæ propter eos difficultatem, tum propter vectigalium * penſionem. Sed cum poſt multas de regno concertationes ad Alexandrum Michaelis conſobrinum ſumma rerũ delata eſſet, is firmato principatu, coactóque Bulgarico exercitu, & Scytharum magnis auxilijs accitis, in finitimam Romanorum prouinciam facta impreſsione, & ad Oreſtiadem vſque progreſſus, maximaq; præda parta, & pleriſque ad Æmum oppidulis deditione captis, & ad inſtituta Bulgarorum reductis lætus cum magnis ſpolijs domum redijt.

**interitũ.*

*Alexander Bulgarus Romanas prouincias vexat.*

## DE NICAEA BITHYNIAE CAPTA.

SVb hoc tempus etiam Nicæam, magnam illam & celebrem vrbem, diuturna fame & obſidione oppreſſam Barbari cœperunt: ac multas ſacras imagines ac codices, vnà cũ duarum ſanctarũ mulierum reliquijs Byzantij vendiderunt. Iam verò impunè in maritima Bithyniæ ora ſedibus delectis, grauia tributa reliquis oppidulis impoſuerũt, ob quæ, cum facilè, idq; breui tempore poſſent, non prorſus vnà cum habitatoribus illa deleuerunt: nec tamen crebris incurſionibus vexare, & mari terraque noſtros capere deſtiterunt. Magnus autem Logotheta ab exilio reuerſus, non domi ſuæ diuertit, quæ (iam diximus) Imperatore vrbem ingreſſo pridem erat diruta, & vaſtata prorſus à populo: ſed in eius vicina, in Choræ monaſterio, quod ipſe magnis antè ſumptibus vetuſtate ruinoſum inſtaurarat. Extructum enim initio fuerat à Iuſtiniano Imperatore forma oblonga: deinde cum vetuſtate vſq; ad fundamenta concidiſſet, aliud templum, ea qua nunc forma cernitur,

*Turci in Bithynia graſſantur.*

*Metochites fit monachus.*

*Choræ monaſterium.*

tur. Alexij Imperatoris ſocrus condidit. Sed cũ rurius ruinam minitaretur, hic medio templo excepto, omnia liberali manu probè inſtaurauit. Itaq; cum reliquatum rerum omnium naufragium feciſſet, ſalutaris hoc in neceſsitate portus ei & corporis & animi extitit. Cùm igitur ſacrũ monaſterium inrueretur, tacita voluptate animus eius deliniebatur: cùm verò domus euerſionem, oculi ei dolebant, & animus ingenti triſtitia afficiebatur, qualem huiuſmodi caſus gignere ſolent. Et cùm ſecum reputaret, vt nulla pœna Fortuna ſatisretur, obſtupeſcebat, ne ſolum quidem ſplendidarum ædium inuiolatũ permanſiſſe: ſed, quod ab omni æuo nemini vnquam in mentem venit, id tum in ijs accidit. Euulſum enim pauimentũ omne, Occidentalium Scytharum principi, pauimentum ſuum ſplendidius requirenti, dono miſſum eſt. Ad hęc, ab ijs qui principatum adminiſtrabant, prohibebatur, nullo modo vel coràm vel internuncium quicquã cum vetere Imperatore agere, quod & ipſum viro non paruum moleſtiæ additamentum fuit.

### DE SENIORIS IMPERA*toris obitu, & oſtentis quæ eum anteceſſerunt.*

*Duæ eclipſes.*
*Terræmotus.*

IAm tempus poſtulat, vt etiam ſenioris Imperatoris obitum exponamus, quem multa oſtenta prænunciarunt. Fuerunt autem huiuſmodi. Primùm, ecclipſis ſolis tot antè diebus, quot annos ille vixerat. Hanc ſecutus eſt lunæ defectus, eumq; terræ motus, ea veſpera qua D. Antonij memoria, cuius illi nomen inditum erat, veteri more à Chriſtianis celebrabatur die Februarij duodecimo, quem inexpectati eius obitus conſecutura erat veſpera. Cùm autem è meridiei barathris vehemens ventus erupiſſet, marini fluctus ita efferati ſunt, vt ſuos egreſſi limites multas muri maritimi & Orientalis partes proſtrauerint, & multas illius portas effregerint: & hoſtium inſtar irrumpentes, multa ædificia quoque vrbana inundarint. Tum quoque multæ ferreæ cruces templis impoſitæ, impetu ventorum non tolerato, deciderunt. Columna quoque olim ante ædem quadraginta martyrũ poſita, concidit, quæ iuxta baſim vſtulata & confracta, prætereuntibus non ſine cauſa ruinæ metum incutiebat: vt aliquando proceres quidam hunc Imperatorem prætereuntem, metu fortaſſe periculi, monerent, ne propius accederet. Quibus ille, deriſa eorum timiditate, fortuitò reſpondit: Vtinam tam diu ego viuerem, quàm diu hæc columna ſtabit. Quod cùm nunc, quemadmodum ille effatus erat, accidiſſet, admirationi eis erat, qui dicti illius recordabantur. Sole autem iam ad occaſum vergente, ego quoque de more ad Imperatorem abibam. Solebam enim ſolatij cauſa ad eum accedere, tridui aut quatridui interuallo. Quod cùm & nunc facerem, & aſſediſſem, illius familiari colloquio fruebar. Solebat autem eruditos & graues mecũ ſermones habere, cum quadam vrbanitate & gratia. Aderat & eius filia Simonis Cralæna, & alij quidam, ijſdem quibus ego animis præditi, itaque affecti erga Imperatorem & Cralænam, eademque cum illis familiaritate coniuncti. Is verò ſermo noſter ad mediam noctem eſt productus, & paulò amplius ad primum vſque Galli cantum, nullo vllius morbi ſigno in eo apparente. Deinde: Vos, inquit, valete atq; abite: ea verò quæ reſtant, cras omnia dicentur: ipſe allato cibo edit. Erant autem illa omnia teſtacea, propter ieiunium illorum dierum: poſt quæ cùm merum bibendum fuiſſet, quo vetulus ſtomachus ad duriorem illum cibum conficiendum firmaretur, ille frigida vſus eſt. Solebat enim, cùm feruoré aliquem venarum ſentiebat, immoderatè frigidam bibere, ne vlla venæ ſectione eſſet opus. Tali ergò diæta tum quoque vſus, ſtatim faſtidio affici, & è ſtomacho & corde grauiter laborare cœpit. Cùm autem iam ſpiritus etiam meatus obturari & coarctati, ac mortem iam ſibi inſtare cerneret, & propter intempeſtam noctem neminem reperiret, qui ſibi diuina myſteria impertiretur, omnibus circa palatium portis clauſis: ſurrexit, & gratias egit Deo, & pro ſalute animi ſui cum multis lachrymis & genu flexionibus deprecatus eſt. Deinde ſacram Dei genitricis imaginem quam in ſinu geſtabat, loco diuinorum myſteriorum in os inſeruit: cúmque in lecto conſediſſet, ſtatim priuſquam diluxiſſet, eſt defunctus. Lectus autem intelligatur, non conſuetus ille, ſed omnium intimus, & ad latrinæ latus ſitus. Ex quo enim malè habere cœpit, & difficilimè ſpirare, ſæpius vno horæ quadrante ad requiſita naturæ eò ſe conferebat. Poſtremò autem, cùm in ſolitum & apertum lectum peruenire non poſſet, compagibus corporis obtorpeſcentibus: in eo quem diximus deceſsit. Ex eo nos quoque oraculum prius omnibus obſcurum facilè intelleximus. Multò enim antea repererat Imperator librum, qui & perplexis literis & obſcuris imaginibus indicia continebat eorum omnium qui vnquam Imperio potituri eſſent. In quo animi & prudentiæ huius Imperatoris ſignum præter cætera erat vulpes: obitus autem, tali in loco poſita ſella, & duo nigro veſtitu aſtantes adoleſcentuli, apertis omninò capitibus. Niger autem veſtitus, & aperta capita, & duo tantum adoleſcentuli, Imperatori monaſticum cucullum ſignificarunt, & Imperatoriæ calyptræ amiſsionem, & biennium poſt illam. In eo enim habitu annos duos exegit: & in hac oraculi explicatione me non falli arbitror. Sole orto, cadauer eius in Libis monaſterium eſt perlatũ, quod mater eius Domina Theodora renouarat. Vbi de more, quotannis inferiæ eius nouenis diebus celebratæ ſunt.

*Tepeſtas.*
*Columna ruina.*
*Frigidi potus & teſtaceorũ vſui, ſeni lethalis.*
*Pius obitus.*
*Oraculum de Andronico.*

# *NICEPHORI GREgoræ Romanæ hiſtoriæ liber decimus.*

## CAPITA LIBRI X.

*Nænia in obitum ſenis Imperatoris.*
*Magni Logothetæ obitus, & nænia in illum.*
*Natiuitas Ioannis Imperatoris.*
*Imperatoris contra Bulgaros expeditio.*
*Pugna Imperatoris cum Alexandro.*
*De Syrgiannis exilio.*
*Conſolatio ad Imperatorem, ob matris ſuæ, dominæ Xenæ obitum.*
*De Syrgiannis & Cralis expeditione contra Romanos.*
*De inſidijs Syrgianni comparatis, & eius interitu.*
*De epiſcopis, Papæ nomine Byzantium profectis, diſputationis ergò.*
*Suaſio autoris Gregoræ.*

ALtero die luctus, ego hortatu Cralænæ, filiç Imperatoris, vt ad quam luctus in primis pertineret, næniam in frequentia populi ex tempore cecini, qualem tempus poſtulabat, ea fuit huiuſmodi.

### NAENIA IN OBITVM *veteris Imperatoris.*

MAgnitudo quidē caſus huius tacere nos cogit, & quaſi emortua circunferre, linguam, aures, cogitationē, vitali ſolis noſtri radio extincto & terra oppreſſo. Magnū autem illud perturbans & percellens orbem terrarū mœroris tonitru, ſilentiū hoc loco magnæ abſurditatis arguit. Qui enim conuenit, cùm ſupernè cœli magnitudinem luctus proclament, cum ſua lumina ſol & luna extinxerint, terra verò infernè (vt videtis) quatiatur, & mare fluctibus inhorruerit, ac euidēter hæc omnia nunciarint, huius calamitatis ſenſum ad vniuerſum mundū pertinere: nos tantam iacturam ſilentio diſsimulare? A tu ô terræ ſol, in qua terra occidiſti, relictis nobis vt glacie calamitatū examinemur? O cōmunis Romanorū anima, quo tandem ablata es? Heu falcem temporis, quale orbis terrarum caput crudeliter demeſſuit? qualē vrbium oculū effodit? O quis Reipub. magnam facem extinxit? O quis bonorū omniū largitore ſubitò nos ſpoliauit? Ille Imperatoriæ diſciplinæ fundamentū fuit: nūc verò exiguo ſaxo contectus iacet. Heu qualem cordibus omniū acerbitatis caminum incendit. Ille fuit, qui totas noctes peruigil excubaret, ne quid reſpub. Romana caperet detrimenti: nunc verò in ſepulchro longū illum ſomnum dormit. Ille fuit arguta & plena mellis lingua, illud omnis prudentiæ inſtrumentū: nunc autē iacet diuturno illo ſilentio oppreſſus. Heu dirum nunciū, qui celeriter terras ſimul & maria perambulans, omniū animos quouis enſe grauius ſauciat. Ille fuit magna illa orbis terrarū gloria, & eruditionis præſtantiſsimū exemplar: nunc autem puluis exiguus illius corpori inſultat. Ille fuit ſuauis illa omnium linguarum narratio & commemoratio: nunc autē acerba illum mors violenter oppreſsit. At ô vnde ſubitò nobis tantum erupuit calamitatum pelagus, mari quouis amarius? vnde tantæ malorum tempeſtates & fluctus excitati, animosq; noſtros perturbarunt, ac ſtupore perculerunt? Quis tantus tumultus & fremitus hominum? Nunquid horribilium fulminum è cœlo multorum ſimul erumpentium ictus aliquis percuſsit homines intolerabilis, atq; alios humi proſtrauit, alios ſemianimes oberrantes reliquit? Fuit, proh dolor, & contra nos miſeros plaga in hoc tempus reſeruata, multis fulminibus æthereis grauior. Imperatoris inquam obitus. Nunc oportebat omnes homines magni tonitrus exaudito fragore, ſymphoniam quādam toto orbe reſonantem & publicum luctum maximum inſtituere, vt calamitas ita vti decet declararetur. Nūc oportebat magnitudine & pulchritudine præſtantes ſtellas vno in loco congreſſas depingere, & firmiſsimè exculpere Imperatoris noſtri pulcherrima inſignia: vt quemadmodum Dei gloriam enarrant cœli, ita & huius decora explicantes, in omnibus ſuis reuolutionibus poſteris ſemper illuſtriſsimæ Imperatoriæ maieſtatis exemplar proponerent. Ille enim fuit regni perpendiculum & amuſsis. Ille fuit ſacerdotij reuerentia & dignitas, & ſplendiſsima Eccleſiæ lucerna: nunc verò ſub modio tegitur. Ille fuit, qui Eccleſiam velut in magna tempeſtate fluctuantē firmaret, & tempeſtatem ſerenitate commutaret, & velut immota turris dogmatum eius cōſiſteret: ſed nunc, heu dolor, humi concidit. Ille fuit regula morum, & humanæ formæ ornatus: cuius etiam ſilentiū plus habebat grauitatis, quàm aliorum verboſæ præceptiones. Natura enim à primo ortu regia & plena dignitatis eum forma ornarat, grauitate & pulchritudine tēperata, & veluti ſtatua propoſita, pudoris & maieſtatis: quæ omnia hilaritas & placabilitas gratiarū plena & venuſtatis adornabat, nunc autem hæc omnia telluris receſſus ſibi vendicarunt. O iniquam calamitatum tyrannidem: O profundam noctem, quæ noſtros obtexit oculos, nec quò eamus videre ſinit. O quæ ventorū procellæ velut ex vno antro erumpentes, animos noſtros hoſtiliter perturbant, & radicitùs euellere conantur? O quis tot bonorum paradiſum noctu vaſtauit? quis omnis naufragij animi portū obſtruxit? O quot lamentationes, ſuſpiria, eiulatus è terris in cœlos, veluti fumus è magno cordis incendio tendunt? O quot Nili fontes ad fundendas lachrymas exoptāt, vt fletum magnitudini caſus, quo terrarum orbis oppreſſus eſt, æquare poſſent. O qui varios omniū titulos ſolus meruiſti Imperator. Nam alij communē te parentem vocāt: alij curatorem & patronum, & orbitatis adiutorem: alij portū ſalutarem, & ſcutū ſpeculatorem: alij præceptorem & magiſtrum omnis boni, & toti mundo communem omnis generis negociorum arbitrū & iudicem. Verbis ſæpe lignorum naturā erodit: noſtra verò corda nunc acerbius lædit perpetua Imperatoris cogitatio. Vitibus & ſegetibus ſæpe

nocuerunt grandines, & cœleſtis ignis ardores: nobis Imperator ademptus plus nocuit. Hortus ille fuit omnibus generis fructibus refertus, & perpetuò vernans: ſed nunc æſtu mortis emarcuit. O multarum vrbium in Europa & Aſia conditor: non autem dubitabo dicere, etiam huius Imperatricis vrbis, quã olim Conſtantinus Magnus, & moribus tibi ſimilis condidit, tu verò in genua prolapſam erexiſti, omnis enim priſtinæ illius ſtructuræ elegantia & ornatus in ſeruitutis iugum commutatus, obiectat atq; concidebat, eoq; res redierat, vt regium tuum ſolium Latinorum prædonum eſſet diuerſoriũ, & profanorum hominum domiciliũ, ſed tu alter illius conditor extitiſti. Eccleſię & dogmatum crimina ſuſtuliſti: eamq; ruinam minitantem, probè conſtabiliſti: mœnibus, templis, ædibus priſtinã eius pulchritudinem renouaſti. Heu quomodo, cui par nihil dici poteſt, vt flos agri prętereiſti? En ipſa elementa te lugent, ac periculum eſt ne nos obruant. En ob tuum obitum, etiam vrbiũ mœnia cõcidunt, & columnæ euertuntur, quæ multis ſeculis firmę ſteterunt. Sed date mihi magnũ noſtrum theſaurum continentem ciſtam, vt videã quomodo lachrymarũ riuis innatare queat. Quas enim mortales omnes vbertim profundunt lachrymas, facilè illã, vt arcam Noæ aquarum illa abundantia, ſuſtinebunt. Enimuerò illa eos quos vehebat, è diluuio eripiebat: hæc contra nos in mille diluuiorum tempeſtates coniecit. O horrendum caſum, ô inſolitam veſperam illam, quæ contrarium mihi Dauidici illius carminis oſtendit: Noctu, inquit ille, cecinit exultatio, & mane lamentatio. Papè, qualis hæc eſt, & quàm abſurda inuerſio, quæ mihi quouis abſinthio amariorem craterem temperauit? O noctem illam inclementem, vt in clementiſsimum & humaniſsimũ infeſta & inhumana fuit, omni beneuolentia & verecundia repudiata? O maxime bonorum theſaure Imperator, cur nos te deſiderantes, vt aſpernantes deſeruiſti? Omnibus enim tua bona, vt horrea publica patuerũt. Per te enim & nobiles nobiliores facti ſunt, & cœtus ſacerdotum venerabilior, & collegium ſapientum ſapientius, & vrbium mœnia firmiora. Deniq; omnes te moderatore ipſi nos ſuperauimus. At ô immenſam & inexplicabilem malorum implexionem. Interit mundi reſpublica, interit vrbium ornatus, interit rhetorum & philoſophorum gymnaſium: quod omnem Academiam, omne Lyceum vincit, omnem Stoam Atticam. O quis dabit capitibus noſtris aquam, & fontes lachrymarum oculis noſtris, vt noua mala Hieroſolymitanis grauiora deploremus? Date mihi Orphei in tragœdijs facultatẽ, vt vnanimes etiam naturas ad mali commiſerationem moueã. Date mihi eos qui ad flumina Babylonis olim Sionem ex animo deplorarunt, vt noſtros etiam dolores illi pro dignitate lugeant, quos nobis Imperatoris obitus attulit. Heu vt noſter ſol nos deſpexit, & præter omnem expectationem decepit, & pro matutino ortu matutinum occaſum ſubijt. O cur ijs qui in acerbitate ſunt, datur lumen: & ijs vita, qui doloribus conflictantur? Mori optabilius eſt, quàm continenter panem doloris edere, & calicem luctus potare. Nam illum quidem diuinum & immortale regnũ iuſta remuneratione excepit: nos verò pupilli relicti, ſuſpirare miſerabiliter & lachrymare nunquam deſinemus, dum illius adempti memoriam in animis noſtris circumferemus. Neceſſe autem eſt orationis finẽ facere: omnem enim orationẽ luctus Imperatoris excellit. Hæc cùm ego recitaſſem, fletus ſimul omnium & lamentatio maxima & varia eſt exorta, quæ penè dixerim ad cælos penetrare potuiſſet. Omnes enim eum vt patrem & requirebant, & lugebãt. Temporis enim diuturnitas rei fortaſſe faſtidiũ parit: magnam tamen familiarium animis affectionem imprimit, quæ illo obeunte manet, & recens animis pacatis obuerſatur veterum inimicitiarum abſterſa macula.

*Virtutem incolumem odimus, ſublatam ex oculis quærimus inuidi.*

Annum ætatis moriens egit quartum & ſeptuageſimum: ex quo verò Imperium ſuſceperat, quinquageſimum.

*Elogia ſenioris Andronici.*

Procera ſtatura fuit, decora facie, & perquam venerabili, ab ipſo ortu principale aliquid & formidabile præ ſe ferens: non tamen hoc immodicè, ſed vt aeri miſtũ ſolaris radij lumen fit color, & vt mellis etiã inſita qualitas eſt dulcedo: Ita etiam clementia non ficta, cum blanda quadam gratia moribus eius contemperata, color eius inaffectata qualitas videbatur. Multũ enim hilaritatis natura vultui eius indiderat, multũ oculis placabilitatis: & claram ac ſplendidam vocem. Omnes verò geſtus eius multa hilaritate & grauitate temperatat, quæ omnia tacitos eius mores atq; animum nunciabant. Vt enim ingenium eius etiam declarem, vnius atq; alterius eius facti mentionem faciam. Paulò ante obitum, cum paupertate & rerum neceſſariarum inopia vrgeretur, & hyemis rigorem ferre non poſſet, vulpinam ſibi nocturnã veſtem fieri iuſſit. Omni autem eius opulentia perquiſita, tribus aureis non plus eſt repertum. Itaq; tanti pellis emenda fuit. Id verò conſilium cùm adhuc agitaretur, quidam è veteribus eius familiaribus, paupertatis ſuæ ærumnas atq; periculum capitis exaggerebat. Ei, adductus miſericordia, tres illos aureos dedit: mori præoptans, quod in ſe eſſet, quàm alienarum calamitatum ſpectator eſſe. Vnum igitur hoc eius benignitatis ſignum eſt: alterum illud. Cum medici multorũ dierum frigidæ potu interdicerent, atq; ipſe vini potationem repudiaſſet: mediam ingreſſus viam, vix vno aureo, eoq; mutuaticio, partim aliquã dulcium liquorum emit, qui ex Ægypto & Arabia aduehuntur, vt his frigidæ potum temperaret atq; leuaret. Sed priuſquam eos guſtaret, rurſus alius veterum domeſticorum eum accedit, longi morbi breue quærens ſolatium. At ille cùm nihil haberet quo hominẽ conſolaretur, & huic dari iuſsit ſuæ infirmitatis cauſa paratum remedium. Tanta eius erat humanitas, & commiſeratio eorum qui malè habebant. Cùm autẽ obijſſet, æs quidem alienum eſt relictum, auri verò nihil. Et hic quidem talem exitum eſt ſortitus, anno ab orbe condito 6840. quo tempore annum ętatis trigeſimum ſextum agebat Impera-

*Metochitæ obitus.*

tor Andronicus. Triginta dieb. pòſt, & magnus Logotheta Metochites deceſsit, tribus maximis malis victus, & corporis & animi. Nã ſtranguriæ morbo longo iam tempore laborabat: iam autem filijs quoq; eius comprehenſis, & in carcerem coniectis, id quoq; malum animi dolor auxit. Paulò pòſt Imperatoris etiam mors conſecuta, quę illi deſperationem de ſumma rerum attulit, naturam eius omnem debilitauit, laxatis neruis præcipuorum inſtrumentorum, vitalibuſq; viribus reſolutis. Quare monaſtico habitu induto deceſsit. Sed quia & ego, vti par erat, ex eorum numero fui, qui illum grauiſsimè lugerent, huiuſmodi de eo orationem habui.

## FVNEBRIS ORATIO IN *magnum Logothetam.*

Mihi quidem, auditores, idem vſuuenit, quòd naui ſubitò aduerſis ventis circumuentæ, cuius puppia cùm demergenda ſit, priuſquam conſiſtere poſsit, ab alio fluctu à latere obruatur. Priuſquam enim priorem illam & maximam obitus Imperatoris calamitatem excuſsiſſem, altera hæc hodie me aggreſſa, veluti fluctus poſt fluctum, tempeſtas poſt tempeſtatem, grauiter demerſit, & in abyſſos & fundum calamitatum heu deiecit. O anima, cur non ſtatim euolaſti? cur adhuc in miſero iſto corpore permanes? Heu cur non præ doloribus ruptum eſt corpus meũ, ſed adhuc tot fluctuum violentiæ reſiſtere poteſt? O infelicem linguã meam, ad huiuſmodi lamentationes reſeruatam. Heu malorum cumulum: heu mutationem rerum. Quos enim firmos quaſi obices cõtra malorum inſultus habebamus, & illuſtria ſolatia: ij hodie contra nos calamitatum cohortes educũt. Nos verò adhuc ſubſiſtimus, & lamentari non deſiſtimus? Vbi eſt familiaritas ſapientum? vbi doctorum certamina, & honeſtæ velitationes? vbi oratorum cœtus, applauſus, theatra, multo Panathenæis illis ſplendidiora? Euanuerunt omnia, in puluerem abierunt omnia. O tempus iniquiſsimum: itáne è medio terrarum orbe, ſapientiæ metropolim tollere crudeliter haud dubitaſti? ſitáne per inſidias eloquentiæ arcẽ euertiſti? Cur tam continenter inſultas nobis, ſine vlla miſericordia & ſacietate malorũ? Heri maximum nobis Imperatorem abſtuliſti: hodie ſolertiſsimum illius miniſtrum, Neſtorem conſiliarium, eum qui ſolus Imperatori ſatis fuit, heri Gratiarum thalamum: hodie Gratiarum veſtibulum, heri verbonorum: hodie nunciam eius hirundinem, heri magnã & incõmunicabilem mentem: hodie mentis illius argutũ pręconem, heri aureę & magnæ illius linguę ſermones: hodie Academiam & Peripatum & Stoã illius linguæ, heri ſermonum illorũ Muſas: hodie viuum & motu præditũ Muſeum, heri pietatis & dogmatum firmiſsimũ munimentum: hodie dogmaticam panopliam, heri ſacerdotij regulã & amuſsim: hodie ſacrum armamentarium. Sed quæ tandem lamenta, quæ ſuſpiria in vnũ coniuncta, malis noſtris æquari queant? Arbitror, arbitror enim, ſi mare totum in lachrymarũ naturam conuerſum, & omnes fluuij qui terram irrigant, in lachrymarum decurſum mutentur: ne ſic quidem magnitudinem calamitatũ, quibus nunc oppreſsi ſumus, ſatis oſtendi poſſe. Ille principalis Romanorũ nauigij optimus fuit gubernator: hic helices & poli diligentiſsimus inſpector. Ille ſerenitates & nubila vrbium imminentes inde tempeſtates proſpexit: hic vela, funes, rudentes probè direxit. Ille prudentiæ penu: hic dexter illius promus condus fuit. Sed vtrunq; nunc mors celeriter arreptum, infeſtus ille miles (proh dolor) in terram & puluerem depreſsit. O quomodo non terram tantum, ſed iam ipſos etiam cœlos & ſtellas celeriter hæc mala percurrerunt, & ſuperiorem prouinciam etiam inuaſerunt? Age verò prodi mihi huc omnis reliquus doctorum cœtus, ſi qui ſuperſunt. Deplorare fontem eloquentiæ obturatum: lugete Atticam illam linguam, non ita pridẽ ſuauiſsimè locutam, & dulce illud nectar prorſus humi effuſum. Lugete os illud quod paulò antè mellis vobis imago fuit, nunc verò à mortuis fucis eſt perditum. Lugete eum qui Romanorum gloriã ſua ſapientia magis auxit, quàm olim Athenienſium Socrates & Platones. Lugete vniuerſæ crateres ſapientiæ, paulò momento in terram effuſos. At ô quis è medio terrarum orbe Muſarum abripuit Heliconem? Quis ſapientiæ deſtruxit Olympum? Quis lucernam extinxit mentis noſtrę oculos illuſtrantem, & cilia noſtri animi pulchrè aperientem? Quis artem artium, ſcientiam ſcientiarum perdidit? Quis cœleſtem hominem in fundum inferorũ deiecit? Olim quidem Græcæ eloquentiæ domicilium deplorauit Athenas, cùm eas per inſidias celeres deſtruxiſſet Lyſander Lacedæmonius. Nos verò hodie non ſatis deplorare poſſumus totam Græciã cum ipſis Athenis demerſam? Vnus enim hic vir fuit omnia. O Muſę, ô facundia, ô virtutes, ô omnes diſciplinæ, quo modo agreſtia lilia adeò celeriter eſtis imitatæ? citò quidẽ in altũ decus arrectæ, ſed citius areſactæ & deiectæ. Diuina enim veſtra cella, magnum illud & celebre veſtrũ diuerſorium, nunc terra & interitu oppreſſum, vnà veſtram quoq; gloriam depreſsit. Hic fuit, qui omnes ingenio philoſophos ſuperaret, & oratores, quos omnia ſecula celebrant: ſed heu, iacet iam in puluere & tumulo mutus. Hic fuit qui mẽte & lingua cœlos & terras dimetiretur, quouis perpendiculo, quauis amuſsi rectius: nunc verò lapis exiguus eũ dimetitur. Hic fuit magnorũ cæli & terræ horizontũ & parallelorũ optima dioptra: hic optimus & ſponte natus horoſcopus: ſed nunc eum ante tempus, ô miſeriam breuis horizon terrę complectitur. Hic fuit, qui magnũ impendit ſtudium, ne Græci in poſterũ erudiri, in iudicio veterum ſapientum hallucinarentur. hic fuit, qui contemplatricis ſiderũ ſapiẽtiæ ſcientiam facilem reddiderit. hic fuit, qui Ariſtotelicæ linguæ labyrinthos extricarit: at nunc obſcuri ſepulchri labyrinthi, acerbè circa eũ intricantur. Hic optima verecundiæ & modeſtiæ regula: ſed nunc eum mors impudenter amputauit.

Heu

Heu quo pacto tempus hoc paulo momento vetuſtatem omnem lamentationibus vicit: quæ poſt multa ſolis curricula tantum detrimenti vniuerſæ naturæ humanæ in huncvſq; diem inferre non potuit, noſtra verò ætate facilimè potuit. Heri enim maxima & pulcherrima bona abripuit: ea verò quæ reſtabant, hodie reuerſum etiam ademit, heri terræ ſolem terræ viſceribus occultauit, nunc etiam Luciferum ſimul occultauit. Heri Muſicam harmoniam abſtulit, hodie magadem & neruos. O quomodo is qui effecit, vt cœli, qui longo iam tempore tacuerant, Dei gloriam enarrarent, nunc ipſe in ſepulchro tacet? Heu quomodo ipſe mortuus atq; immotus, viuentem & mobilẽ miſero mihi dolorem facit? qui toto die cor meum quouis enſe acutius penetrat, ac potius totas noctes, ſi quod maius eſt dici debet? Interdiu enim & familiarium congreſſus crebri, & cœli ac terrę, eorumq́; quę his continentur, pulchritudo, forſitan à dolore nonnihil auertunt, atque paulìſper abſtrahunt animum noſtrum: noctu verò, cum datur ocium, nec eſt quod prohibeat, omnes calamitatum dolores ſimul irruunt: & pectore ac memoria mea occupata, vt feri canes cadauer, huc atq; illuc diſtrahunt ac diſcerpunt. Quoties ego illum intuitus, vniuerſam ſapientiam mortales inuiſiſſe cogitaui, & animo corporeq; aſſumptis hominum conſuetudine eſſe vſam, vt ſapientes auditores ſapientia augeret, & ſcientiæ naufragia ſedaret. Parùm certè abfuit, quin & ipſe animos in alia migrare corpora ſtatuerem: & omnium ſimul animos Homeri, Platonis & Ptolomæi, ac præſtantium oratorum, in vnius huius concurriſſe corpore, atque in vita verſatos eſſe, eoq́; tanquam maximo nauigio ingeniorũ ſuorum vſos. At nunc tantus & tam præſtãs ille vir, heu calamitatem, ſepulchrum & puluerem ſubijt, magna doloris pyra incenſa in meo pectore. Viuere etenim ſine anima & ſpiritu vtiq; non potuit. Animus verò eius & ſpiritus, & ſi quid eſt quod vitam conferre queat, nihil omniũ fuit aliud quàm Imperator diuinus ille, & homine ſuperior homo, qui & viuens illum longè ſuper alios omnes euehere conatus, euidenter oſtendit, tanto Imperatori tanto etiam miniſtro eſſe vtendum: prudentiſsimo nimirum terram incolentium omnium hominum, eo qui omni ſapientia omnes ſuperaret. Nunc verò ille rebus humanis relictis, non diu à ſe remotũ eſſe hunc oportere cenſuit: ſed celeriter accerſitũ, ſecum coniunxit. Quod ſi ergo illo digreſſo, viuere hic non potuit, veluti corpus ab animo diuulſum: papè, qualis illa fuit conſpiratio atque coniunctio, quàm indiſſolubili vinculo diuturnus vſus conglutinauit? Quòd ſi ab illo accerſitus, ſtatim abiecto corpore accurrit: ô amorem & charitatem ſingularem, qua vt decuit, dominũ eſt proſecutus. Herculeus ille quidem, ſiquidẽ hoc verè dixerunt fabularum patres, terrarum orbem peragrauit, vt is ſuorum certaminum teſtis eſſet. Hi verò cùm intra limites manerent, ſola optima fama etiam Herculanas columnas ſuperarunt: & quicquid ſol intuetur, in ſe conuerterunt. Nunc verò è rebus humanis diſceſſerunt, cum ſe prius immortalitati conſecraſſent, ſuiq́; memoriam perpetuò in poſterorum animis victuram reliquiſſent. Nobis verò talibus & tantis præſidijs ac munitionibus deſtitutis, quæ vllius boni ſpes relinquitur? Idem enim & nobis vereri nunc ſubit, quod vitibus & plantis nouellis, ſi quis antibus & ſæpibus fraude remotis, eas pecudibus patẽre ſinat. Quę cùm ad hũc modum dicerentur, magnus cognatorum eius luctus eſt exortus. Fuit ille vir animo optimo &, modeſtiſsimo præditus: corpore verò robuſto & aptiſsima compage membrorum, velut ad amuſsim à natura directs, à capite ad calcem vſque. Ornabatur præterea hilari vultu, & ſuauitate grauitate temperata: moribus placidis & humanis. Honorem verò ex eloquentia, magis quàm vlla re alia expetebat. Quam ad rem ingenij celeritate ac fœcunditate incitabatur: ardentiſsimo autem religionis ſtudio & pietate planè ſimilis erat defuncto Imperatori.

*Elogia Metochitæ.*

IOANNIS NOVI IMPE-
*ratoris natiuitas.*

SEquente æſtate Imperatoris coniunx Anna domina, quæ Didymotichi prægnans agebat, decimo octauo die Iunij filiũ Ioannem Imperatorem peperit. Quo Imperator audito, celerrimè Didymotichum redijt: & lętitia exultans, lugubri veſte quam propter aui mortẽ gerebat depoſita, ſplendidiorem ſumpſit. Deinde duo etiam certamina celebrauit, Olympicorum ludorum imitatione: quæ cùm antea quoq; ſæpius edidiſſet, nunc tamen maiore apparatu exornauit. Hi à Latinis olim ſunt excogitati exercendi corporis gratia, cum à re bellica vacabãt: quorum vnus duelli ſpeciem pręſe ferens, Cintzuſtra dicitur. Diuiduntur ſecundũ tribus, municipia, curias. Deinde vtraq; pars armatur, ſinguli contra ſingulos. qui volunt, & ab omni parte armĩs teguntur. Deinde vtriq; haſtis veruto præfixo acceptis, impetu concurrunt: & alij alios fortiter vrgent: qui equo alium deiecerit, corolla ornatur. Tale duellum etiam Imperatori forte obtigit. & parum abfuit, quin ſæpe lethalem ictum acciperet. Vnde cùm à ſenioribus moneretur, vt huiuſmodi reb. abſtineret (nec enim decere Imperatorẽ à ſeruis, præſertim adeò impunè & cum periculo cædi) non paruit: ſed illis repudiatis, vt qui degeneris ſibi metus autores eſſent, æqualibus ſuis militibus magis eſt obſecutus. Alterum certamen Torne appellatum, ſic ſe habet. Diuiduntur & hic ſecundum tribus, municipia & curias, & ſimul omnes armantur. Deinde duobus principibus ſorte delectis, inter ſeſe concurrunt. Quod prius etiam vſurpatum, tum autem frequentatum, etiam Imperatorẽ habuit, duci cuidam nempe militi obtemperantẽ: & cum vtrinq; acies pari numero congrederetur, Imperator robuſtis clauis & ferit, & ſine reuerentia feritur. Ea enim certaminis lex eſt, vt qui alterũ vulnerarit aut occiderit, indemnis ſit. Poſt certaminis huius finem, vtraq; pars ducem ſuum ſecuta, atq; inter cæteros Im-

*Equeſtres cõcurſiones.*

*Cintzuſtra.*

*Torne.*

perator etiam ſubditi ordinem non deſerens, cum honorifica pompa & ordine in ſuū diuerſorium deducunt. Vbi ille cuique vini craterem propinans, & dexteram porrigens, omnes domum redire iubet.

### DE IMPERATORIS EXPE- *ditione contra Bulgaros.*

HIs nunc quoq; Didymorichi peractis, Imperator cum iuſtis copijs ſubitò Bulgaris ex improuiſo bellum prius infert, quàm indicit, vt caſtella iuxta Æmū recuperaret, quæ paulò antè ad Alexandrum ſe contulerant. Igitur impreſsione in hoſtilem terram facta, ferro & igni agros vaſtat, ne deſectæ quidem ſegeti, & in horrea comportatę parcens: caſtella item paſſim vagando, & obſidiones ac oppugnationes minitando, in deditionē accepit: & ex his nonnulla, ex quibus præſidia Alexandri, pace data, diſceſſerunt. Quibus Alexander auditis, ac dolore affectus, per legatos pacem ab Imperatore petit. Indignum enim eſſe Chriſtianis, adeò crudeliter contra ſeſe graſſari: cùm pax & concordia inter ipſos cōſtitui poſsit, & belli acies in impios vtriuſq; inimicos conuerti. Ad hæc Imperator reſpondit, æquum eſſe, vt Romanis, olim à Romanis extructa caſtella pareant, ac legatos re infecta dimiſit. Amplius enim quindecim caſtella auus eius Imperator Andronicus in cacuminibus & præruptis Æmi locis partim à fundamentis extruxerat, partim inſtaurarat, cum Glaba Protoſtrator Thraciæ præeſſet, vt crebræ Scytharū incurſiones veluti perpetuo muro interiecto ꝓhiberentur. Quę cùm Alexāder æquo animo ferre minimè poſſet, copias ſuas ſtatim contrahit ad octo milliū numerum, & duo millia Scytharum acceſſit: Ternoboque profectus, quinto die ad Ruſoeſtra caſtellum peruenit, ibiq; caſtrametatur: ibi enim etiam Imperatorem eſſe audierat. Qui quamuis inopinato hoſtium aduentu perculſus, tamen in media hoſtili terra, cum aliud conſilium rerum difficultates non paterentur, Romanas & ipſe copias, vt licet, educit, hoſtibus minimè pares, vt quæ vix trium millium numerum explerent: iiſq; in tres acies diſtributis, non procul à caſtello eſt progreſſus, quod ſubſidio ſibi & receptui eſſe volebat. Cùm verò hoſtes accedēres videret, dextro & ſiniſtro cornu in longiſsimam ſeriem vtrinq; porrecto, & graui armatura in medium collocata, ac ſimul profunditate extremi agminis veluti firmis fundamentis innixa: veritus ne circunueniretur, ſtatim conſilio mutato, Romanas copias in vnam ancipitem aciem contrahit, lunæ corniculantis ſpeciem imitatus: ipſeq; in medium progreſſus, ſuos inclamat & confirmat. Intelligitis (inquit) viri, nos in peregrina & hoſtili pugnare terra, & longè à patria excluſos, nec ſocias habere ciuitates, quæ nobis ad improuiſum hoc prælium opem ferant, neq; vnde auxilia accerſamus. Quare ſic pugnemus hodie, vt ſtatim morituri, & vnà cum hoc ſole occubituri. Fortium noſtrorum & generoſorum laborum teſtes relinquamus hoſtilem hanc terram, in qua hodie de vita dimicamus: & hoſtiū qui ſupererunt oculòs, quorum vos multitudo ne perturbet: ſcimus enim multos magnos exercitus à paruis faciliṁè eſſe cæſos. Eadem & ipſi ſpe nitamur, arcanam Dei clementiam intuentes: qua factum, vt præter alia, Themiſtocles Athenienſis cum paruis copijs in anguſtijs ad Salaminem, omnes ferè Perſarum vires demerſerit. Poſt hūc rurſus Thebanus Epaminundas bis maximas Lacedęmoniorum vires deuicit, cum longè paucioribus ad Aliartum & ad Leuctra: quo tempore Lyſandrum etiam Sparta amiſit, & cum maximo probro magnū illum Ageſilaum fugientem recepit: ac tandem, quod multis ſeculis factū non erat, hoſtilem fumum ad Eurotam vidit. Hac oratione confirmati, omnes ſtrenuè ac fortiter hoſtes inuaſerunt: in primis verò magnus Domeſticus Cantacuzenus: qui multis enſibus, multis telis hoſtium petitus atque impulſus, ipſe quidem plurimos hoſtes proſtrauit: ſed neque clypeo, neque gladio amiſſo, incolumis è prælio euaſit, velut agglutinatus atque infixus equo. Secundus ille ſtrenuè dimicauit Cæſaris filius, Porphyrogeniti nepos, nam & hic multis confixus telis, equo etiam vndique hoſtilibus enſibus vulnerato, vt & cerebrum eius patēret: hoſtibus tergum dare noluit, equus itē eius veluti cum ſeſſore certans, non prius cecidit, quàm eum è pugna extuliſſet, & domum incolumem reportaſſet. Ibi demum ante domini fores expirauit. Sed cùm hoſtes tumulum occupaturos cerneret, vt à tergo etiam inſtarent, effuſa fuga in caſtellum ſe receperunt. Qui verò in eo habitabant, cùm & hos victos eſſe cernerent, & ſimul Alexandrum timerent, portas illis occluſerunt. Iis igitur vi perruptis irrumpentes, & habitatoribus partim pulſis, partim hoſtium loco occiſis, caſtellum munierunt: in eoq́ue maxima cum moleſtia ob præſentaneum periculum ſe continuerunt. Neque enim pabulum ibi iumentis erat, neque puteus, nec aquæ vlla copia, & vulnerati milites atque equi neglecti, partim obierunt, partim exitio proximi fuerunt, neque admodum portas aperire licebat, multitudine hoſtium circundatas, & procul Romanorum fines aberant: ac ne ſpes quidem erat, tentata fortuna, clàm ad finitimam vrbem ſociam, eamq́; maritimam euadendi. Nam Anchialus hoſtilis erat, & Meſembria Romanorum clade audita ſtatim defecerat: & præſidijs Romanis cæſis, omnes eos qui fuga ſalutem non quæſierant, è mœnibus deiecerat. Idem cætera ad Æmum caſtella fecerunt omnia. Nec de libertate & redimendis captiuis legatos ad Alexandrū mittere audebant, cùm ita ſe geſsiſſent, vt nulla veniæ ſpes relinqueretur. Nam & eius legatos confidenter deriſerant, & per ignominiam dimiſerant, & Bulgarorum agros cum ſegetibus incenderant, & habitatores caſtellorum malè tractarant. Itaque ab omni parte inops conſilij æſtuabat Imperator. Tamen firma in Deum fiducia nec in prioribus periculis, nec in præſenti diſcrimine eum deſtituit: quamuis conſcientia eius non omnia

*Bulgari negata pace, imperatorem ad ſummā deſperationē adigunt.*

*Cantacuzenus virtus.*

*Cæſaris filius.*

*Romanorum anguſtiæ.*

nis expers eſſet maculæ, tum ob iuuenilem licentiam cum Imperio coniunctam, tum propter auum Imperatorem extrema ætate malè tractatum. Tamen huiuſmodi peccata, minutos piſciculos magnum Diuinæ miſericordiæ pelagus ſubeuntea iudicabat. Proinde & hoc ingens diſcrimen, non minus quàm cætera mirabiliter euaſit, arcana Dei cuncta clementer gubernantis prouidentia. Nam Alexander poſtridie vltrò illius miſertus, pacem illi obtulit: & cum exercitu domum redire paſſus eſt hortatus vt moderatior eſſet in poſterum. Vnius enim anni

*Alexandri Bulgari humanitas.*

„ quatuor eſſe tempora, & paulo momento ma-
„ ximas incidere rerum mutationes. Interea illa
„ quoque æſtate exacta, Syrgiannes prius etiam ob exactum à Theſſalonicenſibus iuſiurandum, magiſtratui ſuſpectus: & quia à matre Imperatoris adoptatus fuerat, cum Imperator Didymotichi capitali morbo laboraret: tum à Zumplacone læſæ maieſtatis reus actus, ſui defendendi cauſa Byzantium ad Imperatorem venit, & ſemel atque iterum & tertiò cauſa apud omnes iudices dicta plane reus peragi non potuit, adeò ut iam à pleriſque iudicibus abſolueretur. Lite autem adhuc pendente, vades Imperator ab eo petijt, ne clam profugeret, priuſquam omnes iudices ſuffragia de eo tuliſent. Quæ res eius animum valde turbauit, & in carceris metum coniecit: grauiſsima illa & intolerabilia quæ prius perpeſſus erat recordantem, quorum veſtigia recentia adhuc & euidentia in animo circumferebat. Cum autem vades minus alacres videret, grauiore metu vrgebatur. Quas ob res fuga clàm arrepta, cum ſtatim ſolicitè quæreretur, nuſquam eſt inuentus. Poſt annum autem ſupplices ex Eubœa literas ad Imperatorem miſit, quibus veniam petebat, & locum aliquem in extremis Macedoniæ finibus, in quo eum vxore & liberis conſideret. Nam cum aulicorum inuidiæ, vt diximus, obnoxius eſſet, procul ab illis eſſe voluit, ne per inſidias ab eis occideretur. Addebat & iuſiurandum, quo ſe Imperatori perpetuò fidelem fore teſtabatur. Sed cum nihil impetraſſet, Eubœa digreſſus, ad Seruiæ Cralem proficiſcitur: ab eóque cupidiſſimè ſuſceptus, ſumma & gratia & autoritate floruit aſſeſſor concors, amicus conſentiens, conſiliarius acceptus, intimorum fideliſsimus, exterorum occupatiſsimus: alter Temiſtocles Artaxerxi Serſæ. Nam cum fama cum iampridem cognouiſſet: tum aduentum eius in luculento lucro deputabat, & quia pollicebatur, ſi illius opibus ad Romanum Imperium occupandum adiuuaretur, ſe Macedoniam Triballis ſubiecturum, omni ſtudio eum fouebat. Interea mater Imperatoris diſceſsit, ac Theſſalonicæ ſepulta eſt. Nos verò Imperatorem ad hunc ferè modum conſolati ſumus.

*Syrgiannes accuſatus ad Triballos trãſfugit.*

### CONSOLATIO AD IMPERATOREM, *de obitu matris eius.*

TEquidem, Imperator maxime & diuiniſſime, ſæpe in armis mirati, & magis etiam ob humanitatem & hilaritatem: nunc tolerantiæ tuæ in hoc grauiſsimo caſu admirandæ occaſionem habemus, quam tempus omnia quatiens, veluti gymnaſium aliquod & theatrum certaminum generoſæ ac forti naturæ tuæ offert. In quo magnitudo animi tui magis elucere debet, quàm prius in armis: vbi fortunæ leuitas, manui ſæpe maiorem gloriam porrigit, quàm animo: & ingenij maieſtatem, contra quàm æquum eſt, adulterat, & manui poſtponit, hic verò conſilium & prudentia planè ſeſe contra magnos tempeſtatum fluctus armat, quos caſus hic concitauit. Norunt enim omnes, quantum animus corpori præſtat, tanto maiores etiam conflictus & fluctus illius eſſe, quos tempus veluti hoſtilem aciem inſtruit atque adducit. Nam illic quidem multa vndecunque auxilia præſto ſunt, clypeus ac galea, & haſta, ſæpe iudicum certaminis ſententiam occupantia, interdum crimina contegunt, hic verò animi fortitudo ſola in certamen deſcendens, & veluti firmæ crepidini conſilij & prudentiæ inſiſtens, & nudos atque inermes pedes offirmans, fortiſsimè reſiſtere atque obniti cuiuis doloris fluctui poteſt, velut inconcuſſum promontorium inſanienti pelago. Ac vehemens quidem illius tragœdiæ tempeſtas fuit, quam tibi patris Imperatoris obitus commouit: vehemens item aui Imperatoris interitus. Sed tamen matre ſuperſtite, ſolarij multum ſuperfuit, quo luctus ille leuaretur, & efficaci hilaritatis remedio veluti condiretur. At qui te nunc dominæ matris caſus oppreſsit grauiſsimus, omnem doloris acerbitatem ſuperat, quum ob maiorem ſanguinis affinitatem, tum quòd ea ſola extrema familiæ ancora & ſumma oblectatio reliqua fuit. Nam ad ipſas vſque medullas penetrat, & ipſa oſſa tua, fortiſsime Imperator, arrodit. Quid ni verò? quæ & mater fuit, & præſtantiſsima ac iucundiſsima mater, & firmis ac indiſſolubilibus naturæ vinculis tibi aſtricta: & quod maius eſt, plurimis tua cauſa laboribus fatigata. Neque verò te ſolum ſua morte in tantam triſtitiam coniecit, ſed etiam nos omnes qui vobis paremus: eamque duplicem. Nam & nos grauem iacturã fecimus: eóq; maiorem, quòd & illa viuens, ſalutaris portus omnium fuit, & ampliſsimũ ſolatium: & nunc tuam excellentiſsimam & communium rerum inſpectricem & curatricem mẽtem à neceſſarijs curis auocat, ſi non prorſus atq; omnino, tamen in tanto curarum æſtu etiam paruum impedimentum, maximum nauigium Reipublicæ lædit: non ſecus ac ſi gubernator in medio pelago tempeſtate conflictans, infernè fluctib. inſurgentibus, ſupernè verò ventis vela turbantibus, interim & ipſe ſui muneris oblitus dormitet, vt nihil iam ſit reliquũ quod prohibeat, quo minus nauis in fundum maris demergatur. Quamobrẽ vt nihil aliud te moueat, ſaltẽ propter ſubiectas tibi vrbes, mœrore alijs mandato, ſolitam tibi & Imperatoriam magnificentiam retineto. Imitare defunctæ illius generoſi animi conſtantiam, quæ propter ardẽtem Dei amorem, quem clàm animo ſuo longo iam tempore, ex quo parentũ

opinionem depoſuerat, fouit, & ornatui Imperatorio & rebus omnibus antepoſuit: tui chariſſimi, quemque toti terrarum orbi præponebat, oblita, ad Deum accurrit, ad Imperatorē & maritum accurrit: non quia maritus fuit, ſed quia per illum ad veram religionem perducta fuerat. Quod ſi nulla veritati fraus facienda eſt, ad patrem Imperatorem accurrit, qui ei veræ doctor religionis fuit: qui primus illam inde, vt nitentem roſam ex aſperis ſentibus, elegit, & vt aurum purum ex adulterinis metallis effodit, omni lithargyro & cholobaphino relicto. Quòd ſi illius conſtantiam imitari non potes: at veterum Imperatorum pleroſq; imitare, quos cum longo interuallo humanitate & clementia erga delinquentes vincas, etiam Imperatoria conſtantia vincito, duabus de cauſis: vt ex pulcherrimo & maximè vario inſignium bonorum tuorum peplo, etiam hæc emineat, veluti inter eximios flores, flos inſignis, & inter precioſas gemmas gemma precioſiſsima: vt perfectè bonis omnibus cumulatus in eorum qui ante te regnarunt ſerie tantum excellas, quantum inter colores purpura, & ſol inter ſidera. Age verò reſtitue tuorum auribus ſermonis tui diem: oculorum ſerenitatem, vultuū noſtrorum caligini. Diſcute animorum noſtrorum tempeſtatem, hilaritatis tuæ radijs. Accommoda feſtiuitati: ſolitum & tranquillum riſum. Omnibus exemplar eſto, vt aliorum bonorum omnium, ita etiam tolerantiæ malorum. Nos verò cum Græcos nonnullos ea valde gloriatos audiamus, erubeſcemus, alijs omnibus virtutibus longè præſtantiorem Imperatorem nacti, vna hac re illum ſuperari, Quapropter Achillis & Alexandri Magni mollicie in dolore ferendo repudiata, conſtantiam eorum imitare. Perſicos Reges & ſatrapas imitare, qui aduerſæ fortunæ non ceſſerunt, ſed fortiter reſtiterunt. Imitare veteres Romanorum Conſules & Cæſares, qui & ipſi temporum vices experti, veterem animi conſtantiam tenuerunt. Et quid alienis exēplis eſt opus: Teipſum imitare, ac talem te præbeto, qualis antehac in varijs caſibus extitiſti. Quoties in maximis tempeſtatibus inconcuſſum animum conſeruaſti, non aliter quā qui ſumma tranquillitate viuunt? Quoties ſubditorū tuorum peccatis vehementer irritatus, iram viciſti: nec vnquam affectui ceſſiſti, ſed animum tuum quàm illos fortiter ac prudenter caſtigare maluiſti, & ſolita clementia pœnam meritis ignouiſti? Hæc nunc per occaſionem recordatus, ipſe te imitare, vt & nos (ne longum faciam) omni libertate linguæ permiſſa, laudum tuarum pelagus facile tranſmittamus: & ex omnibus bonis tuis, præſtantiſsimis quibuſque delecti, coronam tibi concinnemus immortalem, qualem ſapientiæ crateres in omne æuum conflant. Ego verò vehementi & ardenti deſiderio victus, liberius verba feci. Tu ergo mihi veniam dato, diuiniſsime Imperator, ſolita etiam hic humanitate tua vſus.

DE SIRGIANNIS ET CRALIS
*aduerſus Romanos expeditione.*

VEris initio Crales ſuas copias coegit: Syrgiannes verò clandeſtinas literas per omne Romanum imperium dimiſit, à prouincia finitima Triballis auſpicatus, & per omnem oram maritimam & mediterraneas vrbes ac prouincias Byzantium vſque progreſſus, quibus & agrorum aſsignationes, & pecuniæ largitiones, & honorum faſtigia, & id genus alia pollicebatur. Quibus de cauſis ferè omnes illi inhiarunt, & animis prorſus ad illum inclinarunt, impreſsionem eius & literis & pecunijs accelerantes. At Imperator iam olim gnarus ſolertiæ illius, & in huiuſmodi rerum articulis ſummę celeritatis & dexteritatis, & ſibi & ſummæ rerum vehementer timuit, grauiorem eius impreſsionem quàm Scytharū & omnium ferè gentium ratus. Nam externis hoſtibus ſuas vrbes opponere potuiſſet, naturali odio ab illis ob religionis controuerſiam abhorrentes. Sed hominis popularis & noti bellum, illam etiam ſpem funditùs euertebat, & omnes eius cogitationes perturbabat, adeò vt hoſtiles flammas tantùm non terra mariq; in ipſius palatij fores graſſantes cerneret. Quare animum deſpondebat: & tamen ea curabat, quæ poterat, omni ſua ſpe in Deum collocata: quod ei ſemper in more poſitum ac familiare fuit, in maioribus præſertim calamitatibus. Ac primùm turribus maximis palatinas aulas & portas munijt, & magnam frumenti copiam inuexit, qua cum præſidijs longo tempore, ſi eſſet opus, ſuſtentari poſſet: hoſtilem enim fumum ad ipſum vſque palatium penetraturum putabat. Deinde in Macedoniam abiturus, vt ſua præſentia eos qui defectionem ſpectabant, in vrbibus terreret: patriarchici ſolij poſt Eſaiæ obitū Ioannem Apris oriundum, Imperatorij collegij tum ſacerdotem, ſucceſſorem deligit: cuius fidei, Deum teſtatus, in maximo diuini verbi Sapientiæ templo coniugem & liberos ſuos mandauit, vt eorum curator & cuſtos poſt Deum eſſet, ſi quid fortè reſpublica detrimenti cepiſſet. His actis, properè in Macedoniam contendit, nullo ſecum adducto exercitu. Iam enim omnes ſuſpectos habebat, præter fideliſsimos domeſticos ſuos, & magnum Domeſticum Cantacuzenum, quem eius ſtudioſiſsimum & amantiſsimum, cæteris verò omnibus comitem & hilarē, tempus declarauit. Sed cum neceſsitas, vt aiunt, ingenium excitet: poſt multas cogitationum ambages, tandem etiam Imperatori in mentem venit, aſtum & dolum hic quoque, vt plerunque ſoleat, aperta vi longè efficaciorem fore, in bellicis præſertim tumultibus: ſimulque ad veterum res geſtas animum retulit, quemadmodum Darius per Zopyrum inuictam Babylonem facilè cepiſſet: & Antigonus Alexandri ſucceſſor potentiſsimus, ſæpe artibus Eumenis victus, qui & ipſe ex Alexandri diſciplina prodierat, ingenio, vſu rerum & celeritate illuſtris: ab eóque forſitan non modò regno, ſed vita etiam ſpoliatus eſſet, niſi eminus fraude ac dolo virum ſuſtuliſſet, & vt ante hos Athenienſis Temiſthocles magnam illam Medorum claſſem, alioqui inſupera-

*Syrgiannes Romanos ad defectionem ſolicitat.*

*Imperatoris ſolicitudo.*

*Imperator inſidias Syrganni comparat.*

*Sphranza ſiue Franſeſ Paleologi inſignis perfidia.*

ſuperabilem callidis verbis & dolis profligaſſet. Impetatorem autem in hanc curam intenrum, ſenator quidam Sphanzes Palæologus adit, & ſine arbitris alloquitur, illóque opes & honores pollıcente, vicíſsim cædem Syrgiannis pollicetur, fuga ſimulata. Non mulris dieb. pôſt, ſama circa Theſſalonicam ſpargitur, vbi rum agebar Impetator, Sphanzem Palæologum omnibus iumenris ſuis vendiris, ad Syrgiannem plenis manibus transfugere. Quo Imperator audito, ignoratione ſimulata, & ædes eius publicauit, & vxorem ignominioſè per ſotum traduci iuſſit, quæ res potiſsimum effecit, vt Sphanzi Syrgiannes crederet, & fideliſsimum conſiliarium iudicaret: adeò vt cum ſamiliares ſæpe Theſſalonica & Berrhœa ad eum ſcriberent, eaueret Sphanzem, qui malo animo & eius occidendi cauſa adeſſet, nihil eorum literis moueretur, ſed ſanctiſsimo iureiurando, eôq; ſcripto, ab illo ante ſacram menſam accepto, cum ſacerdotes diuinam myſtagogiam celebrarent, deinceps eius eonſuetudine & familiaritate ſine vlla ſuſpicione & metu vteretur. Oportebar enim eum tandem aliquando ſimiles ſacinoribus ſuis pœnas luere, & iureiurádo eaptum & ipſum, quemadmodum ſeniorem Andronicũ, ac porius ipſum Deum (ſiquidem periurium ad Dei contemptũ refertur) fefellerat, interire. Suprà enim diximus eum diſsidij & pugnæ duorũ Imperatorum autorem vel in primis extiriſſe, & primum ortum eorũ rumultuum omnium qui pôſt ſecuti ſunr. Æſtare verò iam media, Crales cum ſuis copijs Syrgiannem ſequitur, rectà Theſſalonicam petentem, leui opera interiectis vrbibus & prouincijs in deditionem acceptis, partim deſiderio veteris adminiſtrationis Syrgiannis, partim vaſtationis ſegetũ metu. Tempus enim meſsis erat. Cæterùm Sphanzes Imperatori quid ageretur nũciaturus, ſimulq; Syrgianni nõ ſuſpectus eſſe volens, callidiſsimo & mirifico cõmento illum aggreſſus, ſe cum duob. eubiculariorum principibus pepigiſſe ait, qui affirmaſſent, ſe data opportunitate Imperatorem occiſuros. Eos igitur cõmoneſaciendos eſſe cõuentorum. Sic poteſtate data, Imperatori quid ageretur ſignificat: quæ erant huiuſmodi. Deeſſe ſibi facultatem, ſimul & facinoris patrandi, & vitæ eonſeruandæ. Magnam enim Syrgianni rurbam noctu atque interdiu circumfuſam eſſe, neque vnquam relinqui ſolum. Eſſe igitur milites aliquot ſpeculatores in ſuburbijs Theſſalonicæ collocandos, qui ſe è caſtris in vrbẽ fugientem exciperent, priuſquam cognitus re infecta periret. Cum enim turpe ſit, manſiſſe diu, vacuumq; reuerti: multo eſſe turpius, manſiſſe diu, ac non modò nihil geſſiſſe, ſed etiam ad inimicorũ portas interfici. Cęterùm eùm Syrgiannes cum Cralis exercitu progrediens, ſolo nomine ſuo facilè omnia ſubigeret, & iam Theſſalonicã aggreſſurus putaretur: populus animo fluctuans, eũ apertis portis ſine vllo labore accipere eogitabat. At Imperator vehemẽter anxius, & deſperatione plenus, ex animo & feruenti corde diuinam opem implorabat: ac modò ſpem bonam, diuinæ erga ſe liberalitatis memor, concipiebat: modò deſperatione vehementer angebatur. Niſi tamen triginta ſpeculatores extra mœnia, vt à Sphanze denunciatum illi fuerat. Ante portam verò vnam triremen celerem habebat, in quam, ſi Sphanzes re infecta rediſſet, ſe coniecturus ſtatim cum ſuis erat, & Byzanrium rediturus. Sed cum hoſtiles copiæ proprius acceſsiſſent, & ad ſexaginta ſtadia caſtris ab vrbe poſiris, poſtridie oppugnaturæ mœnia viderentur: Sphanzes conatu ſuo deſperato, fugã omnino cogitat, & tali cauſa quæſita, Syrgiannem de more cõuenit: ſe paululum extra caſtra proditurum, ad ſectanda mœnia, nunquid armatis ſint cõpleta. At ille nihil ſuſpicatus mali: Abi, inquit, ſequar & ipſe. Præcedit igitur Sphanzes, cum duobus ſamulis funeſti conſilij cõſcijs: Syrgiannes verò ſolus ſequitur, Deo nimirum ſanam illi mentem tum adimẽte, cum ſe rerum potiturum ſomniaret. Vt autem circiter duodecim ſtadia à caſtris diſceſſerant, illi conuerſi, cum id quod vehementer exoptarant, à fortuna vltrò ſuppeditatum eſſet, gladijs illum concíderũt: & priuſquam quiſquam reſciret, properè in vrbem contenderunt. Poſtridie verò Crales re deſperata, Imperatori petenti pacem dedit: cum eôq; egreſſo collocutus, muneribus quibuſdam acceptis, domum ſe recipit.

DE EPISCOPIS QVI PAPAE NOMINE *in vrbem Imperatricem diſputandi cauſa venerunt.*

ALtero anno duo epiſcopi, vetere Roma à Papa miſsi, venerunt, vt de pace & concordia Eccleſiarum diſputarent. Ac ſtatim videre erat multos è populo ſtudium præ ſe ferre, ſed non ſecundum ſcientiam, ac temerè & inconſultò loqui, atque ipſum patriarcham ad diſputandum vrgere. Is verò cum nec linguam dicendi exercitatione iuſtructum haberet, & ſuos epiſcopos maximam partem indoctiſsimos eſſe cerneret: tergiuerſabatur ille quidem, ſed quomodo populi tumultũ ſedaret, neſciebat. Quare & nos in id certamen mittendos putabat, qui linguam exercitatã haberemus, quamuis in ſacrum Catalogum non inſcripri eſſemus. Ego verò primùm vehementer vrgebam, ac monebam vt taceret, & magnam grauitatem atque animi altitudinem præ ſe ferret, Latinorumque poſtulationem contemneret, neque enim diſputatione eſſe opus. Sed cum rurſus cogitarem, ſilentium non ferè ſuſpicione carere, ſed in exterorum animis varias & multiplices cogitationes excitare, eorum præſertim qui linguæ imperare neſcirent: patriarcha & quibuſdam primarijs epiſcopis ſeductis, meam ſententiam ad hunc ferè modum expoſui.

CONSILIVM AVTORIS.

EQuidem ad hoc certamen ea ſum alacritate, itaque paratus, vt non modò linguam, ſed animũ etiam, radicem & fontem nuiua ſimulq; largitorem & moderatorem orationis, exacuerim. Cum autem pleroſque, priuſquam res poſtulet, audacter & magnificè loqui, &

in ea

in ea eſſe opinione videam, vt & tempore & res ipſas ad ipſorum arbitrium accommodare ſe oportere opinentur: veteri mihi ſubit, ne, vbi res & tempus poſtularit, deſertorum ordinum rei, arma vltrò aduerſarijs tradant. Nam vbi ambitio imperitiæ alumna, omni importunitate abuſa, modeſtiæ limites inuadit: ibi etiam eum ſequi exitum qui procemijs repugnet, non eſt mirandum. Neque enim illi cogitant, non linguam temporibus, ſed tempora linguæ moderari: neque quenquam tuba Tyrrhena vocaliorem eſſe: tamen illam quoque vnà cum aeris ictu conſumere & amittere ſuam oblectationem, nec vllum relinquere ſui poſt ſonitum fructum. Non autem committendum eſſe prudentibus, vt ſubito motu & temerario incitati, vltrò ſibi periculum accerſant, inter omnes conſtare arbitror: & nos orationis progreſſu declarabimus. Sicut enim duobus exercitibus ad pugnam instructis, alterius cõſilium, alterius temeritatem deſtruit, & contrà: ita etiam hìc fit. Si prius quàm probè ac diligenter diſputationes meditati fuerimus, aduerſarijs occurremus: cum ignominia diſcedemus. Neque verò mihi quiſquam dicat, multos ſæpe repentino impetu elatos, & quæ in mentem veniſſent effatos, victoriam obtinuiſſe. Primùm enim ea res quæ neque modum neque rationem in ſe vllam habet, modus & ratio æquitatis ducenda non eſt. Deinde ſatis ſcitur, inconſideratum impetum non ſuapte natura parere victoriam: ſed aduerſariorũ maiore ſtultitia occaſionem mirabiliter præbente, malas quoque res bonarum rerum locum occupare, duce audacia: ſicut viciſsim maior ſæpe aduerſariorum prudentia, eos etiam qui bene ſuis rebus conſuluiſſe videntur, ſuperat. Nam cum res futuræ incertæ ſint, nihil obſtat quo minus interdum etiam tale aliquid vſu ueniat. Sed fortuitorum ſucceſſuum euentus, non apud omnes legis tenere locum debet, nunc præſertim, cum de religionis victoria ſit certandum. Hac enim de cauſa prodij, vt conſilium darem, quid vtile mihi factu videretur: & vt ipſe etiam pro mea virili, hoc rerum articulo aliquid opis afferrem. Id verò rectè ne an ſecus, conſideretur. Neque enim legum ferendarum gratia adſumus, aut vt noſtra decreta firma & inconcuſſa haberi velimus: ſed vt olim in liberis ciuitatibus fiebat, ita & nobis quæ in mentem veniſſent, vice ſtipis conferre viſum eſt. Is autem huius noſtræ rationis ſcopus eſt, vt dehortemur, ne quiuis pro ſuo libito cum ijs qui ex Italia venerunt, temerè congrediatur & diſputet, cum id ne ſummia quidem & hac autoritate prędititis viris concedendum eſſe videatur, priuſquam in ſeſe diſputationis ſcopum & finem conſiderarint, ad quem & in agendo & in dicendo eſt collimandum. Quod niſi fiat, periculum eſt, ne omne ſtudium, omnis labor inanis & irritus eſſe videatur. Veluti is qui nauigat, nõ hoc vult, nec hunc ſcopum propoſitum habet, in quo elaborat: ſed illud potius cuius cauſa id agit, lucri nimirum: non autem vt ventorum & fluctuum arbitrio de vita dimicet, è portu ſoluit. Eodem modo ſagittarius, non ideo ſagittas emittit, vt ventum verberet: ſed vt hoſtem ſternat, id facit. Hic verò cuius emolumenti ſpe, quo fine propoſito, quiſquam diſputare cum Latinis velit, equidem non video, ſi nec ipſi noſtris, nec nos illorum decretis aſſentiri vnquam decreuimus: quamuis omnes hoc lapides, omnes ſtipites hoc clamitent. Deinde abſurdiſsimum & ab omni ratione alieniſsimum fuerit, ijs qui in Olympijs certant, & in ſtadio decurrunt, & qui furti rei fiunt, ad Hellanodicas & incorruptos iudices eſſe prouocationem, ne iuſtitiæ regula violetur, aut inanis ſit contentionis quaſi decurſio, nulla regula, nulla meta propoſita, ad quam diſceptantium orationes relatæ litem finiant: eos verò qui de rebus diuinis diſputaturi, & in longiſsimo illo ſtadio decurſuri ſunt, & maximam cladem animis & corporibus minitantes, nullum habere iudicem, qui vtriuſque partis oratione expenſa, alteros victores pronunciet, alteros vanitatis & falſitatis condemnet: ſed non aliter facere, ac ſi qui de limitibus agrorum diſceptantes, primùm cõuicijs de victoria certent, deinde ad manus & arma ueniant, & quouis modo uterque alterum è medio tollere conetur. Quod ſi duæ partes ſumus qui contendimus, nec tertium ueritatis arbitrum & iudicem habere poſſumus, eaque de cauſa alterutris de controuerſia pronunciandũ eſt: nos illorum eſſe iudices, non illos noſtri oportet. Noſtrum enim dogma illi non minus quàm nos rectum eſſe concedunt, additamentum autem ab illis excogitatum, & à uera uia deflexionem: ſolis illis reprehenſione uacare uidetur, nobis autem minimè. Si ergo pendente lite noua illorum opinio admittenda eſt: iudicare & pronunciare noſtrum fuerit, non illorum qui rei ſunt. Quod ſi illi ſe diui Petri ſedis ſucceſſores & hæredes eſſe dicunt, idque telum in nos uibrant, ut nubes fulmina, eáque ratione nos opinionum ſuarum miniſtros & executores eſſe oportere opinantur: id minimè curandum eſt. Ob hoc enim maiore odio & auerſatione digni ſunt, quod aliter quàm ſancta ſede dignum ſit egerunt. Neque enim quæ nellent dogmata ſtatuere Clementem & ceteros iuſsit Petrus: ſed ea ligare quæ liganda eſſent, ea ſoluere quæ ſoluenda eſſent. At iſti, ijs quæ omnibus ſacris concilijs ſtatuta & decreta ſunt neglectis, ea fecerunt quæ ipſis ſolis placuerunt. Deinde nec ueterem morem ab antiquis & Imperatoribus & doctoribus ſancitum, uiolari decet. eſt enim in more poſitũ, cum in Eccleſia certamina de dogmatibus mouentur, omnes communi edicto & decreto Eccleſia propugnatores citare nec eos tantum qui Euangelici præconij cauſa metropoles ubiq; gentium ſortiti ſunt, ſed patriarchica etiam autoritate præditos: ut ſunt Alexandrinus, Hieroſolymitanus & Antiochenus antiſtes, quibus cauſa dabitur, non accerſitis, turbandæ concordiæ noſtræ, & Eccleſiæ uer in hyemem cõmutandi. Nam ſi olim unus uir Theodoretus Cyri epiſcopus, & à patriarchica dignitate alienus, nec alioqui ſedem illuſtrem obtinens, tantum contentionis incendium excitauit,

*Tempora linguæ moderantur.*

*Temeritati fortunæ non fidendum.*

*Inanis diſputatio ſine cedendi voluptate, & iudice controuerſiæ ſumma poteſtate predito.*

*Diuus Petrus non iactandus ſed imitandus.*

*Controuerſiæ concilijs dirimendæ.*

*Theodoretus Cyri epiſcopus.*

citauit, vt cum plurimi epiſcopi ex Europa &
Aſia Epheſi conueniſſent, illus fumi moleſtias
longo tempore ſentirent: quanto magis tanta
epiſcoporum & patriarchatum multitudo, con-
tra noa paucos infeſtam linguã exacuet, & diſ-
ſidijs turbabit omnia? Præſertim cum diſputan-
tium inſtrumentũ ſit ad propoſiti confirmatio-
nem, ratiocinatio, vt ligo foſſorum & remus na-
uigantium: quam nos Italis, vt quicquam aliud,
*Ratiocinationem in ſacris locum non habere.*
ſtudio eſſe nouimus, eam verò nos locum hic nõ
habere ſcimus, ſiue ea ſcientiam per demonſtra-
tionem polliceatur, ſiue à probabili diſſerendi
ratione proficiſcatur: cum hic de Deo & ſancta
vitæq́; principe Trinitate agatur. Nam ſi ſcien-
tifica, quam vocãt, demonſtratio propoſitiones
certas & per ſe claras requirit, & concluſiones
notiores: hæ verò aut inductione, aut ſenſu, aut
experientia declarãtur: hic vtiq; demonſtratio-
ne ſcientifica ratiocinari nõ licet, cognitu enim
difficiles perceptuq́; arduæ ſunt rationes diui-
narum rerum: idq́; cum à noſtris, tum ab exteria
*Plato de Deo.*
theologis demonſtratur, ac à Platone Ariſtonis
filio in primis. Deum enim, inquit, intelligere
» difficile eſt, & in vulgus efferre nefas, quam ſen-
*Gregorius*
tentiam magnus doctor Gregorius in diſputa-
» tionib. de Theologia hoc modo correxit: Deus
» mea quidem ſententia explicari nullo modo
» poteſt, intelligi verò multo minus. Quod enim
» mens intellexerit, lingua forſitan explicabit, vt
» non planè, at obſcurè: niſi quis ſurdaſter ſit, & a-
» nimo hebeti. At tantã rem animo cõplecti, nul-
» lo ingenio, nulla ratione queant, nõ modò ſtu-
» pidi & hebetes, humiq; defixi, ſed ne acutiſsimi
» & ingenioſiſsimi quidem, & in cœlum animis
intenti. Hærebit ex æquo omnis genita natura,
quam caligo circundat, cui craſſa hæc caro ad rei
perſpicientiam obſtat. Atq; haud ſcio an etiam
ſupernis & intelligentibus naturis id ſe negarũ.
Quod cum ita ſit, nec is qui ratiocinari vult in
his, quid ratiocinetur nouit: nec qui percunta-
tur, ſcit quid audierit. Minimè igitur eſſe vtilem
ratiocinationem, quam demonſtrandi ſcientia
parit, perſpicuũ eſt: æquè aſit inutilem eſſe Dia-
lecticam, cuius propoſitiones opinionibus am-
biguis nituntur, ex ijs quæ ſubijciemus conſta-
*Nyſſenus de Dialectica.*
bit. Sic aũt ait Gregorius Nyſſenus: Noſtrorum
dogmatũ per artem dialecticam & ſyllogiſticam
atque analyticam doctrinam confirmatio, infir-
» ma & ſuſpecta cum ſit, id orationis genus relin-
» quemus. Omnibus enim perſpicuum eſt, diale-
» cticas argutias parea in vtrunque partem vires
» habere, tam ad euerſionem veritatis, quàm ad
» mendacij accuſationem. Vnde fit, vt ipſam veri-
» tatem, quando tali arte profertur, ſuſpectam
» ſæpe habeamus, quaſi iſtius ſolertia mentis no-
» ſtræ oculos perſtringat, & à veritate auertat. Si
quis aũt ſimplicem expoſitionẽ, & omni quaſi
amictu nudam admittit orationẽ: ſerie doctrinę
ſacrarum literarum obſeruatata pro virili verba
faciemus, atque iſta explicabimus. Quod ſi &
nobis ſanctorum patrum ſcriptis niti, & illis re-
pugnare neceſſarium eſſet: ſimplici ratione &
ipſis dilucidioribus vteremur, quæ euidentem &
irrefragabilem ſenſum lectoribus oſtenderent,

præteritis obſcuris & propter multiplicem vo-
*Sacrarum literarum obſcuritas*
cum ſignificationem, verborumq́; tenebras am-
biguis. Sæpe enim in ſacra Scriptura verbis non
nulla inuoluuntur, vti cõſentaneum eſt. Vt enim
regum thalami, aliáque quæ ſancta & magno
in precio habentur, alijs atque alijs velis occul-
tantur, ne à rudi vulgo profanentur, aut quia
omnibus abſq; labore pateant, contemnantur:
ſic etiam plurimi ſacræ ſcripturæ loci, ij præſer-
tim in quibus arcana quæpiam doctrina conti-
*Eadem verba alias aliud ſignificant.*
netur, tanquam velis quibuſdam, ita verbia tali-
bus abſconduntur, quæ multã caliginem ſecum
trahunt, & tenebras lectorum oculis offundunt.
Monẽt & ſancti patres, Baſilius, Chryſoſtomus,
Maximus & Cyrillus, non ea omnia verba quæ
in omni materia eundem ſonum edunt, ſtatim
eodem modo accipienda eſſe: neque mentem
in verbis prorſus defigendam, ſed propoſiti ar-
gumenti ſententias intuendas & ſcopum atque
propoſitũ Scripturæ exquirendum, vti deceat,
& perſonis atque temporibus aptè conuenien-
terq́; accõmodandum & applicandum. Eſt &
Gregorius theologus autor, quoſdam tas cum
vocabulis craſſa Minerua conſentire ratos, opi-
niones diuinis indignas literis concepiſſe. Cum
igitur tot coniecturæ in rebus verſentur propter
vocabulorum multiplicem vim, quæ aliter in
Deo intelligenda ſunt, aliter in hac orta & peri-
tura natura: quis hæc pro dignitate explicabit?
*Patrũ diſſenſiones.*
Nam ſi ſanctos illos patres, Spiritus ſancti inſtru
menta, quorum omnem humanam ſapientiam
ſapientia ſuperauit, ſi ergo illos in ſacrarũ Scri-
pturarum enarrationibus ſæpenumero diſſen-
tire videmus, & ferè contraria afferre, propter
obſcuritatem ingentem, qua diuinæ ſententiæ
& altiores ſenſus veluti firmis atq; adamantinis
veſtibulis muniuntur: quid aliud aliquis dicat
nec humana ſapientia cum illis conferendus, &
impuris adhuc affectibus obnoxius? Ecce enim
(vt pleraq; ſilentio diſsimulem) illud (dominus
creauit me, principium viarũ ſuarum) Magnus
Baſilius de ea ſapientia quæ in mundo apparet,
dictum eſſe ait, tantum non voce edita, per ea
quæ ſub aſpectum oculorũ cadunt teſtante, ſed
à Deo eſſe conditam, & non caſu extitiſſe. Tan-
tam in operibus ſapientiam eminere: quemad-
modum cœli etiam Dei gloriam enarrent, voci-
bus ineffabilibus. At Gregorius Magnus Serua-
toris hanc orationem eſſe ait, eamq́; ordine in-
terpretans, quæ cum cauſa inuenit, ea humani-
tati accõmodat: quæ verò ſimplicia & ſine cauſa
*Aliter pij aliter importuni Scripturas interpretantur.*
diſtinguit, ac diuinitati attribuit. Enimuerò hi
qui ſpiritus vaſa ſunt, & ad eundem ſcopum col
limãt, tale diſsidium velut diuerſis vijs ad vnum
finem, eumq́; pium ac ſalutarem dirigunt. Alie-
narum verò ſectarũ autores, arrepta obſcuritatis
Scripturarũ occaſione, ſacrilegorum inſtar eas
dilacerant, & in extremam blaſphemiarum a-
*Ambigua & obſcura nihil probant.*
byſſum detrudunt. Quòd ſi nobis etiam in præ-
ſentia eſſet opus linguam contra aduerſarios a-
cuere, vt diximus: non ijs vocabulis vteremur, in
quibus ſententia multiplex & varia lateret: ſed
ijs quæ extra omnẽ controuerſiam conſentien-
tibus animis vtriq; confiterentur, quæque ne-
ceſſariò

ceſſariò nos ad cogitationem eorum quæ ſimpliciter intelliguntur, deducerẽt. Nam & huiuſmodi permulta è ſacris literis velut efflorescũt. Sed quia nobis id in hoc tempore non eſt neceſſarium, qui melioribus & tutiorib. dictis Euangelij & ſacri Symboli fidei, à ſanctis patribus olim ſanciti utimur, & veluti fundamentis inſiſtimus (hi enim limites & pronunciata reuera ſunt notiora, nullamq; demonſtrationem requirentia) ſilentio rixoſas illorum aduerſationes, quàm diſputationibus euertere, mihi videtur eſſe æquius. Quod ſi nobis occurritur ab aliquo, ſanctos patres ſæpe ratiocinationibus eſſe vſos: eum ego haud oportune dicere affirmarim. Neque enim eò id faciunt, vt oſtendant quæ Dei natura ſit aut quæ ſit filij generatio, aut quæ ſit Spiritus ſancti proceſsio: ſed potius, vt eos coherceant, qui ſine vlla modeſtia theologiam inuadunt.

*Theologi veteres ratiocinatio- nibus quo- modo vſi.*

Alioqui dicat mihi aliquis, quo conſilio Magnus Gregorius aduerſus contentioſè de generatione filij & ſpiritus ſancti proceſsione quærentes, ita conformet orationem? Dic mihi, inquit, quo pacto pater natus non ſit. & ego naturam generationis filij explicabo, & ſpiritus proceſsionem: & ambo inſaniemus, in arcana Dei curioſos oculos inſerentes: ij præſertim qui nec ea quæ ante pedes ſunt, cernere poſſumus, non arenam maris, non guttas pluuiarũ, nec dies æternitatis enumerare: tantũ abeſt vt in Dei profunditates deſcendere, & adeò ineffabilis naturæ, & omnẽ rationem ſuperantis, rationem reddere queamus. Ac paulo pòſt iterum, aduerſario quærente ſpecimen & ſimilitudinem, ac dari ſibi poſtulante ex eodem partim filium, partim non filium, deinde homouſia & accipere ſe Deum & Deum, reſpondet: Dato & tu mihi Deum alium, & naturã Dei: & ego tibi eandem trinitatẽ dabo, eum ijſdem & nominibus & rebus. Si verò vnus eſt Deus, ſuprema natura: vnde tibi afferam ſimilitudinem: Eſt enim non modo turpe, ſed & perabſurdum, ex inferioribus ſuperiorũ petere imaginem, & perpetuorum è fluxis & caducis: & quod Eſaias ait, ea quæ viuunt inter mortua quæritare. Quapropter etiam alibi ait: Intra limites noſtros conſiſtentes, id quod ortu caret, & quod ortum habet, introducimus: & id quod è patre procedit, vt ipſe Deus & ſermo ait: hæc igitur eius ſunt, nõ qui aſtruere velit hæc ita eſſe, ſed eius qui repellat & deterreat eos qui temerè in huiuſmodi cõfirmationes irruunt. Id enim qui fiat, cũ ne vocabula quidem Dei naturæ congruentia repetire homines poſſint? Res diuinas enim noſtris nominibus, vt licet, exprimimus. Nam ſi eorũ, inquit, quæ intelliguntur, extrema, anima & ſermo proprijs nominibus carent: (anima enim fœmineo nomine appellatur, cũ ea natura non ſit, & ſermo maſcula natura) ea intellectilis quę omnẽ intellectum ſuperãt, proprijs appellari nominibus quomodo affirmabimus? Cum igitur tantæ & cogitationum & appellationũ tenebræ, noſtræ menti occurrant: quis inde ratiocinari queat? Quod qui conatur, bifariam peccat. Neque enim horum quicquam nouit, ſimulque ea ſe ignorare ignorat. Qui autem ignorat quid concludendum & quomodo concludendum ſit, ne tum quidem cum cõcludendum fuerit, id quod debet, eo modo quo debet, concludet.

*Diuus Gregorius cõtra curioſos.*

Quod vt præſtet auditoribus, tamen ſuſpecta erat oratio, eumque ſemel vt ſimplicem & amentem cauebunt. Fortaſsis etiam ſancti illi patres iſtiuſmodi abſurdas contentiones ſilentio prorſus repuliſſent, niſi inuiti eas refutare coacti eſſent, cum populum aliàs alijs ſectis ſuborientibus, propter fidei infirmitatem & dubitatione facilè adhærere vidiſſent. Nunc autem, cum multitudo ita confirmata & in fide defixa ſit, vt ferri naturam facilius mutes, quàm eos paululũ à patrijs dogmatibus abducas: quid opus eſt diſputationibus nihil profuturis? Vt enim & ipſe Apoſtoli verbis per tempus vtar, perſuaſum habeo, neq; mortem, neque vitam, neque angelos, neque principatus, neque poteſtates, neque pręſentia, neque futura, neque altitudinem, neque profunditatem, neque vllam aliam creaturam poſſe populum à patrijs Inſtitutis & decretis abducere. Deinde ſi nunc primùm & primis nobis moleſti eſſent, iſtáque proponerent: fortaſsis & ipſi ad certamen diſputationis, Deo propitio, hodie accingeremur. Sed cùm olim hæc tractata ſint, & eo quo decebat ordine tranſacta, & diuturnitate temporis confirmata: atque iſti ſæpius huc profecti, ſubinde repudiati fuerint: quo iure ea quæ olim rectè decreta ſunt, hodie turbabimus, & inani labore eadẽ ſubinde repetemus? Quod iſtis quidem nec graue eſt, & ſummo ſtudio quæritur. Nam alijs atque alijs rationibus cõminiſcendis, & ſubinde melioribus promittendis, aut victoriam ſibi de nobis olim victoribus abolito vetere probro pollicentur: aut cum mala multa in conuentum noſtrum vaſtato cum ſupercilio dixerint, famam per ſummam impudentiam ſpargent, neglectáque veritate, vt ſunt puſillis ac ieiunis ingenijs, de ſua victoria gloriabuntur. Verùm nobis amplitudo noſtra non deſerenda eſt, neque ea agenda quæ è re aduerſariorum ſunt, ſed ea potius quæ nobis expediunt. Quantæ porrò væcordiæ eſſet, cum Græci qui Pythagoram aut Epicurũ autorem ſequuntur, adeò diuina & certa putent decreta magiſtrorum, vt quicquid illis dixeris, taciti ferant, immotis & animis & linguis, nos verò legibus & decretis procerum religionis & fidei noſtræ nolle citra demonſtrationem, ac velut certis limitibus inſiſtere, ſed alios diſceptãtes & curioſè rixantes & mentem dilacerantes ferre, non aliter quàm hoſtes ſpolia tractare ſolent, quæ ignominioſè diſtrahunt? Cæterùm illud quoq; ſcire eſt operæprecium, non ſimpliciter, nec vno modo ſanctorum patrum ſcripturas intelligendas eſſe. Quarum aliæ ad docendum & monendum accõmodatæ ſunt, perſonarum & temporum habita ratione, ſed religioſè omnia. Nam aliæ decreta cõtinent, aliæ laudationes, aliæ diſceptationes. Neq; verò diſceptationes veterũ aliò transferendæ ſunt. Neque enim ſi quis pugnans cum hoſtibus, & toto animo in gladium & clypeum intentus, cõmilitonem ante pedes

*S. Patrum ſcripta diſtinguenda.*

ſtantem

ſtantem proſtrauerit, vel lex eá putanda eſt: vel is accuſandus quid id fecit, cogitationem alio trahente neceſsitate, & minimè ſinente vt id quod factum eſt, aliter fieret. Ergo neque hoc ſic agendum eſt, neque laudationibus vice legum vtendum. Ars enim, laudantibus quiduis dicendi licentiam dedit. Quæ verò dogmata ſanxerunt, & promulgarunt, iis demum rectum & tutum eſt veluti regulis & amuſsi religionis vti. Ego verò ſicut Italos improbo & reprehendo, adeò temerè & ſuperbè in Theologiam irruentes: ita etiam turpe & leuitatis eſſe duco, eorum quæ probamus facere contraria, eorum verò quæ probamus ſimilia. Non enim ſi confidentes iſti & audaces huiuſmodi in rebus ſunt, imitari eos conuenit, neque ſi à recta via deflexerunt, & nobis ab inſtituto recedendum eſt. Quin potius immoti intra legitimos terminos conſiſtamus, iſtiuſmodi tumultibus repudiatis, ſicut rupes irruentes fluctus aſpernatus. Vereor enim, vereor ne fumum fugientes, in blaſphemiæ flammam incidamus. Quód enim à veteribus Græcis iactatum eſt, cum Plato ad Dionyſium tyrannum in Siciliam veniſſet, regiam puluere impletam fuiſſe cum plerique demonſtrationib. linearum ſtuderent: id & apud nos hodie alio modo accidit. Apud eos enim etiam opificibus effuſa ſunt arcana Theologiæ, & adeò omnes ratiocinatiunculis inhiant, vt herbis & gramini pecudes, & qui de recta fide dubitant, & quomodo ſit credendum ignorant, & quid ſit illud quod credunt neſciunt: ii & fora & porticus & theatra omnia, Theologia compleuerunt, neq, ſolem hunc impudentiæ ſuæ facere teſtem reuerētur. Et quid abſurdius cogitari queat, quàm cum olim Græcorum dogmata florerent, ordinem fuiſſe ſeruatum: & arcana Delphorum theologis commiſſa nulli alii vel vulgare vel indagare licuiſſe, ſiue is Plato, ſiue Socrates eſſet, aut quiuis alius ſapientiæ laude celebris: apud nos verò, qui ſyncerum pietatis myſterium profitemur, ita res diuinas profanari, & quibuslibet de iis diſſerendi poteſtatem dari, vel potius à quolibet vſurpari? Gregorius verò diuinarum rerum peritiſsimus, non minus linguam ab iſtiuſmodi diſputationibus retrahit, quàm manus à flamma ignis. Proinde multis verbis ſe excuſat, irritum facere vt de Deo diſſerat, & eos qui id temerè audeāt, improbat. Neque enim, inquit, laudabile eſt deſiderium, ſed conatus ipſe formidabilis. Et Ozanis exemplum adducit, qui nutantem arcam attingere auſus, periit, Deo arcæ reuerentiam vindicante. Quod ſi rex eum quamprimùm è medio tolleret, qui regiam coronam impudenter ſuo capiti imponere auderet: quot fulmina quot turbines is meretur, qui temerario auſu irrumpere in Theologiam non dubitat? Breuem autem narratiunculam veteris memoriæ huic negocio valde conſentaneam, ſubiungam. Alexandrum aiunt, Macedonem illum

*Profanatio theologorum in vulgus effuſa.*

*Corona capiti impoſita morte vindicata.*

poſt longum illum victoriarum curſum & magnos triumphos eum animum relaxare & recreare vellet, triremi conſcenſa in Euphrate nauigaſſe, ac in medio flumine diadema illi delapſum eſſe, quod cum nauta quidem adnatans excepiſſet, & quia aliter ad nauem redire non poterat, capiti ſuo impoſitum, illi retuliſſet: homini pro ea recuperata talentum donaſſe; ſed quia eam indignè capiti ſuo impoſuiſſet, caput abſtuliſſe. Quod ſi homo hominem eodem ſecum pileolo vſum viuere, & ſolem intueri, ferre non potuit: quid de iis dicemus, qui adeò petulanter in Theologiam irrumpunt? ideoq; cum neq; dæmones eiicere, neque mare ambulare, nec aquarū amnes è rupib. elicere poſsint vt vel iſtis vulgo aliud perſuadeāt, & ad ſeſe homines alliciant. Ego verò quę vtilia eſſe iudicaui, ea in medium proferenda eſſe cenſui: quæ ſi auditu digna fuerunt, Deo accepta refero: ſin minus, quærēda ſunt meliora. Hæc cum dixiſſem, aſſenſi mihi ſunt prudentiores epiſcopi, cùm alii, tum verò Dytrachinus, vir & grauitate vitæ, & ingenii acumine ac magnitudine excellens: qui & eruditionem virtute, & virtutem eruditione ornabat. Hoc ii ſibi ſequendos putauerunt, qui eloquentia non valebant, omni ſtudio contentionis neceſſariò repudiato. Hoc tempore etiam Deſpota Conſtantinus deceſsit, vnaque ſecum irritam vulgi expectationem ſepeliuit.

*Noui doctores ſine miraculis.*

# *NICEPHORI GREgoræ hiſtoriæ Romanæ liber undecimus.*

## CAPITA LIBRI XI.

*De inſula Mytlene.*
*De Phocea.*
*De Byzantina ſeditione, & ut eam Cantacuzena ſedarit.*
*De ſeditioſis in iudicium adductis, & Imperatoris concio.*
*De incurſione Scytharum.*
*De Trapezuntis & Aetoliæ principibus.*
*De iudicibus loco motis.*
*De imperatoris uictoria contra Turcos.* — *Caput hoc deeſt.*
*De uiſo cometa.*
*De Scythica muliere.*
*Expeditio imperatoris contra Aetolos Acarnanes & Illyrios, eorumq; oppreßione.*
*De Myſorum & Imperatoris affinitate.*
*De nouato Genuenſis Reipublicæ ſtatu.*
*Baſilij Comneni obitus, extremi Trapezuntiorum regis.*
*De Trapezuntiorum ſeditione.*
*Laus Magni Domeſtici Cantacuzeni.*
*Altera captiuitas Acarnaniæ, & totius Aetoliæ, & eius morbus ſplenis.* — *Et hoc caput mutilum uidetur.*
*De Barlaamo monacho, & è Calabria Byzantium profecto.*

*Iudicium de Barlaami & Palamæ controuerſijs, in maximo ſacræ Dei Sapientiæ templo factum.*
*Maledicta Palamæ quæ contra ſacroſanctæ Eccleſiæ decreta ſcripſit, tum certo conſilio diſsimulata eſſe.*
*Imperatoris obitus in caſtiſsima Dei genitricis hodegiæ monaſterio.*
*Nenia Gregoræ autoris, in Imperatoris obitum.*

*Latini à Romanis flagitant, vt cõmunibus opib. Turcos oppugnent.*

ANno ſequente, Turci plurimis nauibus ædificatis, non inſulas tantum vexarunt in Aegæo & vltra Aegæum mare ſitas, ſed mercatorias etiam naues ſpoliarunt: & crebros excenſus in mediterranea fecerunt, non ſecus ac ſi in ſua terra verſarentur, obſiſtente nemine. Quæ res Latinis æquè ac Romanis exitio erant, & grauiora etiam in poſterum minabantur. Latinorum itaq; principes congreſſi, ea de re inter ſeſe, & cum Caroſo Italiæ rege communicant: ſeq́ue ad propulſandos Barbaros, paratos fore pollicentur. Miſsis etiam ad Imperatorem legatis, conſenſum ſuum exponunt, hortantes ne communibus periculis deeſſet, ſed ſummo ſtudio in rem gerendam incumberet. Intolerabilia enim eſſe quæ Turci Latinis & Romanis detrimenta indies inferant, & in poſterum illaturi ſint. Adhæc abſurdum & ignauiſsimi eſſe ingenii, cum liceret ea iactura & ereptione opum noſtrarum, quibus inuiti à Barbaris ſpoliemur, ad naualium copiarum apparatum & vltionem hoſtium vti: vltrò cedere illis, & in euidens atque indubitatum diſcrimen nos ipſos vnà cum facultatibus noſtris vltrò præcipitare. Legationi illud etiam appendicis vice adiecerunt: ni expergiſceretur, & vnà ſecum communes hoſtes oppugnaret, & ipſum hoſtis loco futurum. Ita Imperator communis illius belli ſocius eſſe coactus exhauſto fiſco celerrimè tributorum exactores Thraciam & Macedoniam miſit, quamuis iam crebris exactionibus exhauſtas, ob frequentes Turcorum & Bulgarorum impreſsiones. Interea & veteres naues reficiuntur, & aliæ nouæ per totam hyemen à fundamentis extruuntur. Sub veris exitum, Imperator viginti nauibus completis, è portu ſoluit: & ipſe vltrò claſsis præfectum agit, quamuis & vxore & cæteris omnibus prohibentibus, quòd iſtiuſmodi res ab Imperatoria maieſtate alienæ eſſent. At ille vt cætera, ita hanc quoque rem ſua præſentia & opera confici volebat, alacritate & bellico impetu plenus: Latinarum tamen copiarum aduentum expectabat. Verùm illi nuper inter ipſos ortis tumultibus occupati, ea quæ promiſerant, fefellerunt. Rhodii verò, & maritimæ Phoceæ, non procul à Smyrna accolæ, & Cycladum inſularum princeps, conſilio fraudemutato pepigerant, ſe Romanas inſulas clam oppreſſuros, & ipſas Imperatoris copias: veriti fortaſſe, ne is aliis rebus omiſsis, ſe inuaderet. Itaque cum nauibus quindecim Lesbum profecti, tota inſula ſtatim potiri non potuerunt: ſed ſubitò Mitylenes portum ingreſsi, vrbem proditione cœperunt. Cum autem Rhodii & Cycladum princeps, & opes diripere, & inſulæ ditionem partiri vellent: Phocæenſium princeps Catanes per aſtum & dolum, ſuum præſidium in vrbem induxit: illiſq́ue deceptis, eam ſibi vendicauit. Inde enim totius inſulæ vel ſine ſociis ſe facile potiturum eſſe putabat, quippe qui ſolus illos ambos copiis vinceret. Is enim ſolus octo triremes adduxerat, quas Genuæ compleuerat: Rhodii verò, quatuor: reliquas tres, Cycladum princeps. Ac Mitylenæ habitatores ſtatim vrbe exegit: & vxore ac liberis Phocæa accerſitis, ibi conſidere decreuit, iuſto præſidio Phocææ relicto, quam hæreditario iure à maioribus acceperat ab auo Imperatoris eis datam, procurationis & reditus cuiuſdam ergò. Quamobrem certis temporibus qui procurationem eius accipiebant, perpetuò Imperatoris literis confirmabantur, ne qui temporis diuturnitate Imperatorium dominatum detrectarent. Catanes autem iſte cum iam Romanam rem afflictam cerneret, inſolentius erga Imperatorem ſe geſsit, officiumq́ue neglexit. Vnde Imperator eius ſubitam impreſſionem veritus, opes ſuas pro virili firmauit, & Mitylenem per inſidias occupare inſtituit: idq́ue data occaſione perfecit. Enimuerò ii qui ad Mitylenes occupationem cum cæteris concurrerant, improbitatem Catanis exoſi, domum receſſerunt. Hoc rerum ſtatu Genuenſes qui Galatam tenebant, ob Catanis ſucceſſus audatiores etiam facti (nam & is Genuenſis erat) pluribus & maioribus iniurijs Romanos & contumeliis onerabant. Nam propter immunitatem, quam primùm à Michaele Palæologo impetrarunt, vt ſuprà diximus, maxima pars Romanæ claſsis ad illos ſe conferebat, eorumq́ue habitum aſſumebat. Vnde illorum opes auctæ, Romanorum verò imminutæ ſunt. Quæ ſanè res eos aſperiores contra Romanos, atque ſuperbos & contumaces affecit. Proinde & foſſam ſuam profundiorem fecerunt, & firmas turres paulatim per ſpeciem ædium extruxerunt: & præter cætera Imperij, procuratoribus largitione corruptis, omnem licentiam nacti ſunt & vineas emendi, & ædes in vicino tumulo ſplendidis mœnibus ornatas ædificandi: adeò vt ſi bellum cum Byzantiis gerendum eſſet nihil eſſet quod eos aut terreret, aut imperet. Imperator autem cum primùm Mitylenem eſſe captam audiſſet, & hos in vicinia plus ſatis inſoleſcere cerneret, & pacta conuenta pleraq; violare: ſubita irruptione magnas illas & munitas circa tumultum ædes, in quibus multi arcus, tela & arma reperta ſunt, eaq́ue diuerſi generis, incendit. Quæ cum Latini præter expectationem viderent: trepidare, & extrema timere cœperunt. Putabant enim, Imperatorem eodem die cum magnis naualibus copijs, in ſe quoque impetum eſſe facturum. Quare clàm armis ſeſe muniebãt. Sed cum ne poſtridiè quidem

*Mitylene à Catane Phoceæ principe occupata.*

*Genuenſes Galatæ incolæ inſolentiores facti reprimuntur.*

deq;

dem Imperatorem quicquam contra ſeſe moliti cernerent, ſed totum Mitylenæa nauigatione occupari: aperto bello denunciato, liberrimè & ipſis Byzantijs & Imperatori illuſerunt & ligneis turribus ſua mœnia circundederunt, & magnas onerarias partim in fundum maris demiſerunt: partim ante portum armatas, munitionum & aggerum vice appoſuerunt. Imperator verò cum tales copias ibi diuellere nollet, magno animo cum caſum tulit, illis prorſus neglectis: & omni ſtudio ad nauigationem ſe parare parauit, pluribus etiam militibus delectis. Sed cum Latini ad ſeptem integros dies Galatæ incluſi, à plebe dilacerandi eſſent, quòd vrgentia mala diutius tolerare non poſſent (nam & aqua & omni herbarum pomorumque ſolatio carebant) & circumforanei ac pauperes homines, & ij qui è quotidiano venditionis lucello ſuſtentantur, ij demum maxima iactura facta, magis etiam contra magiſtratus Latinos inſanirent: ob hæc igitur facti modeſtiores, Imperatori ſeſe ſubmiſerunt, & intempeſtiuæ ſuperbiæ veniam impetrarunt.

### DE NAVALI EXPEDITIONE *Imperatoris contra Phocæam & Mitylenen.*

POſt caniculæ exortum, cum ſeptentriones in mari inferiori vehementius ſpirant, Imperator cum omnib. naualibus copijs Mitylenen tendit. Septem verò Catanis triremiũ Mitylenem circumeuntium, cum plures expectatione ſua naues conſpexiſſent, duæ in pontum euaſerunt, quinq; verò per deſperationem in terram appulerunt, qui autem in eis fuerũt, omnes abiectis armis fugerunt: quorum alij curſu Mitylenen peruenerunt, alij vix ignari à Lesbijs interfecti ſunt. Imperatoris verò quinque naues armis & commeatu plenas, cum Imperatore Chium perduxerunt, vt ibi eas remigibus & militibus è tabulatis pugnaturis complerent. Quæ mora ad Chium Imperatoris feſtinationi & ſtudio valde aduerſa accidit: Catanes enim iam ſecurus, Mitylenen per otiũ muniuit, magnum præſidium & vberem commeatum introduxit: & duabus illis expeditis triremibus Phocæam miſsis, ibi quoque celeriter idem fecit. Poſthæc Imperator cum copijs Phocæam profectus, & Turco quoq; finitimorum locorum domino accerſito, quippe qui ſcirent, illum quoque iam diu Phocæenſibus Latinis iratum, ob illata ſibi ab eis crebra detrimenta: caſtellum terra marique obſidet, Turcis commeatum affatim ſubuehentibus. Cæterùm cum Imperator cum claſſe diutius abeſſet, & in palatio magna impunitas & licentia vigeret: adoleſcentes aliquot ſeditionem mouerunt; ſe Latinos quoque, ob intercedentes ſimultates, ſocios eſſe habituros rati. Scopus autem ſeditionis fuit, vt poſtea cognitum eſt, Imperatoria

*Byzantia ſeditio.*

poteſtas, ſi Dominam in primis, & eius filium Ioannem Imperatorem, & eos denique omnes qui aduerſari poſſent, occidiſſent. Sed dum id facinus adhuc parturiunt, & ſeditioſi rem clanculum vehementer vrgent: Cantacuzena, Magni Domeſtici mater, quid ageretur, animaduertit: quam Imperator aſſeſtricem coniugi ſuę diſceſſurus reliquerat, quippe Senatoriam matronam, & grauitate morum conſpicuam, & ſingulari prudentia ornatam, & in rebus dubijs præſenti conſilio inſtructam. Ea ergò vnà cum Domina, priuſquam ſcelus auctum erumperet, motum illum prudẽtiſsimè compeſcuit. Sub brumam autem, cum Phocæenſes Latini perſeuerantiam Imperatoris neque hyemis rigore frangi, præſertim cum omnes natales copiæ oppugnationem noctu atque interdiu ſub dio continenter vrgerent, nec longè abſentia à ſuis, nec vlla penuria vrgeri cernerent, præſertim cum ipſos iam commeatus deficere inciperet: deſperatis rebus, legatos Rhodum mittunt petentes vt in tanto diſcrimine ſibi ſubueniret. Rhodij ergò apud Imperatorem pro eis intercedentes, obſidionem ſoluunt. Phocæenſes enim Turco Romanos adiuuari filios ſtatim reſtituerunt, quos multo antè ſui in vinculis habebant. Fidem præterea Imperatori firmarũt Rhodijs teſtibus, ſe & Mitylenen ſtatim reſtituturos, & Imperatori dicto audientes fore, vt prius moris fuiſſet, atque à patribus acceptum eſſet. Sic Imperator naualibus copijs inde reductis, ire quidem Mitylenen voluit: ſed propter tumultum Byzantium, et defatigatione ſi exercitus ex frigore malè affecti, Byzantium cum tota claſſe redijt, ac paulò pòſt comprehenſis in ſidiatoribus, ſingulis ſeorſim interrogatis, venenũ ab omnibus perquiſiuit. Mox toto ſenatu conuocato, & epiſcopis qui tum in vrbe agebant, vnà cum patriarcha accerſitis, populique Byzantini proceribus: ſeditionis autores, & eorum coniuratos, & teſtes in medium produxit. Hi verò inter ſeſe iurgãtes, & alij alios arguentes, & certiſsimis argumentis coniurationem & immania ac pernicioſa conſilia demonſtrabant, vt & ipſi abſque vlla tergiuerſatione parricidium ſuum fateri cogerentur. Ac diſcerpti fortaſſe ſtatim eſſent à populo, niſi excellens Imperatoris humanitas & clementia impetum illum repreſsiſſet. Solitam enim tum quoque clementiam oſtendit, & innatam hilaritatem, atque in prooemio concionis, atq; in peroratione, cuius orationis hæc ſumma fuit.

*Phocæenſes pacem impetrãt.*

*Quæſtiones de coniuratis.*

### IMPERATORIS CONcio.

QVi opilionem habet, & canem iuxta gregem, quò eos alacrius noctu contra lupos excubare videt, eò magis eos & diligit, & lautius interdiu paſcit. Mei verò coniunctiſsimi, me pro Romana republica, ipſis domi delicatè viuentibus, procul à patria errante, &

terra mariq; pericula ſuſtinente, idq; media hyeme, & in tanto rigore, nec miſerti mei ſunt, nec vllam eorum rationem habuerunt quę animum afflictum conſolantur: ſed omni æquitate contempta, & animos & dexteras in caput meum armarunt: & nunc, quantum in ipſis eſt, humi effuſus manat ſanguis noſter, liberûm item & coniugis noſtræ: euerſa ſunt ſancta Eccleſię inſtituta, euerſa eſt Romana reſpublica. Quod verò ferrum, quem adamantem duricie non vincunt? Hoc procemio vberes auditorum lachrymas elicuit Imperator: ſed intermixtam æquanimitatem hilaritate temperatam quis non, qui quidem viderit, vehementer eſt admiratus? Ac concione & quæſtione ingenioſè ac facetè peracta, cum re ipſa intellexiſſet, Alexium Philanthropenum auunculum ſuum, cuius ſuprà ſæpe facta eſt mentio, prudentia vulgus multum anteire: pœnituit ei Lesbi & inſularum Aegæi maris, quæ Romanis parerent, adminiſtrationem non diutius reliquiſſe. Eo enim præſente, nec Mitylenen quenquam hoſtium occupaturum, nec ea Romanorum rei marinæ naufragia futura fuiſſe. Itaque illum quamprimùm ad idẽ munus ablegat. qui cum traieciſſet, ſedatis tempeſtatibus priſtinæ tranquillitati omnia reſtituit: vix ille quidem magna cum ſolertia, propter factam Lesbi & Mitylenę mutationem, ſed tamen reſtituit. Nam mercenarios qui in vrbe Mitylene erant, milites Latinorum præſidiarios quingentos, clàm binos & ternos accerſendo, & plenis manibus demum remittendo, callidè atque occultè vrbem præſidio deſtitutam Romanis recuperauit. Erat enim ille vir non modò propter longinquitatem ætatis multo rerum vſu ornatus, ſed multus rerũ vſus magno etiam & illuſtri ingenio nitebatur. Vnde duplicem virtutis fructum tulit, partim à natura inſitum & ſponte enatum, partim longi temporis caſibus & exercitationibus excultum.

*Aelexius Philãthropenus Leſbo prepo nitur.*

*Mitylene recepta.*

DE SCYTHRARVM IN-
*curſione.*

CAeterùm veris initio multitudo Scytharum Iſtro traiecto, Romanorũ Thraciam vſq; ad Helleſpontum incurſarunt. Vbi caſu accidit, vt Turcos aliquot, qui more latrocinij traiecto Helleſponto continenter maritimam oram populabantur, nacti, partim vinctos abducerent, partim reſiſtentes occiderent, hoſtes in hoſtes veluti canes in cadauer ſubinde irruentes. Verùm in ea incurſione nouum illud habebant Scythæ, quòd prius veluti torrens è monte ſubitò decurrens, obuijs quibuſque raptis, poſtridie recedebant. Tum verò dies quinquaginta perpetuos omnia rapiendo & vaſtando, prouinciam in extrema mala coniecerunt, captiuorumque vltra triginta millia, vt vulgatior fama eſt, ſecum abduxerunt. Eius incurſionis cauſam afferebant, quòd Romani Scytharum duci & eius nobilitati ſolita munera, non miſiſſent. Eam cladem ſolis & lunæ defectus, intra dies ſedecim ſeſe conſecuti, portenderunt. Lunaris porrò in prima, ſolaris in decimaquinta parte piſcium contingit.

*Non ſolu ea ſtipẽdia cauſa incurſionis.*

*Eclipſes.*

DE TRAPEZVNTIS ET AE-
*tolia principibus.*

HIs temporibus Trapezunte regnabat Baſilius Alexij Comneni filius, paterna ſucceſsione multis certaminibus confirmata, vxoreque ducta Eudocia, notha Imperatoris filia. Aetolorum verò & Acarnanum princeps Ioannes Contus, violentia morte interijt: à Vindicta tandem, vti par erat, & ipſe inuentus, ſicut & eius anteceſſor. Is enim fratre ſuo perempto, ſicut & ille auunculo, principatum occuparat. Cum autem tacere Vindicta non ſoleat.

*Complures deeſſe videntur.*

• • • •

vt in icto Phocææ fœdere cum Imperatore conuenerat, vt diximus: in præſentia quiuerunt. Qui verò Troiam & Helleſponti oram incolebant, cum plurimis nauibus & equis freto traiecto, & Cherſoneſum populati, inde etiam in Thraciæ mediterranea irrunt, Imperatore Didymotichi tum agente: qui iuſtis copijs non munitus, nec aperto Marte cum illis congredi auſus, inſidias non ſegniter collocat, noctu ſub dio agens, & famem ac ſitim tolerans. Tandem cohortem prædatricem adortus, erepta præda, c. l. delectos viros ſine labore cædit. Quo cæteri cognito, pace per legatos ab eo impetrata, ſtatim domum redierunt. Imperator verò tertio die pòſt, Conſtantinopolim peruenit, non in Aetoliam, cuius afflictus erat poſt Conti principis obitum ſtatus, properabat: quo à vidua illius ad occupandum principatum accerſebatur. Enimuerò æſtatis eiuſdem initio, Imperatore abitum parante, aliud ex Aſia malum nunciatur: Bythiniæ principem Orchanum Athumaneum, qui longo iam tempore clàm militem collegiſſet, iuſtas iam tempe raſſe copias, & eius inſtituto ſufficientes. quæ iam paratæ, poſtridie abituræ eſſent bifariam: alteræ à templo, alteræ à Propontide ad ſuburbia Conſtantinopolis, quæ pars ad id vſq; tempus ab omni hoſtili incurſu defenſa fuerat. Propoſitum autem illis erat, omnem vrbanam multitudinem percipiendis condendiſque frugibus occupatam, cæteroſque ruri habitantes abripere, ac poſtea duo caſtella quædam vrbi proxima occupare, & inde Byzantios bello petere. Neque enim pares Romanis copias ſupereſſe, qui & crebris hoſtium incurſionibus afflicti, & ſumptibus exhauſti eſſent. Deinde cum Galatæ incolæ Latini ſecum facerent, maiorem ſpem vrbis Imperatricis occupandæ conceperant. Cæterùm Imperator ſubita illorum irruptione audita, cum anguſtijs temporis iuſto

*Turci ab Imperatore profligati.*

*Orcanus Athumanes ſingulari imperatoris facilitate profligatur.*

*Parua manu multi cæſi.*

apparatu excluderetur: ſibi etiam imparato ad prælium exeundum eſſe iudicauit, loco omnis armorum apparatus atque exercitus, indubitáque & firma ſpe atque fiducia in Deum fretus. Delectis igitur viginti nobilibus iuuenibus, & XL. vulgaribus militibus, adiunctoque Cantacuzeno Magno Domeſtico duce, hos terra mittit. Ipſe cum tribus inermibus triremibus contra Barbarorum claſſem abit: qui cum vigintiquatuor nauibus ex Aſiatico Propontidis ſinu prope Rhegium appulerunt, in loco non minus ſtadijs centum & decem ab vrbe diſsito, ſub horam noctis tertiam, ac ſtatim excenſu facto, prædatum alij aliò excurrerunt, priuſquam id agreſtes reſciſcerent. Tum verò & horrea ardere cerneres, & mulierum atque infantium qui vi abſtrahebantur eiulatum audires. Sub horam verò noctis nonam, diluculo iam ferè, Magnus Domeſticus cum equitibus ſeptuaginta aduenit, & Barbaros diſsipatos cædit, non ſecus ac meſſores frumentum. Simul etiam Imperator quatuordecim naues hoſtiles cepit, cuſtodibus earum cæſis, nam reliquæ decem, cum Barbari nonnulli eius aduentum præſenſiſſent, & in eas inſilijſſent, aufugerant. Sub auroram verò, cum & Imperator in terram egreſſus eſſet, maximum opus quæ fando audita ſunt, effectum eſt, ac declaratum:
» Non eſſe volentis neque currentis, ſed à pro-
» pria Dei voluntate pendere omnia. Priuſquam
» enim ſol meridianum circulum præteriſſet, mille propemodum Barbari ſunt interfecti, trecenti verò capti: Romanorum autem nemo cecidit, equi verò complures eorum occubuerunt. Nam cum pedites eſſent Barbari, nullum egregium facinus contra armatos equites edere potuerunt, ſed ex deſperatione audacius equos inuaſerunt. Proinde Romani ab extrema deſperatione & diuturno metu recreati, ea victoria animos receperunt, & in poſterum etiam ſpem erga Dominum ſuum confirmarunt. Omnes enim euidenter comperĕrunt, non humanitùs id accidiſſe, quî enim potuiſſet, eo rerum articulo, re Romana vndecunque deplorata, Barbarorum verò ex vincendi conſuetudine audacia in immenſum aucta? ſed dexteram Domini id feciſſe, & brachium illius inuictas hoſtium vires contriuiſſe. Quas enim pugnas in hiſtorijs miramur propter innumerum pene vtrinque militum numerum, in earum perpaucis inuenias tot cæſos, tot captos, quot nunc à viris tantum ſeptuaginta. Poſtridie verò rurſus Imperator copijs terra marìque ſplendidè armatis, in templi portum peruenit, ſe ibi quoque Barbaros, vt rumor nunciarat, appellentes inuenturum ratus. Sed ſpe ſua fruſtratus eſt. Barbari enim populariũ ſuorum audita clade, receſſerant. Inde digreſſus, noctu è palatio quadragintaquinque ſtadiorum viam in caſtiſsimæ Dei genitricis Hodegetriæ templum peruenit, toto illi pectore gratias acturus. Verùm illud me penè prætererat, quod nunc repetendum & explicandum eſt.

## DE COMETAE APPARITIONE.

*[illegible]*

HAc æſtate, cum, ſol propemodum ad æſtiuum ſolſtitium perueniſſet, à Septentrionalibus horizontis partibus, veſperi ſtatim poſt ſolis occaſum, cometa, atque adeò (ſi quis accuratius conſideret) non crinita, ſed barbata ſtella gladio ſimilis apparere cœpit. Ortum autem à Perſei pedibus ducebat, qui à ſpina Tauri parum abſunt: coma verò eius verſus Orientem latè extendebatur; indeque ſumpto exordio, rectà quotidie verſus Septentrionem aſcendebat, tribus circiter partibus. Cum autem polum arcticum præteriſſet, ac poſt eum Vrſam minorem & ſpiras Draconis, dextrum etiam herculis pedem attigit: indeque coronam Ariadnes, poſtea ſiniſtram Ophiuchi manum percurrit, & quia ibi latus eſt ſignifer circulus & æquinoctialis, & locus calidus: durare cometa non potuit, cùm eius origo humida exhalatione conſtet. Quare coma diſsipata, & ipſe penitùs euanuit: quippe qui ſtellæ ſpeciem quidem haberet, ſtella verò non eſſet. His aliam narrationem auditu dignam attexam.

## DE SCYTHICA MVLIERE.

HIs temporibus Scythica quædam mulier, vltra Iſtrum nata, quæ neque virum neque liberos habebat, quendam è Thracijs captiuis, quem ante ſuas fores traduci videbat (longo autem iam tempore ad Romanos ſe conferre, & ſacrum baptiſma ſuſcipere cupiebat) emit, eique nupſit: exacto prius ab eo iureiurando, ne ſe deſereret, etiamſi aliò commigraſſent. Dum verò migrationis opportunitatem quærunt, annus integer teritur, quo tempore binos liberos alterum peperit, alterum in vtero geſtauit. Vnde magis etiam à marito diligebatur. Hoc rerum ſtatu, altero anno etiam prior mariti vxor captiua abducebatur: qua ille conſpecta, illachrymauit. Verùm Scythiſſa illa, mœroris & lachrymarum cauſa intellecta, neque ſuccenſuit marito, neq; odio proſecuta eſt mulierem, ſed & ipſam emit, vt & domeſtica miniſteria obiret, ſimulque marito dolorem conſpectu ſui leuaret. Sed cum opportunitatem nacta, & ſacro baptiſmate initiata, & in vrbem Imperatricem profecta eſſet, prior vxor ad patriarcham accurrit, vociferans, & pectus plangens, ſibique iniuriam à Scythiſſa fieri queritàs, quæ ſibi maritum per iniuriam rapuiſſet. Cæterùm cum & illa prodiſſet, ac rem geſtam ordine explicaſſet, nemo iure illam reprehendere potuit, vt quæ amborum domina eſſet, ſuaque pecunia ex immanibus (vt ita dicam) beſtijs ambos redemiſſet. Tamen tacentibus vniuerſis; nec in

*Aequitas Scythiſſæ.*

vlla re eam accuſantibus tandem hanc ipſa ſententiam tulit: Marito propter conſuetudinem & ſuſceptos ex eo liberos redemptionis precium condonauit. Erga mulierem verò cupere ſe quidem eadem vti liberalitate: ſed poſſe negauit propter inopiam, quod cum duobus infantibus in terra peregrina viueret. Quamobrem ipſa, inquit, ſui precio allato, cum marito abeat: ego verò poſthac cum infantibus, benigni Dei manus intuentis manebo. Hoc iudicium animíque magnitudinem in muliebri ingenio, omnes cum patriarcha mirari, ſummis laudibus extulerunt. Cæterùm haud multo pòſt is iudicij fuit exitus, qui debuit, clementi Deo æquiſsimè iudicante. Nam cum mulier, quo in loco habitarat, vicinas circuiret, & precium corrogaret, ſubita incurſione Scytarum denuò captiua eſt abducta: vir verò eius poſthac bonæ illius Scythicæ matronæ coniugio acquieuit.

### EXPEDITIO ET VICTORIA
*Imperatoris contra Aetolos & Arcananes.*

IAm verò Imperatorem Aetolorum & Acarnanum res malè affectæ, & propter domi eorum obitum laborantes, vocabant. Principatus enim, qui à vidua muliere & immaturæ ætatis pueris gubernari non poſſet, temerè ferebatur, veluti nauigium anchoris deſtitutũ, quod hyberno tempore à fluctibus exagitatur. Sed cũ veterem Illyriorum morem ſciret, qui fracto fœdere violatóque iureiurando Romanas prouincias incurſare & viatores ſpoliare ſolerent, homines fallaciſsimi atq; improbiſsimi, atq; etiam intelligeret, eoſdem tum quoq; ſuæ contra Aetolos & Acarnanas expeditioni impedimento fore: duo millia Turcorum Smyrnam & Ioniam accolentium accerſit, cum quibus impreſsione facta, Illyriorum agros vaſtauit, & copioſa præda parta, Turcos antè pauperes plenis manibus quamprimùm dimiſit: itaque opibus Illyriorum imminutis, ſecurus ad Arcananes & Aetolos tranſit cum ſuo exercitu, & omni illa regione vnà cum vrbibus citra laborem potitur, proceribus vltro ſeſe ad illum conferentibus vnà cum domina ſua Anna Protoueſtiarij filia. His rebus Imperatore occupato, etiam Bithyniæ metropolis Nicomedia capta eſt, multa fame domita, propter pertinacem hoſtium obſidionem Sequenti anno nihil memorabile geſtum eſt, niſi quòd Turci continenter & impunè magno numero Thraciam incurſarunt. Hoc enim vt iam cognitum & vſitatum, toties referre vereor. Tertio verò anno filius Epiri principis, Conti Cephaleniæ annum ætatis xiiii. agens, ſed prudentia maiore quàm pro ætate præditus, cum paternam ditionem Imperatori parêre, matrem verò illum Theſſalonicam vſque ſequi velle promiſiſſe cerneret, à qua iuſſus eſſet & ipſe ſine patriæ nobilitatis inſignibus ſequi. defectionem cogitat, réq; cum nobili quodam Epirota communicata, vnà cum illo veteres Patras, ad defuncti Achaiæ & Peloponeſi principis coniugem profugit. Mater verò ſtatim cum Imperatore Theſſalonicam vſque peruenit: atque ibi ſatis multis prædijs acceptis, vnde reditus anoui ſuppetebant, deinceps ibi ætatem exigere decreuit. Præfectus tamen Epiri ab Imperatore relictus eſt Protoſtrator Theodorus Synadenus: qui priuſquam annus exiret, ſubitò à prouicialibus captus, in vinculis Conti filio in patriam reuerſo, & hæreditarium principatum volentibus ſubditis adepto traditur. Imperator verò cum vxore Adrianopolim profectus, matrimonium iampridem promiſſum perficit, filia ſua, quæ annos nouem expleuerat, Alexandri Myſorum principis filio datã, annum ætatis xv. agenti. Vnde firma pax inter Myſos & Romanos conſtituta eſt. Hoc tempore puer Byzantij naſcitur, à pedib. vſque ad vmbilicum continuus, inde verò diuiſus, humeris, pectore, ſpina dorſi, biceps, quadrimanus, qui poſt vnum diem expirauit. Multò autem ante illum, alius puer circa Traianopolim viſus eſt, qui anno tertio balbutiebat vt infans: ſed is erat præditus viribus quibus vir viginti annorum, & viro non minus comedebat, & circa pubem pilos habebat viri ætate integritate. Sed priuſquam annum quintum expleſſet, febri correptus expirauit. Nam penuria humoris infantili ætati debiti, tantam ariditatem in eius corpore excitauit, quanta vel in vicenario ſit. Vnde etiam par robur partibus & membris eius acceſsit, vt inde cuilibet ætati cõueniens incrementum & nutrimentum cohiberetur: natura verò ſeſe, vt ab autore condita eſt, regere non poſſet. Sic enim animantis formam artifex Deus contemperauit, vt nulla illi amplius acceſsione vel deceſsione ſit opus: ſed vt in concentu muſico alia chorda laxata, alia intenta vltra quàm par eſt, carminis abſurditas deprehenditur: ita hic etiam, cum animantis compages ab aliqua materia vel penuria deſtituitur, vel redundantia opprimitur, & tempus legitimum præterierit, generationis progreſſio & incrementi interrumpitur: idemque ferè euenit quod in nouellis florib. videmus qui ante tempus exorti, & quaſi nouarum rerum & temeritatis rei, fulminis & grandinis impetu marceſcunt, ſuumque vigorem rigore frigoris amittunt. Iam intempeſtiua pruina plantæ luxuriam euidenter coarguit.

Illyrij vexati.

Nicomedia capitur.

Turcorũ incurſiones.

Princeps Epiri patrimoniũ recuperat.

Synadenus capitur.

Nuptiæ Bulgaricæ.

Mõſtroſus partus.

Puer virili robore.

### DE GENVENSIS REIPVBLICAE
*mutato ſtatu.*

SVb autumni autem initium, Genuenſis reſpublica perturbata eſt. Nam qui genere & opibus prȩſtabant, faſtu & ſuperbia elati, democratiæ æquabilitatem in tyrrannidẽ mutarunt: à quibus plebs immodicè premeretur, per ſeditionẽ vrbe eos exigit, & vnum è populo principem

cipem conſtituit, ad imitationem Conſularis apud Romanos olim dignitatis, aut potius exemplo à Venetis petito. Hyeme verò elapſa, & ſole iam arietem peragrante, cometa enſis ſpecie in cœlo apparuit, ei quidem qui ante triennium appatuerat non abſimilis, ſed non eodem in loco, nec motu eodem. Nam à fine Libræ auſpicatus, vbi tum ſpica Virginis erat, ſingulis vigenis quaternis horis, quinis partibus progrediebatur, donec ad Leonem perueniſſet, vbi prorſus euanuit. Cæterum Turcorum octo millia

*Turcorũ incurſio.*

Helleſponto cum iumentis plerique traiecto, omnem Thraciam ad Myſiam vſq; diripuerunt. quam cum Romanis vaſtam atq; inacceſſam feciſſent omnem, ipſi noctu atq; interdiu impunè populabantur, ac prædam quidem omnem in Aſiam tranſportabant: ipſi verò longo tempore domum reuerti nolebant, quippe cum nemo eſſet à quo pellerentur.

## DE IVNIORIS COMENI *obitu, ducis Trapezuntiorum.*

*Victus meretricis amore.*

HOc vere Baſilius etiam Trapezuntis princeps * leui morbo eſt extinctus, ac potius ira Numinis. Nam cum Irenem Imperatoris filiam duxiſſet, & breui tempore legitimè & iuſtè, & ea qua decet concordia & modeſtia cũ ea vixiſſet legitimos amores in meretriculam quandam, quæ & ipſe Irene dicebatur, tranſtulit: cuius nefaria conſuetudine in vxoris odium eſt impulſus. Progreſſu temporis autem, cum regiuam rei indignitatem non ferre, ſed cœlum & terram inclamare, & apud omnes ingentem animi dolorem vulgare cerneret, etiam palatio illam exegit: fortaſsis interfecturus, niſi populum timuiſſet, ob iſthuc ipſum grauiter commotum & tumultuantem. Verumtamen in ſacris canticis & ſpectaculorum pompis, ac feſtis ſolennibus, Baſilij & Irenes memoria celebratur: eáque ratione Baſilius & cupiditati ſuæ & populi votis ſatisfaciebat, quem ſimilitudo nominis decipere poterat. Vnde orta eſt ſuſpicio, clandeſtinis Irenes inſidijs Baſilium eſſe ſublatum. Cæterùm illo ſiue ſic, ſiue aliter defuncto, legitima eius coniunx Irene, cum omni regia autoritate palatium ingreſſa, cognominem ſibi ſed alijs moribus præditam & illegitimam Baſilij coniugem, palatio exigit: & communi Trapezuntiorum ſuffragio, Byzantiũ vnà cum liberis relegat: legatoſq; ſimul ad patrem Imperatorem mittit, qui adducerent cui legitimè nuberet, quiq; vnà cũ ipſa in regno ſuccederet. Qui cum Byzantij Imperatorem non reperiſſent, Theſſalonicam, vbi eum agere audierant, ſunt profecti. Anno enim prius è Thracia in Macedoniam tranſgreſſus Imperator, ſtatim etiam in Epirum aduerſus fœdifragos Arcananas & Aetolos iturus erat: ſed aliquantulum eum familiaris ſplenis moleſtia Theſſalonicæ detinebat, qui à multis annis diuerſus & loco ſuo emotus tum valde tumefactus vicina etiam viſcera infeſtabat, vt & cibus minus rectè conquereretur, & membra viribus deſtituerentur, & animi deliquia mortem minitarentur. Vbi cum eum Trapezuntiorum legati inueniſſent, ea quæ in mandatis habebant, expoſuerunt. Sed cum res extraheretur, & Trapezũtius principatus à muliere pro autoritate & ſatis rectè adminiſtrari haud poſſet: tumultuari quidam, & concitare populum cœperũt. Qua re Irene coacta, celeri triremi alios legatos miſit, & vnà cum ijs Trapezuntis archiepiſcopum, qui priorem petitionem ipſius apud Romanorum Imperatorem vrgerent. Quem cum Byzantij non reperiſſent, paucos equites genere & dignitate præſtantes mittũt, qui nec Theſſalonicæ illum repererunt: Nam paulo antè ex morbo recreatus ad oppugnandam Arcarnanum metropolim abierat: Quare viſum eis eſt, ibi conſiſtentibus, aduentus ſui cauſam per literas aperire.

## DE SEDITIONE TRA- *pezuntiorum.*

*Irenes libido.*

SEd cum poteſtate cupiditati blandiente, muliebris appetitus omnia vincula abrumpat clandeſtina conſuetudine reginam Irenem magni Trapezuntiorum Domeſtici vti ſuſurrabatur. quod cum ad vulgi aures perueniſſet, plebem ad ſeditionem impulit: ac potiſsimùm

* * *

& phocaica vrbs, quam magnis natalibus copijs ante annos iam quatuor Imperator adortus, tum non cepit: ſed nunc Romani illijs incolæ, capta eo tempore, quo vrbis princeps de more venatum exibat, occuparunt, ſubactis Latinis paucis qui ea erant: ſimulq; Imperatoris nomen promulgarunt, mœnium propugnaculis conſcenſis.

## ALTERA EXPVGNATIO *Arcananum.*

QVæ cum ita ſe haberẽt, deſperata ob diuturnitatem obſidionis ſalute, etiam Acar...es deditionẽ fecerunt: itáq; factum, vt tota ea prouincia, quæ vetus Epirus appellatur Romanæ ditionis fieret, neq; inde quicquã obſtaret. Imperatorem autem Theſſalonicam redeuntem, etiam Cephaleniæ Conti defuncti filius comitatus eſt, nõ ſanè volens quòd nullam redeundi domum ſpem haberet. * Adeò magnorum operum ingenioſa effectrix magni Domeſtici taciturnitas extitit. Nam aliorum quidem verba vmbræ tantum ſunt operum, ſimulátque lingua prodierint emoriẽtes. Viri autem huius etiam ſilentium magnas res gerit. nam ingenij magnitudine & ſolertia vir ille excellit, reuera profundo ſulco, mentis fruens. Verè autem ineunte, Imperator Theſſalonica cũ vxore & liberis digreſſus, duodecimo die Didymotichũ per

*Cantacuzeni laus.*

pertinacia,& in primis popularis gloriæ cupiditate æſtuare. Tum etiam Imperator, quaſi numine afflatus, prudentem admodum & omnibus admirabilem habuit concionem,& tempori & rei peraccommodatam. Vnde cum & ob alia lætari vellet, moleſtia quapiam eſt affectus, quòd non me quoque cum cæteris auditorem habuiſſet. Nam familiares dolores caput meum vehementer tum excruciantes, illi concilio me intereſſe non patiebantur: quamuis pridie multis eſſem inuitatus & ab Imperatore & à patriarcha,& toto concilio & iudicum & reorum. Ceterùm ſub veſperam ſpectaculo illo abſoluto, Barlaamus ignominiam illam grauiſsimè ferens, plenis velis in Italiam abijt: & ad Latinorum inſtituta & decreta, in quibus erat educatus, redijt. At Imperator in Hodegium monaſterium corpore admodum malè affecto tum è concione illa, tum è morbo ſplenis, reuerſus, cum ſub noctem ferè mediam accubuiſſet, & largius quam decebat, cœnatus eſſet, poſtridie in ſomnum & earum ſtupori atque examinationi penè ſimilem incidit. Tertio demum die paulùm apertis oculis, Imperatricem hortatur ne ploret: ſimulque opem medicorum requirit. Et ad me mittit, quærens nunquid cœleſtia lumina iuuarent, & non impedirent medicæ artis conatus & experimenta? Sed priuſquam ij qui miſsi erant, meum reſponſum referrent, in maiorem ſtuporem eſt relapſus: & extremum ſpiritum agens, in tertium ferè diem iacuit: ac Iunij die decimoquinto, ante ſolis ortum defunctus eſt, anno ſexies milleſimo octingenteſimo quadrageſimonono. Omne verò tempus ætatis eius ad annos circiter quadragintaquinque fuit, cum ante viginti vrbem Imperatricem belli iure occupaſſet. Tertio verò luctus die, Imperatrice Anna inde in palatium redeunte, pars & ego frequẽtis illius comitatus fui, vix à morbo, quo vrgebat, nonnihil recreatus: & ſtatim hortatu patriarchæ & Imperatoris cognatorum omnium funebrem orationem habui, hoc modo.

Imperatoris obitus.

NAENIA IN OBITVM Imperatoris.

NOs verò victorias cantaturos, & laudum ſpectacula ſacratiſsimi Imperatoris indicturos ſperabamus, & orationis corollas illius vertici impoſituros, parua quædam præmia magnorum & diuturnorum ſudorum, & quos peregrè tolerauit laborum & ærumnarum exiguam noſtræ beneuolentiæ remunerationem. Sed aliam proh dolor, tempus nobis hodie ſubito calamitatem obiecit, vt nænias laudationum vice canere cogamur, & pro illius triumphis noſtras enumerare lamentationes: & pro ſpe bona, difficillima quæque cogitare. Hei miſero mihi, quis Orpheus, quis Homerus, dignum dolorem & luctum, magnæ huic & ingenti calamitati accommodabit? Fluminum fonte, lacus omnes, & tota maria conuertimini in lachrymas, vt ſolem & lunã & aſtra lachrymis alatis. Heu quis è medio terrarum orbe Heroicum illum militem eripuit? quod ſepulchrum, quæ terra quæ rupes noſtrum obruit theſaurum? O magna aëris amplitudo, nunc tuas vlnas aperito, & hæc ſuſpira ſuſcipe, & iuſtos lachrymarum imbres deſuper infunde. Ille fuit, qui nec autumnum nec æſtatem ad vſum armorum expectaret, ſed naturas temporum & elementorum innouaret. qui brumę gelu æſtatem, inediam delicias, & vigilias ſomnum duceret: Imperatorias verò oblectationes labores laboribus, certaminibus alia certamina per vices cumulata iudicaret, vt prælia marina terreſtribus, terreſtria marinis ſuccederent. Nunc verò illum proh dolor, exiguus puluis tegit. O quæ iuſta vox telluri & cœlo & ſtellis luctum hunc annunciabit, & ad locum hunc lamentationum plenum, ad doloris ſocietatem acerſet? Ille fuit, qui præter cætera magnum illum triumphum, in terram & mare diſtributum, quique vtrumque elementum miraculo impleuit, peperit: Perſicas illas & inuictas copias, que ex Aſia traiecerunt, quæ eodem die potentiſsimè profligauit. Nunc verò ipſum, hei mors repentina oppreſſum proſtrauit. Commouere terra propter hunc caſum, vt omne genus, omnis ætas hominum tantã cladem ſentiat, & plures nobis ſocij & adiutores vehementium ſint ſuſpiriorum. Hic fuit qui celeritate curſus aduentus ſui famã anteuerteret: & priuſquam conſpiceretur, terrore ſui nominis fugaret hoſtes, hei mihi, nunc mors longè illo celerior extitit, & iſtiuſmodi curſus anteuertit & abrupit. Adeſto fons ignis ætherei, atque alterutrum perficio: aut vitales in terra ſpargere deſinito radios, aut totius ignis tui carceres in eam omnes effundito, vt comas omnis arbor amittat, & lilia agri marceſcant, & herbarum omne genus tantam cladem ſentiat atque intelligat. Ille fuit, qui Triballorum & Myſorum duces perterrefaceret, quos ſæpe velut dormientes ſubito inſtar ætherei fulminis oppreſsit. At hæc mihi nunc ignauum & iacentem prorſus oſtendit tumulus. O cælum, portis tuis apertis tonitru tanta calamitate dignum erumpe, & totam rerum naturam perterrefac, vt & inanimatorum natura ſentiat, & res omnis generis à Deo conditæ luctum noſtrum adiuuent.

Heu cur tua celerrima, & veluti volucris natura, nunc immota quieſcit? Heu cur tu, qui toties nobis ad bellicos triumphos lætitiam attuliſti, hodie in contrarium vertiſti omnia: vere in hyemem commutato; pulchritudine ſolis in obſcuras tenebras, pulſata omni ætate, & ſplendorem ætherię facis ſolis velut occultante? Heu quomodo is qui propter ſubditos ſuos, ſomnum oculis ſæpe negauit, nunc in ſepulchro longum illum ſomnum dormit? Heu quò ille ſua tunica induta, breui effecit, vt nos

miſerè

miſerè exueremur? Heu quomodo qui antea hoſtium corpora cædebat & ſternebat, nunc è ſepulchro ſubditorum animos ſagittis pertinaciter impetit? Tu verò, ô diuina Imperatrix, heri plenæ lunæ inſtar egreſſa palatio, hodie quo pacto dimidiata reuerteris? Quomodo, cum inſtar frondib. obſitæ arboris floreres, hodie vt fœnum agri defloruiſti, & roſa in prato? Quo pacto heri ex Imperatoris thalamis ſplendentis & illuſtris plenilunij inſtar exorta, nunc multis & denſis nubibus occultaris? quis tam breui momento tuam pulchritudinem obſcurauit? Vbi florem tuum deciduum reliquiſti? quis vernantem tuum hortum perfodit? qui fur? qui latro? quæ fulgetra? quod cæleſte fulmen? Quo pacto que heri velut è portu ſplendidè ſoluiſti, hodie tanquam è naufragio & fluctu es reuerſa, omnibus ijs quas vehebas preciosiſsimis mercibus ſpoliata? Quis tuam auream comã detondit? Quis tibi purpuræ ſplendorem ademit? quis tuam lucernam abripuit? quis tuum ſolem extinxit? quis tibi nouam iſtã eclipſim inuexit? quis illuſtre tuũ coniugium diremit? Quę fera tempeſtas, vernam tuam temperiem corrupit? Agite verò omnis Romane popule, adiuua luctum meum, communiter eiulemus, non illum deploraturi, ſed noſmetipſos, qui ab illo deſtituti ſumus. Quid ſtemmate Imperatorio eſtis orti, deplorate Imperatorem, vt & cognatum & familiæ veſtræ ornamentum. Qui palatij limina frequentatis, quærite palatij ſplendorem. Vos milites lugete ſolertem ducem: vos famuli humanum dominum deplorate: qui dormire & quieſcere ſolebatis, peruigilem excubitorem. Vos iudices lamentamini eum, à quo legum vis pendebat. Vos Eccleſiæ ſacri proceres, deſiderate acerrimum amatorem & adiutorem decretorum. Qui in montibus & ſpeluncis degitis, promontorium & propugnaculum exiſtimationis & gloriæ veſtræ. Vos ſacrorum monaſteriorum rectores, veſtræ potentiæ arcem. Reputate extrema illius certamina pro vobis ſuſcepta: cogitare vt corpore tum hoſtilibus vulneribus, tum medicis vſtionibus prorſus exhauſto, & ad mortem properante, & corpus ſuum contempſerit, & vitæ ſuæ non pepercerit, ſed alacriter ad ſuggeſtum & ſacrorum antiſtes venerit: nec prius inde diſceſſerit, quàm ſpem feciſſet, inſectatores veſtros corruptáque illorum dogmata, quod in ſe quidem eſſet, conterendi, ac prius abolendi. Recordamini, quæ & quanto cum affectu ſacris illis labijs verba protulerit pro defenſione ſacrarum ſanctionum, & ipſius veritatis. Recordamini quæ dixerit, priuſquàm ad ſuggeſtum perueniſſet, & ad ſacrum concilium: quæ item cum veniſſet, recitarit, maximo cum ingenio & veterum Theologorum imitatione, cum diuino afflatu pleni, linguas reſonanti in ipſis & impellenti ſpiritu accommodabant: & quamuis mors capiti immineret, tamen non ceſſerit, ſed alacriter admodum ea quæ requirebantur peregerit: Deo, vti conſentaneum eſt, magnum hunc feruorem animo eius largito, vt coronidem quandam cæteris eius præclaris certaminibus, & veluti ſigillum præſtantiſsimum imprimeret, linguam eius huiuſmodi ſermonibus perpurgando vt talibus legibus & decretis è vita diſcederet. Fuit hic Imperator iucunda & amabili ſpecie, hilaris & acceſſu facilis, humanus & clementiſsimus. Cæterùm neminis vllum conſilium admittebat, ſui vnius ſententiæ & ſcientiæ inſiſtens. Itaque pleraque diſsimulabat, conſilio plenus ille quidem, ſed à colloquijs & cœtu hominum alienior, adeò vt & Imperatorias curas & occupationes auerſaretur, nec in maximis feſtiuitatibus Imperij ſolennia obiret, illa nimirum quæ ad ſpectacula & publicas pompas & ſalutationes, & munificentiam Imperatoriam, & diſtributionem pecuniarum & honorum pertinerent. Vt periculum ſit, ne Imperatoriæ diſciplinæ inſtituta, quorum memoriam & ſucceſsionem Imperatores ad poſteros propagabant, obliuione prorſus obruantur. Nam cum multum temporis interfluxerit, & qui illa tenebant deceſſerint: poſteris, quid officij ſit, ſcire difficilè erit. Sed ita ſit, minutarum rerum occupatio ad exequendum officium ſegniores facit. Canes enim & aues venaticas magno alebat numero: quibus ita erat deditus, vt ſi quis eum aditurus, carnem aut auem offerret, facillimè compos voti redderetur. Quæ omnia Cantacuzenus poſt eius obitum, ijs qui petebant, diſtribuit, cum magnitudinem ſumptuum reputaret, & rem ipſam imperio non modò inutilem, ſed etiam periculoſam iudicaret. Nam quindecim aureorum millia Imperatorij fiſci procuratores vltra veterem morem in eas res expenſa retulerunt. Vſque adeò autem Deo fretus erat, & fiducia plenus, vt maxima ex parte ſine cuſtodia ageret, & ſine Imperatorijs ſatellitibus. Sæpe etiã eos quos retia & laqueos contra ſe inſtruere ſciret, in eaſdem ædes admitteret, & menſę adhiberet. Dicebat enim, vitam hominis in ma„ nu Dei eſſe poſitam: à quo vbi eius deſtructio„ permittatur, tunc omnibus periculis patere fo„ res. Erat præterea ſingularis quædam in eo natura, ne vſquam Imperatoriæ maieſtatis magnificentiæ & amplitudini ſtuderet: ſed ſæpe ſubditis humilius ſe gereret. Idq; ex vno è multis facilè apparebit. Notum eſt omnibus, Imperatoriorum tricliniorum pauimenti ſummitates ambas inter ſeſe oppoſitas eminere ſupra interiectum ſolum vſq; ad ſpithamæ trientem, vbi etiã Imperatorium ſolium eſt conſtitutum, nimirum vt & in eo Imperator aliquid præ cæteris eximium habeat, ſiue in ſacris hymnodijs ſtans, ſiue nunc ſubditis, nunc exterarum nationum legatis reſpondens. Nec in illo loco cuiquã mortalium licere illi aſtare, pręter vxorem liberos & fratres, & patruos fortaſſe. Verùm illo ibi ſtante & diſſerente, non modò omnis nobili-

*Elogia Imperatoris.*

*Neglecta Imperij instituta.*

*Venator et aucept.*

*Deo fretus.*

251

nobilitatis adoleſcentia illi aſtabat, ſed & plebeiorum miniſtrorum quilibet. Vnde ſæpe turba hominum ita premebatur & vrgebatur, vt ipſe deflecteret, ac loco cederet: alijſque ſuperiore ſtatione conceſſa, paulatim ad inferius pauimentum deſcenderet, nemini omnium ſuccenſens. De capitis porrò tegumẽto, apud ſuperiores Imperatores moris erat, vt ætate prouectiores aulici proceres pileis turbinatis vterentur, ſerico tectis, pro dignitate cuiuſque: adoleſcentes verò omnes prorſus nudis eſſent capitibus. Illo verò Imperatore, is mos vſq; adeò obſoleuit, vt omnes ſimul & adoleſcentes & ſenes pileis vterentur, non minus in palatio quàm in agris: ijſque multiformibus & peregrinis, & quales cuique probabantur: alij Latinis, alij Myſijs & Triballicis, alij Syrijs & Phœnicijs, ſuo quique arbitratu. Eodem more in veſtibus etiam vſi ſunt, vt prudentiores nouitatem aliquam & deſtructionem Imperij, & finem inſtitutorum ac morum illius diuinarent. Idem certius etiam ex eo colligebatur, quòd Imperatoriæ & illuſtriſsimæ quæque ædes ferè omnes deſtructæ, & in cloacas & fimeta redactæ erãt. Eodemque modo de moribus & rebus patriarcharum, eorumq́, maximis & illuſtriſsimi ædibus iudicabant, quæ firmiſsimum ornamentum ſimul & munimentum maximi templi Diuinæ ſapientiæ fuerunt, tum à primis architectis confectæ, tum ab ijs qui ſecuti ſunt pulcherrimè adiectæ, & primis operibus admodũ conuenientes: quę æquè omnes corruptę & deſtructæ ſunt.

*Pilei etiam veſtes.*

*Imperij interitus ſigna.*

FINIS, ET DEO GLORIA.

# ANNOTATIO LOCORVM QVORVNDAM E GEORGII PACHYMERII HISTORIA, QVAM *à tyrannide Michaelis Palæologi auſpicatus uſq; ad Catelanorum ab Andronico defectionem perducit.*

Rem gratam Lectori, atque vtilem me facturum eſſe arbitror, ſi Georgii Pachymerij locos nonnullos, qui à Michaelis Palęologi tyrãnide hiſtoriam ſuam exorſus eſt, appoſuero. Codex alicubi carie confectus, & aliquot folijs paſsim exectis mutilus, è Bibliotheca inclytæ Auguſtanæ reipublicæ vtendus mihi datus eſt. Qui ſi integer eſſet, nec tot in locis laboraret propter mediocrem ſtyli elegantiam, quam tamen barbara vocabula ſæpe quaſi polluunt, & grauitatem ſententiarum conuerſione non indignus videretur. Nunc lectorem contentum fore arbitror, capitum cuiuſque libri, & rerum quolibet libro memorabiliũ Annotatione: quæ libro primo eſt huiuſmodi. Sed prius ipſius autoris verba de ſe audiantur. Sum, inquit, à primo ortu Conſtantinopolitanus, Nicææ verò & natus & educatus: in ſacerdotum autem collegium cooptato, Protecdici & Dicæophylacis honos eſt delatus. Scripta eius recenſentur à Geſnero: imago eius ſic depicta eſt in Auguſtano codice, vt & Theodori Laſcaris iunioris, ac Michaelis & Andronici ſenioris Palæologorum, quas ad Gregoræ hiſtoriam primo loco ponendas curauimus.

CAPITA PRIMI LIBRI HISTOriæ *Georgij Pachimerij.*

PRoœmium autoris, & de veritate narrationis.
Cur res ante ſuam ætatem geſtas non expoſuerit.
Quo pacto veteres caſtella & arces munierint.
Quomodo eos qui arces tuebantur, tractarint.
Vt olim vrbe ab Italis capta, infirmæ res Orientis fuerint, & de Chadeno.
Vt Perſę Romanę ditionis montes occuparint.
Vt Ioanne imperante, Michael Palæologus fidem Imperatoribus firmarit.
Quemadmodum Laſcaris iunior multis honoratis viris deſpectis, alios in eorũ locum ſurrogarit.
Vt Cotys, vnus è proceribus aulicis, Palæologo pro amicitia, confugiendi, ad Perſas autor fuerit.
Vt Palæologus reuerſus & ſuſceptus (τῶν μεγ. τάκτ τῶ ἱππέων) dux exercitus in Occidentem, vnà cum Dyrrhachino Chalcuze miſſus fuerit.
Vt Chadenus miſſus fuerit, vt Palæologum ferreis catenis vinctum reduceret: & vt reductus, in carcerem ſit coniectus.
Vt Imperator ægrotans magię quoſdam ſuſpectus habuerit. & de Maria ſiue Martha Domeſticiſſa.
Mors Imperatoris Theodori, & res eo viuente geſtæ.
Vt Laſcaris Theodorus à patre Ioanne ad imperij ſucceſsionem inſtitutus fuerit.
Vt Protoueſtiarius Georgius Mutzalo Atramyttenus tutelam Ioannis pueri geſſerit.
Protoueſtiarij Mutzalonis concio.
Palæologi ad concionẽ Protoueſtiarij reſponſio.
Odium exercitus contra Mutzalones, & vt exercitus Mutzalones occidere non dubitarit.
Vt ea de cauſa procerum nonnulli diſceſſerint, nonnulli cuſtoditi ſint.

Vt pro-

Vt proceres de tutela immaturi Imperatoris liciti fuerint.

Vt etiam patriarcha conſentiente, Palæologus prælatus fuerit cæteris.

Vt Palæologus magnus Dux deſignatus fuerit.

Vt Ioannes Imperator ægrotans multa pauperibus largitus ſit.

Vt magnus Dux Imperatoria pecunia ſibi voluntates hominum conciliarit.

Vt erga patriarcham ſubmiſſe ſe geſſerit.

Vt ſtudioſi magni Ducis effecerint, vt Palæologus Deſpotes deſignaretur.

Vt Patriarcha etiam ſit aſſenſus.

Vt Palęologus populi ſtudiis maxima quæque impetrarit.

Vt Deſpota Michael in Occidente pacem turbarit.

Vt Achaiæ princeps à Rom. captus fuerit.

Vt Michael Deſpotes victis Romanis Cæſarem ceperit.

Hæc capita ſunt primi libri: in quo nihil ferè eſt quod non & Gregoras tractarit. Hęc tamen ſparſim annotare viſum eſt.

Veritas, hiſtoriæ anima rectè dici queat, & ſacrarium: cui qui mendacium præfert, planè ſacrilegus eſt.

Byzantini, hoſtes in Oriente habuerunt Perſas, in Occidente Latinos. Aduerſus Perſas, Italicis auxiliis ſunt vſi: aduerſus Italos, Scythicis. Firmis arcibus confinia munierunt. Cum hoſtium alteris pacem fecerunt, eiſque tributa pependerunt, donec alteros debellaſſent. Tum verò etiam alteros ſunt aggreſsi. Populos hoſtib. finitimos immunitatibus, & horum fortiſsimum quéque ſtipendiis donarunt, vt quotidianis excurſionibus et dimicationibus hoſtē vexarent. Adhæc Imperatores crebris largitionibus caſtellorum præſidia firmabant.

Vetuſti moris fuit apud Imperatores, vt qui dubii criminis rei eſſent, duello decertarent.

Qui fidem Imperatori frangit, nunquid diris ſacerdotum deuotus, diuinam vltionem formidabit? εἰ κεχειρότονται τῷ παρὰ θεοῦ τὸ ἄρξαι, ἀναίτιος ὁ καλούμενος Si cui diuinitùs decretum eſt Imperium, is qui ad Imperium vocatur, crimine vacat.

Theſſalonicenſis epiſcopus vocem μάρτυρα ter audiuiſſe fertur, quam ſiue ita ſit, ſiue confiſta, ſiue è libris Imperatoriis excerpa fuerit interpretati ſunt: μιχαὴλ ἄναξ ῥωμαίων παλαιολόγος ἐξ ὧν ὑμνηθήσεται, Michael Palæologus Imperator Romanorum citò celebrabitur.

Teſtatur, ſe adoleſcente nonnullos maſſam ferream candentem manibus citra noxam ſuſtuliſſe, itaque innocentiam ſuam per miraculum teſtatam reddidiſſe: cum alioqui teſtes produci, iuſiurandum deferri, & anteacta vita reorum conſiderari ſoleat.

Sub obitum Theodori Laſcaris, ſexto die ſol per horam obſcuratus eſt, tenebræq; operuerunt omnia, adeò vt ſtellæ in cœlo apparerent.

Imperatorum diuitiæ, populi diuitiæ iudicantur.

Non licuit nobis amplecti aliud, niſi vt ei qui rerum potiebatur, citra fraudem inſeruiremus: id quod etiam nulla propoſita gloria facimus, haud ignari, fidem cum alacritate coniunctam, tametſi inuidiam vincere nequeas, laudari.

Perturbatione temporum, eos etiam qui vero iudicio nullius criminis conuinci queant, maximis inuolui criminibus haud eſt veri diſsimile.

Diuinus oculus iudex eſt omnium.

Ego vel poſtremo loco contentus ero.

Quæ eſt iſta ſeruitutis neceſsitas, quo minus quod velis, dicere liceat

Mori neceſſe eſt, ſiue morbus ingruat, ſiue non.

Homines ſubinde nouis rebus gaudent, proinde facilius inuenias qui afflictis inſultet, quàm qui fortunatis gratuletur.

Vt ſecundarum rerum cognatorum particeps fuerat, ſic etiam aduerſarum ſocius futurus erat.

Ioannes Romanorum pater, Theodorus verò Dominus cognominabatur.

Michael Palæologus regno potitus, tres tantum aureos domi habuit.

Propter vnum infantem, tantum imperium, tantæque res non ſunt in periculum adducendæ.

Papa cùm Achaiæ principē iureiurando, quòd Palæologo dederat, ſoluiſſet, continentium bellorum cauſam præbuit.

Atque hæc è primo Pachimerii libro.

## CAPITA SECVNDI *libri.*

VT patriarcha Arſenius de imperio ſolicitus fuerit.

Vt diris ſolutus ſit Palæologus, quibus obſtrictus fuerat, arrepto imperio.

Vt Romani vtriuſque & Palæologo & puero Ioanni iurarint, & quibus conditionibus.

Vt Palæologus puero iurarit, & proceres vtrique, & vt clypeo inſidens Imperator declaratus fuerit.

Vt Palæologus rerum potitus, ſumma liberalitate vſus fuerit erga & proceres & milites & reliquos.

Vt Palæologus etiam ante coronationem arces munierit.

Vt pactum coronationis Palæologus violarit.

Vt Palæologus à patriarcha coronatus ſit, neglecto puero.

Vt Palęologus coronatus, populum ſibi & dictis & factis conciliarit.

Vt

Vt Palæologus Nymphæum reuerſus cum puero, vndecunque legatos exceperit.

Vt magnus Domeſticus Imperatoris frater Ioannes occidenti præfectus, re bene geſta, Sebaſtocratoria inſignibus acceptis, cum rediſſet, Deſpota ſit creatus ab Imperatore: & vt eorum frater Couſtanrinus, Sebaſtocrator ſit appellatus.

Vt Michael Deſpotes in anguſtias redactus, coniugem & filium Ioannem ad Imperatorem miſerit, illam legationis ergò, hunc pro obſide.

Vt Imperator procerum dignitatem auxerit.

Vt Imperator vrbi capieudę inteptus, Selybriam ceperit.

Vt patriarcha Arſenius ſede ſua ceſſerit.

Vt Nicephorus Epheſius patriarcha factos ſit.

Vt Sardianus & Theſſalonicenſis cæteris non aſſenſi ſiut in deſignatioue Epheſij.

Vt Sardianus Selybriæ monaſticum habitum induerit.

Vt multi Eccleſiaſtici proceres exiguo tempore mortui ſiut.

Vt Imperator Galatæ caſtellum ſit adortus.

De cadauere Imperatoris Baſilij Bulgaroctoni.

Vt patriarcha Nicephorus vnà cum Imperatore Nymphæum ſit profectus: quidque ibi egerit, & de illius obitu.

Vt Imperator amoto adoleſcente Ioanne, ſecurus fuerit.

Vt Chalypbas & Perſæ à Tocharis, hoc eſt Scythis, ſubacti ſint: vtque Sultanus Azatines ad Imperatorem confugerit.

Vt ſuperiores Imperarores ad Tocharorum famam affecti fuerint?

De rebus in Occidente geſtis, & vt Cæſar obiter Conſtantinopolim inuaſerit.

Vt vrbs capta fuerit.

Quid improbus Protoſecretarius Senacherib egerit eum vrbem à Romanis recuperatam eſſe audiuiſſet.

Vt Imperator vrbis recuperationem audierit.

Concio Imperatoris de recuperara vrbe.

Vt Imperator eum tota ſua familia & proceribus vrbem ingreſſus.

Vt vrbem ingreſſus Imperator, Latinorum tribus tractarit.

Vt res Romanas ordinarit.

Deliberatiooes pontificum de patriarcha Arſenio.

Vt Imperator adoleſcentem Ioannem amouerit, & vt populos Italicos extra vrbem habitare iuſſerit.

Legatio Imperatoris ad Papam & Latinos.

Nunc quædam ſparſim excerpta ſubijciemus.

*De eligendo Imperatore.*

Paucis exceptis, & fruſtrà ob aliorum multitudinem & potentiam aduerſantibus cæteri omnes vuo conſenſu Michaelem Palæologum Imperatorem exoptabant. Oprimum enim eſſe regnum, non hæredirariæ ſucceſſionis, non ſortis temeritate, ſæpe etiam indignis obijci ſolitum, ac peſsimis hominibus quos bonus deinceps vel ſeruorum habere loco dedignetur. Eum verò principatum rectiſsimè cõmendari, ad quem ſpectata & probata virtute euehatis: quòd is demum populo proſit, qui id exequendum ſibi putet cuius gratia ſit cooſtitutus. Medicum acceſsi non fortuitò, uon propter cognationem, cum valetudo agitur. Quòd ſi gubernator naui propter neceſsitudinem præponatur, nõ eum gubernatorem, ſed euerſorem fore nauis. Hinc fieri poſſe, vt qoem rectiſsimè inſtitutum eſſe oportebat, is omnium ſit deprauatiſsimus: quippe qui ſimulac in lucem editus ſuſceptuſq; fuerit, regio luxu ac delicijs corrumpatur, adulatione perpetuo vrgenre, veritate verò fugiente: cum turpiſsima quæque pulcherrimis nomiuibus ornentur. Adeò vt vetere prouerbio eriam certus tuſsiendi modos adulatorũ materia fuerit apud eos principes, qui ſimul & imperant & ſeruiunt. Vbi qui minimum moueţir, vt maleuolus & ſceleratus exagitarerur ab ijs, qui admonitionem edictum cenſent: prærerea eos etiam, qbos ille rerum ſtatus non delectet, nihilominous & ipſos principe ſupra modum efferendo aſſentari, ac faſtum eius augere. Alios quaſi in ſcena varias perſonas inducere, genus ad bene imperandum ſatis eſſe putare: quaſi in primo ſemine regiæ quædam virtutes ad optimè gubernandum ineſſent.

Duorum principum electio ciuilium bellorum cauſa.

Imperatorio clypeo inſidet, is qui Imperio deſtinatur: ac pedibus primùm Imperatorijs inſignibus ornatis, & manib. hinc pontificum, inde procerum elatus, Imperatorijs hymnis & plauſibus ab omnibus celebratur.

Animaduertit ille quidem ſe deceptum eſſe: ſed neceſsitate circumuentus, quid ageret, non habebat.

Ioannes Theodori Laſcaris iunioris filius balbutiente voce patriarchæ dixit, ſe vita contentum fore, modò ne quid grauius in ſe conſuleretur.

Suis quiſque rebus inteutus, Remp. minimè curabat: ſuo tandem tempore pœnas daturi.

Quod in fatis eſt, oppugnat ſapientiam. τὸ μέλλον γενέσθαι ἀντιπράττει καὶ τῷ φρονεῖν.

Bene ſperabant, etiam cum formidabilia nunciarentur.

Secum ipſe tantum & cum Deo colloqueos.

Non animaduerſis, occultis eius conſilijs.

Propè decem Eccleſiaſtici principes, nouem menſibus mortui.

Ioannis Beci ſomnium de tranſitu patriarcharum per terribilem flouium, quos ipſe aliquando ſecuturus eſſet, interitus & calamitatis prænuncium.

Prouidentiæ vis ineuitabilis.

Nefas eſſe, viros Deo conſecratos mundano tribunali ſiſti.

Fatum vt animantibus, ita etiam ciuitatibus ineuitabile.

Eorum quæ in medio ſunt, maxima eſt ſecuritas, ſi ea quæ circumcirca ſunt, non laborent.

Latini Byzantium annos quinquaginta & menſes octo renuerunt.

### E TERTIO GEORGII PACHYMERII *hiſtoriarum libro.*

VT imperator de Arſenio patriarcha deliberarit.

Vt accerſitus patriarcha Arſenius, in vrbam introductus fuerit: & de altera Imperatoris coronatiooe.

Vt Imperator legatis ad Tocharos & Æthiopes miſsis, affinitates iunxerit.

Qualis ſit camelopardalis.

Vt Athiopes auctis viribus Syriam vaſtarint: & de Noga.

Vr tres Imperatoriæ virgines maritis ſior deſponſæ, & qualibus.

De domina Anna Alemanna.

De dominæ Anoæ fratre Manfredo & Carolo.

Vr tabulis maritima mœnia exaggerarint, & cur: & de apparatu Imperatoris.

Vt Imperator Ioannem loco motum cæcarit.

De Holobolo Manoele, cæterorumq; ſuſpicione ob Ioannem.

De Zygenis, vt ob Ioannem ab Imperatore defecerint.

Zygeoorum defenſio inter ſeſe, cur qoendam pro Ioanne ſuſceperint.

Vt affectus fuerit patriarcha, audito caſu Ioaonis: & vt Imperatori ſacris interdixerit.

Vt Romani claſsiarij rem beoe geſſerint.

Vt fiatribus Imperatoris Occidentia adminiſtratio mandata fuerit.

De cubiculario Ioanne Macreno.

Quomodo Imperator res Æmi edictis per legatos adminiſtrarit domi ſedens.

Vt Impeiator patriarcha callidè tractando egerit, vt in integrum reſtitueretur.

Vt ex compoſito Deſpotæ Occidentis Ioannes & Michael coouenerint.

Vt Deſpota Ioannes Occidente omiſſo, Orientales hoſtes inuaſerir: & ſingolaris eius laus.

De afflicto ſtaru Maryandenorum, Bucellariorum & Paphlagoniæ.

De cometa qui æſtiuis menſibus io Seprentrione viſus eſt, & Imperatoris expeditiooe in Occideotem: & de Arſenio patriarcha.

De Beco & Xiphilino eccleſiæ principibus.

De Sultaoo Azatioe & Tocharis.

Quanta grauitate & ſeueritate Imperatorem patriarcha exceperit.

Affinitas Eulogiæ filiæ Annæ, & Nicephori filij Deſpotæ Michaelis.

De mendacio vulgato ob Tocharum iocurſiooem iuxta Nicæam.

*Sparſim excerpta.*

Michael Palæologus ea cõiungere ſtuduit, qoæ natura diſsidebãt: patriarchæ reſtitutiouem & Impetatoris legitimi remorionem.

Si hæc dediſſet, ſpetabat etiam cætera his cooſentaoea.

Oppoſita inter ſe terræ climata Septentriooale & Auſtrale, inſitis quibuſdam virib. tam corporum qoam animorum inter ſeſe aduerſantur, cum ſint eiuſdem generis animentium & hominum euidentia temperamantorum diſcrimina. Septentrionales ſunt albiores, ſtupidi, inculti, feroces, bellicoſi: Auſtrales nigriores ingeoioſi, ciuiles, imbellea.

Æthiopum Sultanus Michaeli Palæologo inter cætera munera camelopardalim miſit, animal aſinorũ quos cantones appellamus, magnitudine. pellis alba eſt vt pardalis, rubiia diſtincta maculis: corporis habitudo qualis camelorum, retrò à pudendis gibboſa verſua humeros, anterioribus pedibua longe altioribus quàm ſunt poſteriores, collum inſtar gruum longiſsimũ, & caput in altum erectũ, paruum, cameli ſimilitudine aoimal ſuperbum efficit, ventre albo, à collo autem pes totam ſpinam vſque ad modicam caudam, rectiſsima nigra linea diſtioguit: pedes tenuea & bifidi, vt ceruorum: adeò cicur, vt à pueris etiam per ludum tractetur, & oaſo trahatur, & quocunque volucris ſequatur: herbiuorũ, pane & hordeo vt ouis paſcitur, manſuetum. Si laceſſatur, ſe non vt equus vulgulis defendit: non cornibus vt bos, neque enim cornua habet: non deutibus vt a[illegible]non vnguibua, vt feles: ſed innoxio morſu[illegible]ſpet dum laceſſentem repellat, vlciſcitur. Nullum enim venenum ineſt dentibus, &c.

Chriſtiani nefas ducuot, cum Æthiopibus, crucis Chriſti hoſtibus, pacem facere.

Michael Palæologus de repudianda Theodora vxore cogitans, fruſtra Annæ Ioannis Ducæ viduæ pudicitiam tentat.

Timere homioes, Dei verò metum abijcere, illius eſt, qui quid ſit metuendum ignorat. Sed diuinas leges rimere, maxima eſt ſecuritas, quicunque terror obijciatur.

Fridericos & Manfredus Siculi, Papæ patère per omnia recuſaruot, ſuáque frui libertate voluerunt.

Comes Carolus regis Gallorũ frarer (hunc Italiæ regem vocat Gregoras) iuſſu Papæ Fridericum & Manfredum oppugnar, eáq; de cauſa à Papa Rex ſalotatur.

Azatines Sultanus magno luxu in Byzantij cõpitia totos dies potando & comeſſando exegit.

Septentrionales ſtupidiores, quòd ſol & paruo rempora apud eos commoratur, & cerebrum modicè repefacit.

Animos temperamentis corpotum affici ac mutari, naturæ doctrioa monſtrat.

Michael Palæologus ea qoæ tangi nefas eſt, petulanter cootrectat, receptaſque leges conculcat.

Gaſmulicum Latinè dicuntur permiſti, è Romaois mulieribus & viris Latinis nati.

Ne ſol quidem deſideratur, oiſi radios ſuos & terræ & hominibus, & omnibus animaotibus impertiat: neque rex verè imperabit, niſi ciuibus ſuis benefecerit. Qui verò rex tenax eſt, & aſtrictus ad largiendum: ſimulacrum regni, non regnum tractat.

Cur

Cor honorem baberi ſibi poſtulant, ſi noo verè imperant?
Beneficenria cum imperio naturà eſt coninncta.
Vna diademate duo capita regere, & imperium pluribus partiri, graue eſt, & perturbatione plenum.
Cupiditatis intemperijs actus: euaneſcentem gloriam pluris fecit Palæologus, quam Dei metum.
Palæologus Ioanni Laſcari ignito crepiraculo (ἠχείῳ τινὶ πυρωτῷ) vibrato, aduſsit oculos, vt paularim viſus extingueretur.
Holobolo Manneli, quòd excæcari Imperatoris fortunas miſeratus eſſet, naſus & labra præciſa.
Trinaciotæ & Zigitæ monrana Nicææ incolentes cæcum quendam erronem pro Ioanne excæcato Imperatorem ſalutant: & Palæologo diu fortiter aduerſati, tandem ab armis diſcedunt, cæco illo in Perſiam ablegato.
Ioannis Laſcaris Nicæatico caſtello incluſus, ſatis commodè tractatus.
Ne mẽdacium de veritatę triumphet, vindictáq; conniuente emolumento ſit improbitas.
Gladios Spiritus, quod eſt Verbum Dei.
Sphærus Em[illegible]oclis diſcipulus, omnia confuſa eſſe affi[illegible]t.
Parua domus haud remerè magnam, nec magna paruam calamitatem càpit.
Coofcientiæ teredo.
Cantacuzeni & Tarchaniotæ, viri illoſtres ſub Michaele Palæologo.
Alexius Philanthropenus Protoſtrator, vir grauis & fortis.
Nihil cuiuſquam eſt, niſi eins qui rei bellicæ ſtudet.
Probabilia pro veris admittere.
Macrenus cubicularius reb. optimè geſtis, propter mulierculæ calumniam à Michaele Palæologo excæcatur.
Gaſmulicum ad bella erat animoſum, Pyſylontes verò agendis remis ſtrenui.
ὦ οὐ δίκαιος ὦ δίκη, Iniuſtè ô iuſtitia.
Occaſio anima actionum eſt.
Conſcientia Palæologum qnietum eſſe nullo ſinebat modo.
Columba in ſinom accepta, in viperam mutata, lethaliter mordet.
Arſenius patriarcha ſumma ſeueritate Palæologum auerſatur, quamuis facinus agnoſcentem, & ſommiſsè genibus adnolutum, & veniam orantem.
Magnorum delictorum magnas oportet eſſe pœnas.
Adeò & ſcelus formidoloſum eſt, & virtus honorabilis.
Nilus Siculus inconſideratam erga pauperes benignitatem vituperauit.
Palæologus cum ſubditos ob facinns ſuum ſoſpectos haberet, è re ſua fore cenſuit, detrimenta ioferre populo, ne rebus ſecundis elati, ſeditiooem mouerent.
Populus rebus ad victum neceſſarijs abundabat, ſed pecunia egebat.
Bucellarij, Maryandeni, & Papblagones, ob tributorum exactiones paulatim ad Turcos deficiunt.
Ita fit, vt quod ad manum eſt, propter conſuetudinem faſtidiatur: id verò quo careas, deſideretur, vt iucundius futurum, quòd præter conſuetudinem euenit.
οὐδεὶς κομήτης, ὅστις οὐ φθοροποιός.
Non eſt cometa, quin natura ſit malus.
Scythæ Romanis inexpugnabiles.
Montium vertices hoſtium ſpeciem prębebant, animo ſemel timore oppreſſo.
Malè obiri mooeris pœna, flagellari, & muliebriter veſtiri.
Arſenius patriarcha grauiter obiurgat Palæologum, q, in ranta copia infidelium hoſtium, bella Chriſtianis inferret.
Fruſtra pœnitebat eius, qnod iam mutari non poterat.
Epimethei pediſſequa pœnitenria.
Nimirum fati magna vis eſt, quicquid contrà machineris.

## E QVARTO PACHYMERII

*libro Capita.*

IMperatoris cõcio ad põtifices de ſois rebus.
Vt Ioſephum Galeſinum Imperator ad patriarcham miſerit, reſtitutiooem in integrum poſtulans.
Vt libellus accuſatorius Imperatori contra patriarcham ſit oblatus.
Qnomodo, & vbi patriarchæ Arſenij negocium actum ſit.
Vt patriarcha ad Imperatorem venerit, ac propemodum deceptus fuerit.
Vt in concilio pontificum accuſatio peracta, ſententiáque lata ſit.
Vt tres pontifices miſsi à cæteris, patriarchæ renunciarint, eum loco motum eſſe.
Vt Imperator miſsis miniſtris patriarcham eduxerit, & quid actum ſit.
Quid orientales patriarchę Alexandrinus & Antiochenus de abrogatione Arſenij ſenſerint.
Vt patriarcha, incolumi adhuc autorirate, Sardianum Andronicum deſignare inſtituerit.
Patriarchæ concio de diſsidijs.
Vt Germanus Adrianopolitanus, patriarcha ſit deſignatus. & qualis foerit.
Vt Germanus, patriarchica ſede conſcenſa, ſe geſſerit.
Vt patriarcha Holobolum in Dei eccleſiam traductum, officio oratoris donarit, & magiſtrum deſignarit.
Vt quidam aulici proceres, læſæ maieſtatia rei, Arſeniom patriarcbam detulerint.
Vt autor huius hiſtoriæ vnà cum pontificibus ad illum miſſus fuerit, & quid illis acciderit.
Vt Imperator de reſtiturione illius deliberarit, & quamobrem.
Vt Ioſephus autor fuerit Germano, patriarchatu abeundi.
Quis & vnde fuerit Hyacinthus.
Vt Imperator per Chalazam Sardianum, patriarcham Germanum inuaſerit.

Vt Germanus patriarchatu ceſſerit.

De Adrianopolitano Baſilio ſiue Barlaamo.

Vt Ioſephus à pontificibus patriarcha deſignatus fuerit.

Vt Improbato Heraclienſi Pinaca, vt qui à Germano deſignatus eſſet, Gregorius Mitylenęus Ioſephum deſignarit.

Vt Ioſephus Imperatorem in integrũ reſtituerit.

De affinitate Tarchaniotæ Andronici, & Imperatoris è ſorore Martha nepote, & de filia Ioannis occidentalis.

Vt Deſpota in Occidente magnis copijs res gerente, ac frequenter ibi commorante, res Orientales peſſum ierint.

De diſsidio Eccleſiaſtico, & de Pantepoptę monaſterio.

Vt patriarcha Germanus poſt abrogatam dignitatem, cum Magno duce Laſcare in Panoniam miſſus fuerit, atq; inde ſponſam Imperatoris filio adduxerit: vtq; coronati ſint.

Vt Magnus Conoſtaulus Tarchaniotes ad ſocerum ſuum Ioannem transfugerit.

Expeditio Deſpotę Ioannis cum magnis copijs aduerſus Ioannem, & res fortiter geſtæ.

Vt Protoſtrator Philanthropenus contra Italos mari benerem geſſerit, etiam Deſpota Ioanne operam nauante.

*Sparſim excerpta è quarto libro.*

Præſtat non pœnitere, quàm pœnitentem deſperare, nam illud ſtuporis eſt, hoc æternæ condemnationis.

Palæologus cum nihil non tentaſſet, vt patriarcha placato, noxa ſolueretur: deſperata venia totus in eo fuit vt illum loco moueret.

Non ſatis eſt dicere, ſanandum eſſe vulnus, niſi oſtendatur quomodo.

Ad agendum hortari eum, qui quid ſit agendum neſciat, ludibrij ſuſpitione non caret.

Qui ſemel regnauit, mutationemque expertus eſt, ad aliud ſe conſerre nequit: aut ſi contulerit, moriatur neceſſe eſt. Nam quot inſidiæ tenduntur regno? quàm in paucis fides eſt, regno etiam incolumi?

Dei conſilium euertere velle, quantæ eſt audaciæ? quantæ contumaciæ? quanto cum periculo coniunctum?

Deum autem ſi vlli maximæ rei, regni certè conſtitutioni intereſſe perſuaſum habemus.

Notarius quidam patriarchæ, cum ſuis primicerijs, quem vulgo Meſiten honoris cauſa dicunt, Hepſetopulus cognomento, libellum accuſatorium offert Imperatori, in quo Arſenium patriarcham criminabatur. Primò, eum initio matutinæ hymnodiæ, pſalmum qui pro Imperatore canatur, reſecuiſſe, & à ſolo Terſancto & memoria eius iuſsiſſe exordiri. Secundò, eum Sultano eſſe addictum, eique cum ſuis ſæpe permiſiſſe lauacro Eccleſiæ ablui: cum venerandi crucis characteres marmoribus illis inſculpti, illi verò Agareni & profani ſint. Tertiò, iuſsiſſe ſuum monachum, vt filijs illius ſancta impertiretur: cum non conſtaret, an ſacro baptiſmate initiati eſſent, & quòd Sultanus ipſe cum ſatrapis ſuis mane illuſtris & magnæ Dominicæ patriarcham ſupplicantem conuenerit, vnáque cum eo ſupplicarit.

Arſenius patriarcha vltro ſe defendit ante coactum iudicium: poſtea iudicium præſcriptione remouet, ac per iniuriam pulſus, habita ad clerum de ſua innocentia oratione, atque inuocato & laudato Deo, ſerenitate ſubitò in tempeſtatem conuerſa, æquiſsimo animo abit in exilium.

Nos ea quæ tulit animus, diximus: vobis verò quid fieri conueniat, eſt deliberandum.

Arſenius patriarcha, quid Imperator contra ſe moliretur, etſi non ignorabat, tamen tota re Deo permiſſa quieſcebat.

Rem ſuo conſilio opportunam, licet in ea ſatis virium non eſſet, differre non poterat.

Arſenius patriarcha non iudicium, ſed locum & modũ iudicij, ac perſonã Imperatoris recuſat.

Cauendum ne malum malo cures.

Quid? tu homo fucum facere Deo inſtituis?

Canon Apoſtolicus in eos qui ſe iudicio non ſiſtunt.

Vtut mecum actum ſit, filij, Deo conniuente ſciris: cuius voluntati, vtut illi viſum fuerit, eſt obtemperandum. Arſenij verb[illegible]

Michael Palæologus menti[illegible] compotem eſſe negat, qui non ſuo, ſed alieno conſilio ſuis in rebus vtatur.

Fieri non poteſt vt cœptus amor augeatur, niſi redameris.

Fabulatorem fortaſſe me diceris. Sed fabulæ quæ ad veritatem alludunt, laudantur.

Contumacia ſolitudinis eſt vicina.

Ludere ijs in rebus in quibus nõ eſt ludendum, & in ijs elaborare in quibus haud quicquam proficere poſsis.

Delicta ſingulorũ totam ciuitatẽ turbis implent.

Monachi *ῥακενδύται καὶ σακκοφόροι*, hoc eſt, pannoſi & ſaccigeri.

Hoc nec tolerabile mihi, nec vobis tutum eſt.

Minæ ſupplicium antecedunt.

Ægrotis ij qui rectè valent, adiumento ſunt. Qui verò ipſi ægrotis ſunt animis, quid alijs conſulent boni?

Cauſam illorum tempus fortaſſe demõſtrabit.

Germanus patriarcha ipſe quidem eruditus nõ erat, ſed eruditos amabat, colebat, attentiſsimè audiebat.

Germani ſimplicitas & liberalitas ac benemerendi ſtudium, ſtulticiæ vanitatis crimen incurrit.

Michael Palęologus ſacros cantores & ludi magiſtros publicis ſtipendijs conducit.

Carolus Francopulus Muzalonis interfector, læſæ maieſtatis reus factus, in quæſtionibus etiam Arſenium patriarchatu functum & relegatum falſò detulit. Qui cum ſe legatis ea de re ad ſe miſsis grauiſsimè, nec ſine indignatione & conqueſtione iniuriarum purgaſſet: hi re ipſa Imperatori expoſita, ſed omni verborum acerbitate prætermiſſa, effecerunt, vt afflicto ſeni trecenteni aurei aſsignarentur.

Inſultare iacenti.

Non

Non eſſe illi cum Imperatore litigandum.

Palæologus Germanum patriarcham,à quo nouus Conſtantinus appellatus fuerat,per ſpeciem ſummi honoris, amoris, obſeruantiæ, malis & nèſarijs artibus clàm oppugnat, atque per fraudem euertit, homo verſipellis & perfidus.

Deus proſpiciet vobis de idoneo paſtore.

Adrianopolitanus Germani patriarchæ nepos, bellator potius quàm epiſcopus, ob intemperias accuſatus,inſaniam ſimulat: ſed abrogato ſacerdotio,cum ſe belli ducem Imperatori offerret,perfidiæ ac defectionis metu excæcatus,in carcerem conijcitur.

In patriarcha deſignando, in cōſilium adhibenda voluntas Imperatoris: & is vnus huic muneri obeundo idoneus cenſendus,qui illi acceptus fuerit.

Germanus patriatcha, vir non tantum ſanctus, ſed etiam humanus,prior ſalutare atque amplecti obuios, blandè colloqui, arridere: exhilarari, ſi quid iucundè ac feſtiuè fieret aut diceretur,&c.

Michael Palæologus vrbem Conſtantinopolim tutò teneri,niſi totius matis imperium teneret,non cen[illegible]

Monashi rerre[illegible] cœli ciues.

Dum Michael Palæologus metu ſeditionis ob religionis diſsidium in vrbe ſedet, præfecti prouincias expilant,& aures eius calumnijs prouincialium præoccupant. Quas res magna Imperij labes conſecuta eſt.

Monachi quidam inſtabiles & vagi, huc atque illuc circumcurſantes,& ædibus ciuium ſeſe inſinuantes,ſaccos ſuos infarciunt,& animos hominum exulcerant.

Inexhauſta opulentia eſt beneficentia.

Res non literis,ſed lachrymis deſcribenda.

Ea ſoluère,quæ ſoluenda non ſunt.

Actuoſi hominis ocium multò eſt hominis inertis atque ignaui occupatione efficacius.

Pauliſper ſe defendere, vt domino fides ſeruata eſſe videatur.

In turba promiſcua non deſunt,qui etiam nulla de cauſa expaueſcant.

Antiſthenes inimicis optauit omnia præter ſanam mentem: quam ſi haberent, conſecturi eſſent quæ vellent omnia.

Princeps cur dicitur,ſi his quorum curam gerere debet,non conſulit ac proſpicit?

Deſpotes inſignia dignitates ſuæ abiecit, ex mœrore ne acceptæ cladis, an placandi Imperatoris cauſa,incertum.

QVINTI LIBRI CAPITA.

VT Imperator ob ea quæ in Occidente geſta erant, partim doluerit, partim lætatus ſit.

Vt patriarcha ad Orientalia diſsidia religionis componenda peregrè abierit.

Vt Eulogia Mariæ filia Conſtantino Bulgarorum Regi nupſerit.

De Noga & Tocharis ſiue Scythis,quæ olim eorum ratio,quis primus eorum rex & legislator fuerit.

De Myrze,& vt Imperatori Meſembriam tradiderit.

De Imperatoris affinitate cum Seruijs, & patriarchæ Ioſephi ea de cauſa profectione illuc ſuſcepta.

De Dyrrhachio & terræmotu.

De Rege Carolo,& vt claſſem contra vrbem adornarit.

Vt Imperator ea de cauſa legatos ad Franciæ regem miſerit.

Vt Imperator ea expeditione audita,vrbem munierit.

Vt Gregorij Papæ legatis ad ſe miſsis, Imperator circumuento patriarcha & Eccleſiaſticis, pacem accelerarit.

Vt Imperator cum Eccleſiaſticis pugnarit pro pace illa, eorumque non multos adiutores habuerit: vtque Becus confeſſus ſit.

Vt Imperator Ioanne Chumno ſubornato, Becum reum fecerit,vtque cum eo actum ſit.

De libro quem Imperator ad Eccleſiam miſit,& reſponſo Eccleſiæ.

Vt Becus in carcerem coniectus,eruditis Imperatoris ſcripturis adductus pacem probarit.

Vt patriarcha ſcripto ſit teſtatus,ſe pacem repudiare.

De legatis Imperatoris,& patriarchæ in Periblepte monaſterium ſeceſsio.

Reliqua huius libri, vt & eorum qui ſequuntur omnium Capita, mutilo codice deſiderantur.

*Sparſim excerpta.*

Deſpota Ioannes Imperatoris frater, interrogatus cur inſignia Deſpotica abieciſſet: Ad gratiam Imperatoris,reſpondit,cum is iam adultos filios haberet,non eſſe iuſtum, vt alij Deſpotæ nomen vſurpent.

Monachi in Oriente complures virtutis ſtudioſiſsimi,& ſoli Deo viuentes.

Ea mens erat Nicephori Blemmidæ, quaſi corpore non contineretur.

Heraclitus negauit, bis eadem aqua tingi poſſe quenquam.

Vera & ſola pietas eſt neceſſaria: qua conſeruata ijs qui rectè viuere inſtituerunt, cætera deſpicienda ſunt.

Philoſophum agere vt philoſophia dignum eſt: cum ſit homo,& fatis obnoxius.

Scythæ in Mediterraneis habitantes, Alani, Zinchi, Gotthi, Roſsi.

Tzinciſcanis legislator Scytharum, homo vilis & faber ærarius,autor ſuis fuit,vt delicias fugerent,obuija contenti eſſent, inter ſe diligerent, priuata emolumenta ſpernerent, reipublicæ cōſulerent,nihil in vita feſtinanter agerent,omnibus cibis vterentur, plurimas vxores ducerent,nullos fundos poſsiderent,migrarent quò commoditas inuitaret, pannos quoslibet tollerent, ac veſtib. etiam integris aſſuerent: quod cum nulla neceſsitate coacti facerent,ſine verecundia facturos, cum eſſet opus,aliena occuparent,veritatem in verbis colerent,iuſtitiam in factis: quorum alterum ingenui animi, alterū rectæ voluntatis eſſet,

vt nemo alterius oratione falleretur, nec in agendo vllis inſidijs circumueniretur.

Nogas Scytha ornamenta miſſa à Michaele Palæologo aſpernatus, rogauit, nunquid calamitates, morbos aut mortem depellere poſſent? Neque enim margaritis, ſed vtilitate mouebatur.

Hominibus perfrictæ frontis infamiam negligentibus, non eſt habenda fides.

Humana quidem forma, ſed beluinis animis.

Totum Dyrrachium terræmotu collapſum, ciuibus omnibus oppreſsis: direptæque opes à finitimis, auream meſſem metentibus.

Communicatio diuini panis, quam remunerationem vocant.

*μεταλήψεις θείου ἄρτου, ὃν ἀντίδωρον λέγουσι.*

Quod rectum eſt, nunquam corrigitur adhibitum prauo: aut ſi adhibetur, non tamen deprauatur, ſed prauum confertur ad rectum.

Carthaginem nunc Thuniſim vocant.

Interitus mare argento viuo infuſo profundius factum.

Vir virtute celeberrimus Gregorius Syrus, ad Papalem dignitatem accerſitus.

Iniuſtum atque abſurdum eſt, tot ac tantos populos ob res minutas diſsidere.

Cum hoſtibus crucis geratur bellum: vbi & victoria laudabilis eſt, & vinci ſalutare.

*Controuerſia.*

Latini dicunt, Spiritum ſanctum è Patre Filióq; procedere.

Græci, è Patre per Filium, Spiritum ſanctum procedere.

*Iudicium.*

Attonitos eſſe vtroſque, arcana Dei rimando:

Magnum periculum eſt, quocunque modo à vera ſententia aberrare.

Spiritus corpori præferatur.

Quædam de aliquo dicũtur, & ſunt: quædã nec ſunt, nec dicuntur: quædam dicuntur, ſed nõ ſunt: quædam contrà ſunt, ſed non dicuntur.

Iuſiurandum magnam prohibendi vim habet.

Cyrillus ait, Latinorũ & Græcorum cõtrouerſiam pendere in duab. præpoſitionibus: quorum illi ſpiritum ſanctum eſſentialiter eſſe è filio, hi per filium affirment, *ἐκ, καὶ διά.*

*Capita pacis Latinorum & Græcorum.*

Pontificis Romani ſit *τὸ πρωτεῖον, τὸ ἔκκλητον, τὸ μνημόσυνον*: hoc eſt, principatus ſit Romanæ ſedis, ad eum appellare liceat Græcis, & memoria Romani põtificis vnà cum patriarchis celebretur.

Si Eccleſiaſticus eſt, Eccleſiaſtico more dicat.

Suum cuique iudicium eſt liberum.

Homo incõſtans, & quauis de cauſa mutabilis.

Rationibus ſeruiendum.

Non re ipſa, ſed ſolo nomine in rerũ natura eſſe.

Cardinales à cardine appellantur, vt quorum ianua ſit Papa.

Græcos à Latinis albos Agarenos haberi.

Ioannes Paraſtro frater, legatus Papæ ad Byzantios, pacis ita ſtudioſus, vt e veſtigiò mortem ſe cupidè obiturum diceret, conciliata inter Græcos & Latinos concordia.

Prudenti conſilio cedendo, & tempori ſeruiendo, impendens periculum vitare.

Si quid periculi impendeat, id eatenus tantum eſſe curandum, vt vota faciamus.

Periculum citra periculum effugere.

Dum externum bellum propulſare ſtudet, domeſticum inter nos excitauit.

Malea ligniuora, *μαγίας ξυλοφάγος.*

Oratorum calliditas, auditorumque imperitia & ruſticitas, fidem conciliat verbis.

Prudentiæ eſt, ruſticos non curioſis intricare quæſtionibus, ſed ſinere vt ſimpliciter beati ſiant. Nam quantæ væcordiæ eſt eos cõmouere & excitare, vt de fide religionis certi eſſe velint? Quid autem dicas, vt ille his in rebus moderationem conſeruet, qui præter ligonem & ſtiuam & inertem vitam nihil nouit?

Ipſe etiam Deus de iure ſuo conceſsit, cum homo factus ſupplicium ſubijt. *συνεχώρει τὸ τὸν θεὸν σταυρὸν ὑπομεῖναι,* &c.

Non omnes hæc perſtringit oratio.

Res pari & prouidentia & moderatione adminiſtrare.

Belli dona ſunt, vrbes & pecuniæ.

Pharſalus olim Phthia.

Fatum ille quicquid ageret, [illegible]re nõ poterat.

Res periculoſa, & cum De[illegible]tate minimè congruens.

Pax colenda eſt, vbi Dei iacturam non facimus: rurſus bellum gerendum, vbi religio periclitatur.

Nouarum rerum eſſe reum.

Laura locus verno tempori aptiſsimus, ſed ad hybernandum incommodiſsimus.

Genuenſes Venetis & opibus & copijs ſuperiores.

Conſilium ſimul & promulgatum, & ad rem collatum.

Romanus quidam cum Latino inſolentius ſe gerenti colapho infracto excuſiſſet oculos, occiſus, in cauſa fuit, vt Galatæ incolæ malè tractarentur.

E LIBRO VI.

MAria Bulgari Conſtantini vxor, Michaeli Palæologo propter dotem non datam, & ob turbas religionis irata, & maritum & Æliæ patriarcham Gregorium, atque Sultanum Ægypti contra Byzantios concitat.

Imperatorẽ violata religione inuiſum eſſe Deo: qui nulla alia re contra homines concitetur, quàm ab initio recepti cultus mutatione.

Antiochenus patriarcha in rupem mari circumfluam ab Armenio relegatus, Nicolai verò Thaumaturgi cura liberatus Byzantium confugit. Alexandrinus item, vt à Paganorum iniurijs eſſet tutior.

Maria Bulgara Sphentiſtlabum vnà cũ filio Michaele in templo adoptatum, & pallio ſuo complexa, paulò poſt per inſidias interſicit.

Vindicta ferè facinora negligit.

Is quem Gregoras Lachanam appellat ab holeribus, Pachymerius Bolgaricè Gorducubam nominat, hominem ruſticum & mercenarium ſubulcum: qui cum pane & agreſtibus

herbis

herbis victitans, principatum ſibi diuinitùs deſtinari, ſuis gregalibus ſubinde narraret, tandem manu facta, cùm Conſtantinus ob fractum crus negligeretur, Scytharum incurſiones ſæpe vltus eſt.

Lachanas Mariam reginã vxorem, ob delicias malè tractat: regnoq; pulſus, à Noga Scytha, ad quem confugerat, in conuiuio occiditur.

Andronicum patri Michaeli annos vigintiquatuor natum ſucceſsiſſe ait Pachymerius, & Theodori Muzalonis magni Logothetę con filijs in primis vſum.

Lapſu conſilij incidere in foueam calamitatis.

Melireniotes & Metochites loco mouentur, quòd papæ ſacris interfuiſſent.

Mena quæ delectatur honeſto, & fine tantùm nititur.

Extremis ſupplicijs afficiãtur, qui extrema ſcelera admiſerunt.

Theoctiſtus Adrianopolitanus aduerſarijs ſuis: nunc (inquit) iudicibus tanquã ligneis verubus ad ma aſſandum vtimini, quæ paulò poſt & ipſa coniecta in ignem conflagrabunt.

Vulgus de religione rixatur, ignarum quid ſit hæreſis.

Ea eſt diuinarum rerum ratio, vt tacitis animis magis venerandæ ſint, quàm verbis approbandæ & demonſtrandæ.

Patres ſcribunt ſpiritum iſtum è patre per filium procedere.

Proceſsio ſancti ſpiritus animo comprehendi nequit. *ἀδιανόητος ἡ ἐκπόρευσις.*

Qui humanis rationibus ea inueſtigat quæ captum ingenij humani ſuperant, inexpiabili crimine ſeipſum imprudens obſtringit.

Ea eſſe audacia, vt immenſum Theologiæ pelagus exigua ſcapha humanæ mentis tranſmittere conari non dubites.

Poſteritatis iudicijs fretus, quamuis ſui conatus nunc improbarentur.

*Τὸ ἐκ πατρὸς δι᾽ υἱοῦ προχεῖσθαι, ἐκλάμπειν, χορηγεῖσθαι, πρόϊεναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, πλεῖστοι καὶ πολλάκις ἔλεγον.* E patre per filium profundi, ſuppeditari, eluceſcere, prodire ſpiritum ſanctum, multi & ſæpenumero dixerunt.

*τὸ ἐκπορεύεσθαι* proficiſci ſpiritum ſanctum è patre per filiũ, primus dixit magnus Maximus, deinde Damaſcenus, tertio loco S. Taraſius cum ſeptima Synodo.

D. Baſilius: Secundum locum filius à patre tenet ratione cauſæ, eodemq; modo ſpiritus ſanctus à filio: *Δευτερεύει μὲν ὁ υἱὸς τοῦ πατρὸς τῇ τάξει, δευτερεύει δὲ καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ κατὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον.*

Cyrillus: Spiritus ex vtroque eſſentialiter eſt. *τὸ ἐξ ἀμφοῖν οὐσιωδῶς ὑπάρχον.*

Damaſcenus: *ὁ πατὴρ διὰ λόγου προβολεὺς ἐκφαντορικοῦ πνεύματος.*

Cùm multa de Deo dicantur, quæ etiam vicij ſignificationem habeant: dicta quidem illa vt ſanctorũ verba admittimus, ſignificationem verò repudiamus.

Eiuſmodi res, quàm vel confidentiſsimus horreat.

Vulgi prauis ſuſpicionibus occurrendum.

Religione longè lateq; propagata, miracula deſinere neceſſe eſt, & ſcripturas patrum teneri, quibus quaſi manu ducti ea præſtemus quæ Deo grata ſint.

Ea etiam quæ intolerabilia videntur, tamen ſpe finis non quidem ſine moleſtia & dolore, ſed æquioribus animis perferuntur. Expectatio autem futuri mali, grauiter & continenter angit animum.

Frigida Saturni ſtella menſe Aprili In medio cœli culmina ſcintillare conſpecta (quamuis errones ob propinquitatem ſcintillare negentur) ſignificabat fore, vt magni viri gelu calamitatum rigeſcerent: idq; e veſtigiò conſecutum.

Quidam profeſſus eſt, ſe à prouidentia deſtinatum eſſe ad vlciſcendas numinis iniurias, & profanos homines mulctandos.

Vitare retis, & effugere difficultates temporũ.

Guttæ ſanguinis cœlitùs delapſæ.

Terteres Bulgarus repudiata Aſanis ſorore, quòd illegitimum matrimonium haberetur, vxorem, priorem, quam ex ambitione tantũ dimiſerat, recipit.

Ignis vires ſuas non ignorat.

*εἰρήνη ταῦτα οὐκ ἀπὸ τύχης.* Pax non fortuitò, ſed ratione & oratione conciliatur.

Vindicta, vt ferè ſolet, ceſſabat, & diutiſsimè dormitabat.

Non donum, ſed præmium petere.

Inſularum imperiũ ſine claſſe teneri nõ poteſt.

Quoties fugam molitus eſt, toties eius conatibus fortuna obſtitit.

Vindicta conuerſo itinere illũ circunſtetit, ventis etiam facinoroſo homini aduerſantibus.

Vmbria tutius quàm rebus humanis creditur.

Rei certitudo intrepidum reddit animum.

Portentum diuinæ prouidentiæ ſignum: quo verò pertineat, ad eáne quæ prætererint, an verò quæ inſtent, vtriq; ignoratur.

Vmbertopulus Meſembriæ præfectus, Andronici pietate fretus, parua manu 10000. Scytharum Iſtri ripas accolentium delet: eoſque docet, temerariam multitudinem, conſilio magis vinci quàm viribus.

Sacer panis Latinum typum præ ſe tulit, niger & teter, theriacæ colore.

Deiparæ imago per dies cõplures lachrimauit.

E Georgij martyris imagine ſanguis ebullijt.

Andronicus prodigijs territus, verebatur ne Deo aliud poſtulante, ipſe in aliud intentus eſſet.

Antiochia, Tripolis, Ptolemais, tota deniq; Syria à Babylonio Sultano euerſa, cæſis & deletis habitatoribus Italis.

Solemus quidem terrores prodigiorum, ſpe & mota nobis ipſi blandientes, ad alios transferre. Verùm apud quos malorum ſignum apparuerit, apud eos etiam euentum ratum fore conſtat.

Andronicus viduus nõ auſus regias ambire nuptias, quòd è ſecunda vxore Imperij ſucceſſores non procreaturus eſſet, Irenen Marchioniſſam, regis Hiſpaniæ neptẽ, bonus bo-

nam non genere minus quàm moribus, vxorem ducit.

Quid aliud argutiæ iſtæ ſibi volunt, niſi vt verba ad ſenſum à communi patrum conſenſu alienum detorqueantur?

Imago earum rerum nulla poteſt afferri, quarum nulla eſt imago, *ἀνεικόνιστον τὸ αὐτοεικόνιστον, φόβος μέγας.*

Etiam atq; etiam vereor ne à recta via aberrem.

Qui ſuam iuſtitiam quærunt, ad Dei iuſtitiam non perueniunt.

Blachorum genus montium receſsibus gaudet, & rei pecuariæ ſtudet, atq; etiam pugnis delectatur.

## E LIBRO VIII.

Damaſcenus negat dici *ἐκ τοῦ υἱοῦ*, è filio procedere ſpiritum ſanctum.

Imperator Cinnabari ſubſcripſit.

*προβολεὺς* aliàs ſignificat *αἴτιον*, aliàs *δοτῆρα καὶ χορηγὸν, ἢ παροχέα.*

Theologis inter ſe rixãtibus, in periculo eſt populus.

Quod ex inuidis fugere videbantur, id veritate victi confitentur.

Pertinacia ſua & temeritate ſubinde turbant Eccleſiam, & nondum planè ſedatas tempeſtates denuò concitant.

Eo erat inter diuerſa ſentientes animorum alienatio, vt etiam à congreſsibus & colloquijs abhorrerent.

Qui ad honeſtatem deducunt, eadem operà à turpitudinis amore abducunt.

Athanaſij patriarchæ, dum monachum ageret, ea fuiſſe ferebatur auſteritas, vt aſinum, qui monachorum olera læſiſſet, mutilaret auribus. Idem lupum miniſtrum habuiſſe dicebatur: ſed is lupus bipes erat, non quadrupes.

Homines inuidia impellente, vltrò mendacijs famam aliorum contaminant.

Andronicus prudenter iudicabat, ſi vera eſſent bona, ij s vtiq; mala aboleri.

Fortunæ temeritas à rerum diuinarum cultu eſt remotiſsima.

Arſenio patriarcha deſignato quidam diuinitùs dixit: *πρόσεχε ἀρχὴ σκανδάλων.*

Monachi freti patriarcha Arſenio, ſacerdotum luxum & intemperias acerrimè exagitant, ſcorpionis inſtar è foramine protepentis: qui ignarus cui infixurus ſit aculeum, ſtatim cuiuis obuio ſiue homini ſiue pecudi, ſiue cuiuis rei infigit.

Quis enumeret ea incommoda, quæ velut in ſcena vitæ miſerorum mortalium ærumnoſa natura non ſecus ac ſuigium lembos ſecum trahit?

Monachorum ea erat curioſitas, & importuna diligentia, vt omnia confunderent ac perturbarent.

Inſueta omnia grauia ſunt.

Prudentiores ſacerdotes Arſenij importunitatem vindictam eſſe diuinam agnoſcebant: nec alios iudicabant, ſed toto animo in ſemetipſos conuerſo, qui & quales ipſi eſſent, accuratè conſiderabant.

Conſtantinus Porphyrogenitus vlta 6 0 n 0 0. aureorum reditum habuit: & vxoris impulſu Conſtantinum Maurozomen per ſummam contumeliam verberibus affecit, quòd amaſia eius, vxorem ipſius non ſatis honorificè tractaſſe videretur. Nec multò pòſt, ob affectati regni ſuſpicionem, publicatis omnibus bonis, à fratre Andronico Imperatore captus, in cauea circunducitur.

Quicquid ad curationem nephriridis adhibebatur, morbum adeò non leuabat, vt etiam exaſperaret.

Omnis ſplendor, vnius horę momento in ludibrium conuerſus.

Vt medici non eſt pœnam irrogare, ſed ſanare: ita pontificem non punire, ſed curare delinquentes decet.

*Patriarchæ titulus.*

*Θειότατος ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως, νέας ῥώμης, καὶ οἰκουμενικὸς πατριάρχης.*

Verecundia & religio non ſinunt.

Brumã ver ſequitur, & tempeſtatem exoptata nautis tranquillitas.

Lazarus quidam monachus prædicit fore, vt Coſmas nomen mutaret, atq; factum eſt, ne is in patriarchatu decederet.

Barbarus quidam ſe Lachanam pridem à Noga interfectum profeſſus, maxima ſtudia agreſtis turbæ habuit: adeò vt Andronicus veritus ne Imperium inuaderet, eum reuocare, & in cuſtodiam dare cogeretur.

Fit aliquando, vt ea quæ medici ægrotantibus pernicioſa iudicant, ex vehementi deſiderio & appetitu ſalutaria ſiur, natura contra morbum confirmata.

Andronici Imperatoris ſumma temperantia, ſumma laborum, inediæ, vigiliæ tolerantia. Nam cũ optima corporis habitudo & firmitas cum animi cõſtantia coniungeretur, atq; altera alteri quaſi mutuas operas traderet: perfectio quædam virtutis inde cõſecuta eſt.

## E LIBRO IX.

Michael Palæologus Andronici filius, die Conſtantini Magni coronatur.

*ἐπιῤῥίπτειν εἰωθότας ἀνθοδέσμους*, faſciculos oderatorum florum ſpargi ſolitos conijcio.

Patriarcha & pontifices noluerunt diris obſtringere eos qui Imperatori bellum aut ſeditionem conc itaturi eſſent, ſatis enim eſſe graues legum humanarum pœnas, etiam ſine Eccleſiaſtica cenſura.

Imperator iurat, ſe ſua voluntate neminem extremo ſupplicio affectum, nec grauiores delicto pœnas exactum.

Lucri cupiditate cæci, tutis rationibus neglectis, in pericula ruunt.

Muliebris natura minimè apta bello.

Parère neceſsitati, magna præſertim cum vtilitate.

Milites ſe in perpetuis ærumnis & periculis verſari, aulicos verò proceres in ocio, delicijs & volupta-

voluptatibus circumfluere ægrè ferétes, Alexio Philanthropeno autores ſunt regni affectandi, cuius liberalitate iuſta ſibi præmia ſolutum iri ſperarent.

Deo aduerſante, is qui tardus habetur, vel celerrimum anteuertit: irritæq; ſunt vires omnes, ſine prudentia.

Chorth ces Cretenſiũ dux, Philãthropeni proditor a Libadario edoctus, apud Andronicũ defectionem ſuam ſic excuſat: ſe & ſuos vi coactos ceſsiſſe temporibus, cùm aduerſari non poſſent, nec tantã multitudinem ad res nouandas incitatam ab inſtituto reuocare.

Philanthropeni magni ſpiritus, cùm in Libadarij manus veniſſet, quem ſummè deſpexerat, prorſus euaneſcunt.

Singulari iuuandæ reipublicæ ſtudio ipſa fundamenta ſeditionum reuellere, & impendente metu ciues liberare inſtituit.

Philanthropenus reipſa expertus, munera virtutis fortunæ ludibrium eſſe facta, Iudæis excæcandus traditur.

Nuncius ira metu miſta acceptus.

Maletum demum nunciata, cùm iam propulſata eſſent.

Andronicus Dei genetrici, poſt Deũ, & regnum & Eccleſiam commendat.

Genuenſes & Veneti, ſiue mari ſiue terra alteri alteris occurrerent, inuicem ſeſe mactabant.

Philanthropeni excæcationem maximus terræ motus eſt cõſecutus. Andronicus verò decretis ſupplicationibus nec vlla re prætermiſſa, qua placari poſſe numen videretur, populum prolixa oratione ad mores emendandos, & deteſtanda prioris vitæ facinora cohortatus, de emendandis iudicijs magna ſeueritate, aurea etiam bulla edita, egit. Sed vt Muſicorum chordæ paulatim laxantur: ita nec hæc ſeueritas, paris & æquabilis iuris, ſine potentiæ & inopiæ reſpectu, diuturna fuit.

Poſt longam defenſionem nihil aliud conſecuti ſunt, niſi vt malè, ac præter æquũ & bonum egiſſe viderentur.

Crera ſub Andronico Palæologo ſeniore Venetæ ditionis fuit.

Maximus Planudes monachus, Andronici nomine legatus Aquileiam iuit, ob Venetos à Galatæ incolis Byzantij violenter oppreſſos & mactatos.

Beneuolentia præſtat violentiæ: πειθὼ κρείττων βίας.

Prudentis medici eſt, morbum qui ſectionem poſtulet, ſecare: tumore autem ſedato, lenientia medicamenta adhibere, nec vllo modo committere vt latius ſerpat malum.

Conſcientiæ curatio vel in primis neceſſaria.

Inſignis eſt prudentiæ, quod non facere nõ poſſis, id facere vt libenter feciſſe videaris.

Quidam cùm inter alia imprudens effutijſſet, dæmones etiam Chriſtianorum eſſe fratres, idq; neſcio quo Scripturæ dicto probare conatus eſſet: ab alijs pro blaſphemo exagitatus, ab alijs pro nugatore deriſus eſt.

Rationi potius quàm iracundiæ parendum.

Ioannes Tarchaniotes cum imperio in Orientem miſſus, quamuis bene rem gereret, Ioannis patriarchæ ob religionem, & procerum aulicorum propter affectati regni ſuſpicionem calumnijs eſt exagitatus.

Nogas Scytha à Cazane Orientalis Scytharum duce, qui à Chalco & Agapa oriundus fuit, cum maximis copijs aduerſus Septentrionales Perſas miſſus, re benè geſta, regnum ſibi vendicat: ſenex tãdem à Crati Scytharũ principe in acie cæditur. Eius verò filius Tzacas, dum Bulgariæ regnum ſibi vendicare ſtudet, inſidijs Spentiſthlabi, cuius ſororem in matrimonio habebat, in carcerem coniectus, Iudæorum miniſterio ſtrangulatur.

Terteres Bulgarus Nogæ metu Adrianopolim relicto regno profugit.

Spheotiſthlabus Bulgarus Ioachimum patriarcham proditionis ſuſpectum præcipitat.

Crais Scytha Mariam Andronici notham filiam ſocero remittit, ne Venere, bello gerendo occupatus, eneruaretur: eandemq;, deletis Nogæ reliquijs, repetit.

Tantus imber, vt terra excauata ſementes, vites & arbores extirparentur, & glaucus natura maris color turbaretur, & varius pro terrarũ per quas torrentes decurrebãt varietate [illegible] deretur.

Becus peregrè in carcere mortuus, nulla pompa ſepelitur.

Gottanitzes latro captus, ſupplicij metu fit monachus: ſimulataque ad tempus religione, per occaſionem ad Seruiæ Cralem elapſus, fit dux copiarum: ab eoq; tandem Andronico propter Simonidis coniugium captiuus redditur.

Eudocia Lazorum ſiue Colchorum regina, marito etiam defuncto coniugij fidem vt ſeruaret omnes nuptias repudiauit.

Simonis Andronici belliſsima filiola, immatura ætate Seruiæ Crali deſponſa, neceſſariò magis quàm bona cum gratia. Eſt autem appellata Simonis, quòd cum plures puellæ Andronico morerentur, à muliere quadam edoctus, 12. Apoſtolorum 12. imagines cæreas viri magnitudine ſtatuit, atq; ordine accẽdit ſub tempus partus: qui cum in tempus quo ſtatua Simonis ardebat incidiſſet, puella Simonis eſt appellata.

Hyems tam ſæua, vt humiliorum ædium fores niuibus obſtruerentur, & ad vernũ vſq; propè tempus ſuperindurata nive pedibus tutò, equis verò non item, ambularetur.

## E LIBRO X.

CVm multa ſint quæ coniugio Cralis & Simonidis obſtent, res diligentius expendenda eſt: & quod, reuerentia legum incolumi, tutiſsimum videbitur, agendum.

Rem ſuo more extrahendo, à vulpina calliditate non recedabant.

Obſides in medio flumine Bardario permutantur.

Non

Nō literis aut verbis, ſed ipſo vultu perſuadere.

Ioannes patriarcha (pridem Coſmas) reprehendit Cralis & Simonidia coniugium, reprehendit Androni exactiones, ſeq; contemni queritur.

Andronicus reſpondet: Regias affinitates ſæpè ſeruire temporibus: exactiones autem, tot bellis vndique ingruentibus, omninò reipublicæ eſſe neceſſarias.

Neq; verò confundenda eſſe ea quæ patriarcha ex officio à ſe poſtulet, cum iis quæ in ſuam gratiam fieri vellet, &c.

De oſtenria alij aliter, pro ſua quiſq; intelligentia iudicant.

Alani 16000. ſe Andronicum contulerūt, quorum ſemiſsis fortiſsimos Nogæ milites continebat.

Sed hi pro hoſtibus eos tractabant, quibus auxilio eſſe debebant.

Alani eueſtigiò cum hoſte congrediuntur: pugnaq; defuncti & rebus conſtitutis, quieti & ocio ſeſe dant, ac genio indulgent.

Alexius Raul magnus Domeſticus, ab Alanis in ludicro certamine ex inſidijs ſagitta ictus, occiditur.

Melecus Azatinis filius, Amuriū & Aſtrarium [illegible]cea crudeliter interficit (ſignum autē [illegible] dedit ſuis, vibrato calice) & ab Hali Amurij filio necem patris vlciſcente, in prælio occiditur, fatis ferocia ſua irritatis.

Is rerū erat ſtatus, vt facilè intelligeretur, quemadmodum clades diuinitùs immitterentur: ita etiam eaſdem non niſi placato numine propulſari poſſe.

Imperatorem mendacij arguere, & inſidioſæ ac ſycophanticæ adminiſtrationis rerum illarum accuſare, vtiq; non licebat.

*Initium reſignationis patriarchæ.*

*Διαπεπτά με ἄγει βασιλεῦ καὶ ὑμεῖς διαπεπτά με ἄγετε αἰχμάς.*

Inexhauſto diuitiæ miſericordiæ pelago fretus, ſuauiter ætatem omnem dego.

Andronicus fruſtrà cum Solymam pace affinitatem contrahit, propter Perſarum πολυαρχίαν, qui ſibi duces eligebant, quorum ductu & auſpicijs diuite præda locupletarentur: ſtatimq; illos, adempta lucri ſpe, quæ non niſi è bellis perpetuis erat, deferebant.

Eccleſiaſticæ diſſenſiones, quin Romanum imperium perturbent, non poſſe fieri.

Iuſiurandum neceſſitatem ineuitabilem affert.

Ea erat Ioannis patriarchę pietas & ſimplicitas, vt non dubitaretur, eum de controuerſia id dictuium eſſe teſtimonium, quod omnibus probationibus eſſet præferendum.

Athanaſius patriarcha monuit Andronicum, vt ſupplicationes indiceret pro deprecāda peſtilentia, fame, terræmotu, inundatione.

Ita ſentiebant, ſi numen vllum vinculis carnis adhuc conſtrictū ſua gratia dignaretur, monachum ea vel in primis dignaturum eſſe.

Athanaſij prædictionem alij vel maligni ſpiritus inſpirationi, Dei gloriam ſibi vendicantis, vel mathematicis diſciplinis tribuebant.

In perſonam ignotam omnes ſuſpiciones conuenire poſſunt.

E LIBRO XI.

Potentiores ad iniuriam propenſi, populo ſuperbè inſultant.

Qui calami[illegible]oſorum vicem [illegible]o doleret: eundem etiam illis, quos [illegible] ex animo laturum eſſe opem.

Melites diaconus ex ambitione & [illegible] ſtentandi ſtudio, contracto ære [illegible]ieno, [illegible]m ſoluendo non eſſet, nec vllum receptum [illegible]beret, abijt ac ſuſpendit ſe.

Continentes calamitatum nuncij ne deliberandi quidem ſpacium Andronico præbuerunt.

Niphon, vir ſtrenuus & prudens, non tam diuinis quàm humanis in rebus verſatus.

Michael Andronici filius è deſperato morbo, ſancto oleo *ἐκ τῆ φωταγωγῆ* recreatur.

Rhodus, Alexandria, Peloponeſi & Cretæ loca pleraq; terræmotu conciderunt.

Ronzerius & Pharenza Tzyme 8000. Catelanorum & Amagabarorum, qui ab Auarum ſtirpe orti putantur, ſecum adduxerunt.

Ronzerius vir ętate iuuenis, toruo vultu, in exequendo deſtinata velox, in agēdo vehemens, euerſa Ptolemaide, monaſterio relicto, piraticam exercuit.

Diuinorum conſiliorum arcana via eſt, captúmque ſuperat humani ingenij.

Philanthropenus dapifer, vir nobilis, ætate, prudētia, rei militaris vſu ornatiſsimus, cum Magneſiæ excubias ageret, ſæpè intempeſta nocte facem ardentem caſtellum circuire ſe vidiſſe teſtatus eſt. At præfecti caſtelli filius ab incunabilis mutus, ſubitò loqui cœpit: ſeque non facem, ſed virum regio habitu inſignem vidiſſe affirmauit, qui illas excubias floccifaceret, ſeq; excubiarum præfectum eſſe affirmaret iuberetq;, vt vigiles attētiſsimi eſſent, & ſaluti caſtelli conſulerent. Is, clemens Imperator Ioannes Ducas eſt habitus.

Contumacia Barbarica cum rebus ad voluntatem fluentibus coniuncta.

Andronicus omnes calamitates ſoli iræ diuinæ acceptas tulit.

Catelani binas & ternas vncias auri mēſe quolibet accipiebant: Alani vix ſingulas, vnde pugna inter eos orta, & complures occiſi.

Coſtantinus Porphyrogenitus poſt diuturnum carcerem ſorte è Synanche moritur.

Tripolis caſtellum prope Philadelphiā ad Mæandrum ſitum, à Perſis perſpeciem frumenti emendi occupatur.

Ioannes Cherobolcus Mazocatus Bulgarus, facta manu Perſas infeſtat: ſed tandem circumuentus occiditur.

S. Theodoſiæ miraculo quidam mutus loqui incipit.

E XII. LIBRO.

Catzane Orientaliū Scytharum duce mortuo, vna ſpes omnis Byzantini imperij mortua eſt.

Crux Chriſtianorum trophæum, multa contra Sultanum Arabum potuit.
Catzanes bonum & ſanctum principem, Dei ſimulachrum iudicabat.
Solus [illegible] veſtras illuſtrare cōſcientias, cùm homines [illegible] diuinæ quidem vitæ inſtituto, ſed in [illegible] periculo cō[illegible], ne à Deo te[illegible].
Nulla in re [illegible]
Alius [illegible] ſanctos pontifices [illegible] etamus.
Vnum quærimus rectu[illegible] ſtatum.
Cuboclaſio monacho cadauer poſt aliquot à morte annos integrum, ſanctitatis opinionem peperit.
Cum magna ſpe ad magnum Imperatorē profectum, non eſſe par, expectatione minora [illegible]ſequi.
[illegible] de rebus: & quod ex vſu eſ[illegible]
[illegible] Oriente reditus habuit, magnos potius in eas prouincias ſumptus [illegible]cit.
[illegible] Ioanne Duca, nummi bes auro puro [illegible] conſtabat: ſub Andronico ſemiſsis, vete[illegible] ſignis mutatis.
[illegible]teus baculus deauratus dignitatis inſi[illegible]

*Auxiliorum iuſiurandum.*

[illegible]toris amicos in am[illegible] [illegible] habebimus.
[illegible] Ronzerij copias millies mille su[illegible]
[illegible] χρυσοῦς περιπεμάτων.

Grauitatem & faſtum præ ſe ferebat: & ſi quid grauius cōmiſſum afferebatur, ſpecioſis excuſationibus crimen eludebat.
Iniuria neceſſariò propulſanda, & ſalutis noſtræ defenſio ſuſcipiēda.
Eccleſia malè habebat, cùm eius proceres pauperes, & nullo in honore eſſent.
Athanaſius erat inexorabilis, immiſericors, ad menſam ſuam admittebat neminem, ad diuinam tuta reſerebat omnia, quibus ne exercitati [illegible] quidem in rebus diuinis vtebantur.
Ronzerius ab Alano Georgio, cuius filium occiderat, per inſidias interficitur, cuius cæde cōperta Catelani Calliupoli nulli ætati, nulli ſexui parcunt, infantes palis ſuffigunt.
Regnum animæ inſtar eſt.
Diuina indignatio peccata [illegible] vlciſcitur.
Seditio [illegible] maximum [illegible]um.
Peſsima [illegible] eſt, qua [illegible] ipſe ſeſe decipit.
Mala re[illegible] omnia di[illegible] uinæ prouid[illegible] terræ in rebus quaſi firmi aliquid hab[illegible] inhiatur, vnde peccatorum examina ſcatent.
Ciuitatis aut prouinciæ totius cum[illegible] poteſt, preces non ſunt negligendæ.

[illegible] LIBRI XIII FRAGM[illegible]

A Nno imperij An[illegible] Michaelis [illegible] Romani [illegible] ent[illegible] [illegible]nt.
Drimys qu[illegible]

# LAONICI CHALCOCONDYLAE ATHENIENSIS HISTORIARVM DE ORIGINE AC REBVS GESTIS TVRCORVM,

[illegible] IVS.

ONR[illegible] D TIGV [illegible] E[illegible] interpre[illegible].

*Autoris intentio & fides.*

LAONICVS Athenienſis, qoi viſu, quæque auditu percepit, cùm adhuc in viuis foret, literarũ monumeotis mandare ſtatuit: partim quidẽ vt naturę gratiam debitã referret, partim verò quòd otaret oihil ooo illorum memorabile viſum iri [illegible]ſteris. Complectitur enim hoc opus (vt mea [illegible] opinio) res geſtas fama nequaquam minores illis, quæ vnquam in vniuerſo iſtõ terrarum orbe contigiſſe memorantur. Duo autem coutioet: Græcorum regni interitum, & quæ mala in ipſum redundatunt: nec non Turcos, qui breui in tantas creuerunt opes, vt opibus & potentia mortales omnes qui vnquam fuere, longo ioteruallo infra ſe relinquant. Qui quamuis nunc rerum potiantur, & præſentia vitæ felicitatem conturbent, & in diuerſum abripiaot: tamen cenſeo fore (vt & meum calculũ adijcaim) tempos, qno res ipſorum in cootrariũ vergant. De vtriſq; tamen Gręcis pariter & Turcis, hiſtoriam contexere, noo arbitror iucundum fote. Hiſtoriã autẽ iſtã conſcribentes, ſaciemus mentionem & aliorum quæ io orbe acciderunt: nec tantũ meo tempore, vt qoibus interfuerim oculatus teſtis. Cętera verò, non ſecutus veriſimiles coniecturas, nec vt acceperim ab his qui magis ſapere videbaotur, tradam: verùm, vt hiſtoriæ ſeries rutò feratur, ea adducam, quæ quàm proximè ad veritatem acceſſerint. Nec nobis vitio vertatur, quòd Græca lingua operi iſti adhibetur. Siquidem ea hodie per totum quaſi orbem eſt diſperſa, & nationibus omnibus ferè immixta conſpicitur: cuius gloria cùm ſit excellens, excellentior tamen accedet, quando regno alicubi haud contemnendo præfuerit rex Græcus, & qui ex eo naſcentur, reges: aut quando Græcorum filij in vnum collecti, patrio more reſpnblicas ſibi quàm iucundiſsimè adminiſtrauerint, reliquis verò quàm poteotiſsimè imperauerint. Græci quidem præclaria faciooribus editis quo pacto ingentem ſibi pepererint gloriam, & qoemadmodum inter cætera etiam in Europam, Libyamq; venerint, Gangen Oceanumque adierint, cùm ad iſta loca proceſſerint alij plurimi, quos inter Hercules, & ante hunc Bacchus Semeles filius, præterea Lacedæmonij & Athenienſes, poſtea Macedonũ rex, eiuſq; ſucceſſores, &c. quo ordine ſingula hæc geſta ſunt, plurimi annalibus condiderunt. Græci autem præcipuè hunc laborẽ ſibi delegerunt, quia præ cæteris tempore loogiore durarunt, fortunamq; virtute, vacuam nunquam tamen moderatam, plurimis generationibus obtinuerunt.

*H[illegible] b[illegible]ſatas.*

*Græcæ linguæ celebritas.*

*Græcorũ res.*

His præterea per totum orbem proſpero rerum ſucceſſu vtentibus, comperio Aſsyrios, gentem antiquiſsimam, memoriam ſui facientes longiſſimam, Aſiæ imperium occupaſſe. Dein Medos ad Aſię imperiũ ſubuectos, duce Barbare (quem Iuſtinus Arbactum & Arbaceo vocat) Sardanapalum Aſſyriorũ regem regno deturbantes. ſed Aſiæ monarchiam tandem amiſerũt, victi à Cyro Perſarum rege. At hinc Perſarum reges adeò in immenſum aucti ſuot, vt etiam in Europam traiecerint. Deinde haud multis ſeculis pòſt Alexander Macedonum rex, erepta Perſis Aſiæ monarchia, Indis deuictis, Europæ Aſiæq; parte haud pœnitenda debellata, ſuis reliquit imperium. Exinde Romani, cùm eſſent nacti imperium in orbe longè lateq; maximum, tenentes fortunam virtuti æquilibrem, commiſerunt Romam Pontifici maximo. Ipſi verò ductu Cæſaris tranſierunt in Thraciam: & in ea regione, vbi Aſiæ proxima eſt, Byzantiũ vrbem Græcam, (quæ nunc Conſtantinopolis eſt) Thraciæ metropolim conſtituentes, cum Perſis, à quibus grauiſsimè adfligebantur, plurima prælia fecerunt. Græci autẽ ex eo tempore Romanis commixti, cùm his aliquantò plures numero eſſent, linguam ſuam patrioſq; mores ad finem vſque conſtanter retinuerunt, oec tamen patrium noman ipſis remanſit, verùm mutatum eſt. Nam Byzantij reges non amplius iſtud nomen geſtauerũt, ſed magna cum veneratioue ſe ipſos Romanos Imperatores, & Cæſares, nec Gręcorum reges nuncupauerunt. Romanos quidem accepimus, & ipſorum Pontificem maximum, cum longo tempore concertaſſent cum Græcia, in Chriſtianæ religionis quibuſdam articulis, tandem à Græcis deſciſſe. Romanum autem Cæſarem nunc è Gallis, nunc è Germanis eligentes, legatos, nullam prorſus occaſionem omittentes, miſerunt ad Græcos: vt conuenientes in vnum, conciliumq; concelebrantes cõcordiam, quantum ad Chriſtianam religionem attioet, inter ſeſe conglutinareot. At Græci noluerunt, cum plurimis annis aduerſus Romanos cõtentiones mouiſſent, patriũ religionis ſuæ cultum perturbari. Hac diſsidij cauſa permoti Occidentaliũ plurimi, adiunctis etiam Venetis, Pon-

*Aſſyriorũ imperiũ.*

*Medorũ.*

*Perſarum.*

*Macedonum.*

*Romanorum.*

*Conſtantinus imperiũ ad Græcos transfert.*

*Ann. 33[illegible].*

*Schiſma Latinorũ & Græcorũ 870.*

tifice maximo ſic inſtigante, decreuerunt claſſe maximè magna proficiſci aduerſus Græcos, Appellentes igitur Byzantium vrbem, eam vi ceperunt. Rex autem Byzantius cum Græcorum optimatibus fugam iniens, cõtulit ſe in Aſiam. Quò cùm veniſſent, elegere Niceam vrbem Græcam, eamq́; regni ſedem declararunt. Cùm autem intercepiſſent pauci, Byzantiũ recuperarunt, cùm qua maximè occu... in eam ſe rece... ſent. Reuerſi igitur Byzantiu... ... gubernacula diu tenuerunt. Tandem Græcorũ rex Ioannes intelligens Græcorum res in ſummo periculo, quaſi inter malleum & incudem, verſari, adſumptis Byzantij Epiſcopis, necnon Græcorum doctis, conſcendit nauem, & in Italiam profectus eſt: exiſtimãs, ſi cõueniſſent cum Romanis in negocio religionis, ſe hos auxiliares habiturum ad bellũ iam haud dubiè à Turcis imminens. Cùm autem ad colloquium veniſſet cum pontifice Rom. Eugenio tum quarto, ſuper religionis cõtrouerſia, diſputatio cum magna altercatione vtrinq; exorta eſt. Poſtremò eò res deducta eſt, vt Græci pariter & Romani in religionis negocio conſentirent, diſcordiaq́; omnis quàm longiſsimè ſubmoueretur. Rex igitur Græcorũ auxilij a Romanis aliquantulum nactus, domum rediit. Græci reuerſi Byzantium, acta edocent eos qui domi mãſerant: qui quidem noluerunt ſtare his quæ acta erant in Italiæ ſynodis, putantes, ſibi neutiquam fas eſſe, conſenſum præſtare Romanis nefaria aſſentibus. Hinc perpetuò diſcordiã fuiſſe Græcos in negocio religionis aduerſus Romanos conſtat. Hæc quidem bactenus, quantum præſenti hiſtoriæ conducere videtur, de Græcorum regno, & continua horum diſſenſione aduerſus Romanos, dixiſſe ſufficiat. Itaque tum ipſorum regnom, tum nomen non rectè appellatum eſt. Ego igitur cùm aſtrigiſſem hæc tempora, animaduerti Græcos, horumq́; regnom primò ſub Thracibus extitiſſe: poſtea reliquo regno à Barbaris exutos, parum quoddam regnum gubernaſſe, videlicet Byzantium: Byzantijq́; maritimam regionem inferiorem, Heracleam vrbem vſque: & iuxta Euxinum Pontum maritimam regionem ſuperiorem, vſque ad vrbem Meſembriam: præterea Peloponneſum omnem, extra tres aut quatuor Venetorum vrbes: adhæc Lemnum & Imbrom, inſulaſque ibi in mari Ægeo ſitas. Vt autem ſingula hæc contigerint, vt Græcorum res paulatim interierint à Turcis acciſæ, vt Turcorum res vſque incrementum ſumpſerint, vt iidem ad maximam peruenerint fœlicitatem vſque ad præſens tempus ſingula hæc explicabimus, quàm exactiſsimè & veriſsimè audiuimus.

*Latini occupant imperiũ Conſtantinopolitanũ 1200. Græci recuperant 1255.*

*Ioanni Paleologo 1438.*

*Græcorũ inclinatio, & Turcorum ſucceſſio.*

Turcos ego neſcio quodnã antiquitus nomen tenuiſſe dicam, ne à verò aberrare videar. Quidam putant eos à Scythis, quos Tartaros nominant, originem trahere: non malam ſequuti coniecturam, videlicet quòd moribus haud multum inter ſe differant, linguaque vtantur etiãmnum nec multum diſsimili. Aiunt enim, Scythas ſe prenſis vicibus à Tanai progreſſos, Aſiam ſuperiorẽ deuaſtaſſe, Parthis ea tempeſtate rerum ſumma potientibus: necnon Perſarum, Medorum, Aſſyriorũq́; regiones tenentibus. Hinc peragrata quoque inferiore Aſia, Phrygiam, Lydiam, & Cappadociam ſuo imperio ſubiecisse. Etiam nunc videre eſt, vt fertur plu... generis homines vbique per Aſiam ... & victus ratione referentes ... ſtores ſiue armen... ... nuſquam in Aſia certas & fixas h... ...tes ſedes. Illi & alia coniectura ducuntur, qua confirmare nituntur. Turcos Scytharum eſſe progeniem, quòd inferioris Aſiæ regionem gentes Turcorũ barbaræ incolant, Lydiam, Cariam, Phrygiam & Cappadociam, qui lingua & reliquo quotidiano vitæ vſu nihil diſcriminis habere cognoſcuntur à Scythis agentibus in ea regione, quę inter Tanaim & Sarmatiam excurrit. Sunt qui exiſtimãt, Turcos à Parthorum progenie deſcendere. Hos enim, cùm perſecutionem hoſtilem à Scythis vagis, qui Nomades dicuntur à permutandis pabulis, paterentur, in inferiora Aſiæ regionem contendiſſe conſtat. Cumq́; & ipſi vagi incertis ſedibus mapalia ſua plauſtris circumferentes, eò loci verſarentur, per eas vrbes eſſe diſſeminatos tandem apparet. Exinde iſtud hominum genus contigit Turcos, quaſi Nomades, vocitari. Alij ex Turca, Perſarum vrbe magna & opulenta, hoc hominum genus progreſſum eſſe, tradũt: & hinc profectos, Aſiæ inferioris regionem tãdem in ſuam ditionem redegiſſe totam perhibent. Sunt quibus magis placet, Turcos ex Cœleſyria & Arabia, nec ex Scythia, in iſtam regionem, habentes ſecum legiſlatorem Homarẽ ſiue Omarem, delatos eſſe, Aſiæq́; imperium tandem obtinuiſſe, viuentes inſtar Nomadum. An autem commemoratæ ſententiæ ſingulæ veritatem complectantur, aut cui earũ quis accedere tutò auſit, nequeo quàm tutiſsimè & veriſsimè pronunciare. Mihi tamen probabilius videtur, aſſenſum præſtare illis, qui Turcorum originem in Scythas referunt: cui manifeſtum ſit, Scythis, qui adhuc hodie in Europa Orientem verſus ætatẽ agunt, optimè cõuenire cum Turcis in foro, emporijs, & commercijs. Victus & reliquus vitæ vſus etiãmnum vtriſque par eſt: quia Scythæ vniuerſæ imperitarunt Aſiæ. Idem etiam inſinuat nomen Turcorum. ſignificat enim hominem, qui agreſtiorem victus rationem ſequitur inſtar Nomadum, & maximam vitæ partem in eo conſumit. Genus hoc Turcorum cùm eſſet magnum, & in immenſum auctum, compertum habeo in partes ſiue tribus quaſdam eſſe diuiſum: inter quas fuiſſe tribum * Oguziorum, hominum genus nec malum, nec imbelle. Ex his natus eſt * Duzalpes, vir æqui iuſtiq́; ſtudioſiſsimus, Oguziorum dux. Hunc accipio ob fortitudinem ſuam plurimum eſſe laudatum: tantæq́; fuiſſe iuſtitiæ (Oguzij namq; ita dicebat) vt litigantes ipſum eligerent arbitrum in re quálibet: ſententiamq́;, quam ferebat, vtraq; pars læta accipiebat. Hanc viri æquitatem deprehendentes Oguzij, impetrarunt, precibus fatigantes regionis

*Turcorũ origo.*

*Scytharũ vas. eru...*

*...ptiones in Aſiam.*

*Nom...*

*...ar legiſlator.*

*Turci etymon.*

*Al. Agutiorum.*

*Al. Indizalpes.*

nis iſtius regem, (qui tum erat Alsdines nomi-
ne) vt eum acciperent ſibi iudicẽ, quod vbi con-
tigit, ſemetipſos tradiderunt Duzalpi, vt ſecum
ageret, ſecundũ quod exiſtimaret res Oguzio-
rum optimè habituras. Deinde cùm filius huius
nomine Oguzalpes, (qui & Aguzalpes) imperi-
um Oguziorum tribus ſibi vendicaſſet, ad tyran
nidẽ adſpirauit, armaq; infeſta Græcis infeten-
do, breui in Aſia ad maximam claritatem acceſ-
Al. Orthogoules, qui apud Ioniam Zach vocatur. ſit. Præterea † Orthogules Oguzalpis filius, cũ
manu eſſet promptiſsimus, armis multos popu
los laceſſens, gloriam magnam vbiq; adeptus
eſt. Claſſem quoq; patauit: qua fretus, hoſtili a-
nimo nauigauit ad inſulas in Ægeo è regione
Aſiæ Europæq; ſitas. Etiam Europam popula-
tus eſt. hinc nauibus in flumen Tænarum iuxta
1298. Ænum vrbem deductis, ad multã fluminis par-
tem proceſsit. Ferunt hunc & in alijs locis irru-
piſſe in Europam. Tandem ingreſſus Pelopon-
neſum Eubœam, & Atticam, fecit cladem ma-
ximã, regionibus deuaſtatis: reuerſuſq; domũ,
præda, mancipijſque oneratus, maximas hinc
ſibi conflauit opes. Aiunt, Orthugulem hunc in
Aſia morantem, prædas ex finitimis gentibus
egiſſe: rebuſq; pulchrè ſuccedentibus, exercitũ
conſcripſiſſe. Exercitu igitur ſatis valido muni-
tus finitimos Græcos domuit: reliquos depræ-
datus eſt. & cum alij metu perculſi imperium
acciperent, breui ſuis maximarum opum actor
fuit. Deinde cùm quotidie Nomades plurimi
ad ipſum confluerent, & in belli ſocietatem ad-
uerſus finitimos admitterentur, tandẽ mirum
in modum imperij ſui pomœria promouerunt.
Saladinus Syriæ rex. Propter res fortiter geſtas etiam Aladinæ cha-
rus acceptuſq; erat. Sunt qui literarum monu-
mentis ſcriptum reliquere, Oguziorum tribum
auſpicijs ductuq; Orthogulis loca iuxta Tau-
rum munita occupaſſe: & hinc armis inſtructos
procurrentes, finitimam regionem ſubiugaſſe:
Græcos eius regionis accolas deuiciſſe, ſuoque
imperio maxima adieciſſe incrementa. Quæ au
tem horum ab initio fuerit conditio, adhæc, ve-
ráne ſint an falſa quæ de ipſis modò expoſui-
mus, non facilè affirmare auſim: quamuis pluri-
mi ſcriptores ea commemorarint. Proinde cùm
ea hactenus ab origine repetierim, nunc ampli-
Otomanidum familia. us de his verba facere ſuperſedeo. Quantum ve-
rò attinet ad Otomanidas, ex familia Oguzio-
rum ortos, vt ad clariſsimum hoc imperiũ euaſ-
ſerint, nunc explanare inſtituto. Vicus eſt iuxta
Myſiam, quem Sogutam incolæ vocant, vbi eſt
& fluuius eiuſdem nominis. Vicus ille rerũ om-
nium adfluentia pollet, remotus à mari Euxino
ducentis quinquaginta ſtadijs. poteſt idem lo-
Otomanus rex 1. circiter annũ 1300. cus Itæenicus nominari. In hanc regionem cum
Oguzij penetraſſent, ibi aliquantò tempore ha-
bitarunt. Otomanus autem, Orthogulis filius,
initio non admodum ſecundis agebatur fortu-
næ flatibus. Proinde cùm eſſet animo liberali &
forti præditus, animos eorum qui in vico age-
bant, opibus ſibi conciliat, breuiq; ſibi deuotiſ-
ſimos habuit. Hinc cum odijs certarent conti-
nuis aduerſus Græcos, omnium aſſenſu Impe
rator declaratus eſt. Bello itaq; adortus Græcos

qui in ea regione habitabant, non prius prælio
exceſsit, quàm cùm omnes aut cæcidiſſet, aut
fugaſſet. Hinc proſperè ſuccedentibus rebus, vi-
ctorias plurimas Græcis extorſit. Cùm autẽ fa-
ma nominis ſui regiones plurimas impleuiſſet,
etiam apud Alsdinã maxima gloria viguit, crea
tus ab ipſo dux, cùm vndiq; præclaris editis fa-
cinoribus res fortiter geſsiſſet. Defuncto rege
Aladiua, diſcordia inter regni optimates exor-
ta eſt. Orthogules adhibitus in colloquiũ, cùm
multũ temporis deliberando eſſet abſumptum
tandem icto fœdere promiſit, ſe ipſis & ſocium
auxiliarem fore, quocunq; in militiam profici-
ſcantur: hac tamen conditione, vt quaſcunq; re-
giones, coniunctis copijs, ſuo imperio adiun-
xerint, eas inter ſeſe partiri velint. Cùm igitur,
vt fœdere tenebatur, cõmuni cõſenſu viribuſq;
communibus bella aggrederentur, tanta ipſius
inter omnes virtus emicuit, vt breui plurimas
opes acquireret, regnumq; ſibi pararet haud a-
ſpernandum. Hi autem cùm forent duces nu- Turcorũ duces vii.
mero ſeptem initiò regionẽ, quam tum armis
ſubiecerant, inter ſeſe diuiſerũt: poſtea partitio-
nem ſorti cõmittẽtes, Caramano obtigiſſe me-
diterraneam Phrygiæ, Ciliciam vſq;, & Philadel
phiam. Sarchani ſors addixit maritimam Ioniæ
regionem, qua Smyrnam vſq; patet. Lydia vſq;
ad Myſiam obuenit Calami, & filio ſuo Caraſi.
Bithyniam autem cum his regionibus quæ O-
lympum reſpiciunt, nactus eſt Otomanus cum
Tecie. Paphlagoniam cum his regionibus quæ
vergunt ad Euxinum põtũ, acceperunt Amuræ
filij, ſic forte partitionem regente. Cermianum
dicunt non fuiſſe de numero ſeptem illorũ du-
cum, verũ imperaſſe Conio * Catiæ vrbi, in qua * Iconium olim, nunc Congium.
regia erat: tandem ſuo deturbatum regno, abijſ-
ſe in Ioniam: ſectatuſq; ibi vitam priuatã, quie-
tam amplexus eſt. An ſeptem illi duces adiun-
ctis copijs, aut ſinguli per ſe, regiones iſtas ſub-
iecerint. præterea vt alius in alterius ſucceſſerit
opes & regnum, non referre arbitror curioſius
deſcribere. Illud autem certum eſt, reges Oto-
manidarum Soguthem vicum multum hono-
raſſe, cum eo frequenter accederent, reddentes
vici incolis ſolemnia munera. Accepi prætetea,
Otomanum Orthogulis filiũ primum generis
huius ex iſto vico oriundũ extitiſſe: qui inde pro-
fectus, vrbes Aſiæ cepit: & Pruſam Myſiæ vrbem Pruſa,
opibus florentem, ſame expugnatam, regni ſe- Turcorũ
dem conſtituit. Poſtremò operibus multis for- regia ſe-
titer & ſplendidè peractis, relinquens liberos & des.
regnum illuſtre, naturæ debitum exoluit Pruſæ.
Hic primus iſtius generis, optimè quæ ad regni
ſalutem attinent, diſpoſuit. Et vt regnum ſibi fa-
ceret quàm maximè firmum & oportunum ſa-
tellites allegit, quos Regis * Ianuas ſiue portas Regis Ianuæ, cuſtodes corporis, Ianizari.
nũcupauit. Et cùm iam omnibus propter iſtam
potentiam formidini eſſet, ſubditos facilè in
imperio continuit, cum omnes ad nutũ, quan-
do vocarentur, præſtò eſſent: & impigrè ea quæ
Ianuæ regis imperarent, obirent. Commemo-
rant, Orthogulem iſtum virum per omnia exti-
tiſſe generoſiſsimum: & cum propter res ſuas
præclarè adminiſtratas auguſtior homine, &

quaſi diuinus reputaretur, poſteris reliquit in-
*Turcorũ* ſigne cognomentum, vt Otomanidæ ſiue Oto-
*primus in* mani filij vocentur. Hoc regnãte Turcorũ octo
*Europam* millia traiecerũt in Europam per Helleſpontũ,
*tranſitus.* captoq; Græcorũ præſidio Cherſoneſo impoſi-
to, perrexerunt in Thraciam, & ad Iſtrum incur
ſionibuſque plurimis factis, regionem iſtam va-
ſtarunt, & maximam hinc reportarunt prędam.
mancipia, quæ erant plurima, iure belli capta,
transmiſerunt in Aſiam. Græcorũ Triballorũq;
(qui nunc Bulgari dicuntur) res agebantur fere-
banturq;. Ea tempeſtate Scythæ parua manu à
Sarmatia prodeuntes, feſtinabant ad Iſtrũ. quo
transmiſſo, Turcos, quos eò loci deprehende-
rant, atroci prælio inito fuderunt: & propemo-
dum omnes, demptis paucis, necauerunt. Qui
*Græcorũ* autẽ integri ex eo prępio abierant, fuga in Cher-
*diſcordia* ſoneſum delati, & hinc in Aſiã tranſuecti, tandẽ
*Imperij in* ab Europa abſtinuerunt. Eodem tempore Græ-
*teritus.* corum res ancipiti fruebantur fortuna, cum in-
teſtinis diſcordijs agitarentur propter Byzantij
regnum, reges ambo, àuus & nepos Andronici,
ex familia Palæologorũ orti. Cum autem ſedi-
tionibus iactarentur, quidã hunc, pars illum ſe-
quebantur. ex quo effectũ eſt, vt planiſsimè rea
ipſorum interierint. Priori enim Andronico na-
tus eſt filius, cui nomen indutum Michael: qui
fato functus eſt, antequam ad regnũ promoue-
ri poſſet. Poſt huius mortem Andronicus filius,
cùm auus ſenio confectus foret, ad regiæ digni-
tatis culmen conſcendere geſtiens, inimicitias
ex aperto cum auo ſuſcepit. Cùm autẽ eſſet im-
pudentior & præfractior, quàm vt meliora con-
ſulenti parêret, Gręcos in grauiſſima diſcrimina
adduxit. Accerſit enim Triballos, Græcorumq;
optimates in regni curam adhibitos ſibi conci-
lians, effecit vt nemo amplius Gręcorum, Euro-
*Pruſa ca-* pæ acceſſu Turcos prohiberet. Tunc tẽporis ca-
*pta.* pta eſt Pruſa, quam fame domitam in ditionem
*1303.* redegit Otomanus. In poteſtatem venerunt &
*1317.* alia Aſiæ oppida, vnde maxima Turcis per vni-
uerſam Aſiam acceſsit potentia: tranſgreſsiq;
*Al. Chali-* in Europam, Thraciam grauiſsimè adflixerunt.
*les Chale* *Charitea autẽ, qui à Græcia in præſidiũ, quod
*lis habet* Cherſoneſum tutabatur, erat compulſus, voca-
*Gregoras* uit Turcos ex Aſia: & Græcos accedentes forti-
*à noſtris* ter ſuſtinuit, necnon ad multam Thracię regio-
*Hali dici-* nem progreſſus, prædas agebat. Adductis verò
*tur.* duce Triballorum, & ijs qui modò ab Italia ad-
uenerant, præſidiũ Cherſoneſi terra mariq; op-
*Alter Tur* pugnari cœptum eſt. At Turci cum viribus ne-
*corum in* quaquam pugnarent paribus, nocte intempe-
*Europam* ſta profugerũt in Aſiam inſcijs hoſtibus. Verun-
*tranſitus.* tamen Græci parum benignè tractarũt transfu-
*1302.* gas Turcorum duces & Azatinã, quo ſibi maio-
re beneuolentia deuincirent, eos quos ab Italia
& Taracone aſciuerãt, vt ſuppetias ferrent con-
tra Turcorum regem Orchanem, qui exercitum
Philadelphiæ admouerat. Præterea ad occupan
dum Calliopolis (quæ & Callipolis) pręſidium
in Cherſoneſo, Taraconenſes & Itali, additis
Azatina & cęteris Turcorum transfugis, vrbem
*Vide Gre-* aggredi nitebantur. Vt autem inceptum eorum
*gorã lib. 7.* patefactũ eſt oppidanis, (nam à quodam Græ-
cis, qui in ea vrbe erant, ſignificatum eſt) per
Thraciam, ab vrbe digreſsi, ibant. Profecti præ-
ter Rhodopen venerunt Caſſandriam, antiqui-
tùs Pydnam dictam. Turci, qui comitabantur
Azatinam, venerunt ad Triballorũ regem. At hi
qui confugerant in Aſiam, bellum redintegrare
volentes, & itinere pedeſtri in Cherſoneſum re-
uerſi, cogitabant quoquo modo poſſent, redire
in Aſiam. Etiam quibuſdam in locis fœdera cum
Græcis conglutinarunt. Cùm autem Græci ijs
inſidias tenderent, volentes eos capere, fuga
euaſerunt in præliũ Cherſoneſi, & denuò Græ-
cis plurima inferebant damna. Itali & Hiſpani *Itali et Ca-*
luſtrata Macedonia & Theſſalia, cùm ingreſsi *talani.*
eſſent fines Bœotię, eam regionem occuparunt. *1302.*
Thebas quoque diripuerunt. cuius direptionis *Thebæ di-*
cauſa extitit ducis imprudentia, qui cùm timi- *reptæ.*
dos & imbelles crederet hos, quaſi omnes in
ſuam poteſtatem redacturus, ferox eos adorie-
batur. At Itali & Heſperij, locum illum fodien-
tes, & aquam multam in foſſas admittentes, ef-
fecerunt vt locus ille equeſtri pugnæ minus eſ-
ſet opportunus. Dux igitur magno equitatu in
illos irrumpens, quaſi primo impetu hoſtes de-
uicturus, in maximum periculũ cum ſuis præci-
pitatus eſt, cum equi ſolo cohęrerent inſtabili.
Taraconenſes ſiue Hiſpani ingerentes tragulas *Arrago-*
& ſagittas, torquentesq; miſsilia, plurimos Bœ- *nenſes.*
otorũ eo loci neci dederunt: hinc aduerſus vrbẽ
profecti, captam deprędati ſunt, qui tandem re-
deuntes in Italiam, domos remearunt. Græci
cum rege ſuo Andronico, cum parũ dextrè Tur-
cos transfugas, necnon eos qui ab Italia feren-
di auxilij gratia aduenerant, fouiſſent, præter
opinionem etiã hos ſibi inimicos ex amicis &
auxiliaribus fecere. Græcorum autem nobiles
cum profuſioribus largitionibus in ſe conuer-
terent reguli, regni reditus vniuerſos exhauſe-
runt, nullo interim exercitu comparato, nec pe-
regrinis militibus conductis, cùm etiam negli-
gerent hoſtes ſuis finibus arcere. Nunc vnde di-
greſſus ſum, reuertor. Otomanus, Orthogulis fi- *Otomani*
lius, ſubacta Gręcorũ Aſiam incolentiũ regione *mors.*
penè vniuerſa, irruit in Niceam & Philadelphi- *1310.*
am, quam haud tamen ſuæ ditioni admouit.
Turcos quoq; qui Homuten ſequebantur, ini-
micitijs permotus, bello petijt. Regnans autem
Pruſæ, quæ regni ſedes erat, expirauit, relictis li-
beris, & regione ampliſsima. Defuncto Otoma-
no filius eius natu minimus ex tribus, Orchanes *Orchanes*
nomine, præoccupatis animis eorum qui in ar- *rex II.*
ctiſsimam patris admittebantur amicitiam, eos
ſibi familiares & quàm maximè opportunos te-
nuit. Ex quibus quamprimùm accepit, Otoma-
num iam (vt ferunt) in ſenectutis limine conſti-
tutũ, obijſſe mortem, fratres illicò fugiens, pro-
ripuit ſe ad Olympũ Myſiæ montem. Cùm iter
faceret, incidit in multa equorum armenta, quæ
partitur in viros, qui ad ſe in montem concur-
rerant. Deſcendentes autem de monte in loca
ſubiecta, poteſtatem ipſis rapiendi dedit quæ-
cunq; nacti fuiſſent. Etiam vrbem, cùm adhuc *Fratrum*
verſaretur in Olympo, expugnatã diripuit. Fra- *Turcorũ*
tribus autem ſuis inteſtino bello ardentibus, & *diſcordia.*
vtrunq;

260

vtrunq; max:ma parte hominum frequentante, cùm accepiſſet eos longo interuallo à ſe diuiſos caſtra poſuiſſe, cum ſuis de monte diſcedens, ſingulos ſeorſim aggreditur. Interemptiſq; victiſq; ambobus fratribus ſuis, ipſius ad regiam dignitatem emerſit. Ego autem experimentis cognoui, Turcos non in hunc modum ſentire de fratribus iſtis: verùm iſta eueniſſe ferunt ſub Oguziorum ducibus. Orchanes vbi regni adminiſtrationem ſuſcepit, vniuerſam Lydiam imperio ſuo addidit, Græciſq; in Aſia morantibus bellum indixit. Plurimaq; Græcorum oppida in ditionem accepit eo tempore, quo Byzantij reges & Tryballi in Thracia, & Myſij maximo flagrabant inter ſeſe bello. Poſt hæc in Cappadociam bellum tranſtulit: ſubactiſq; oppidulis quibuſdã, exercitus ad Niceam Bithyniç vrbem mouit, eamq; oppugnare cœpit. Vt verò nunciatum eſt Græcorum regi, Niceam obſideri, & oppidanos, niſi properè auxilium mittatur, ad barbarum defecturos: conſcribit exercitum, & regni curæ ſe immiſcens, videbatur non neglecturus Niceam, verùm fortiter defenſurus, nõ tam Barbari odio ſtimulatus, quàm ſolicitus ne tantam vrbem amitteret. Hic igitur, quemadmodum & alij multi fecerunt, regiam dignitatem aſpernatus eſt, quamuis Niceam de manu hoſtium ſeſe vindicaturum adfirmaret: verùm Græcos aduerſus auum incitans, rerum nouarũ auidus, Michaelem Myſiorum ducem inbelli ſocietatem recipiens, cum ipſo affinitatem iunxit, in matrimonium ei collocãs ſororem, cùm iam antè duxiſſet ſororem Tryballorum regis. Hinc ira percitus Tryballus, arma arripit, habens ſecum Michaelis * patruelem Alexandrum. Victo igitur Michaele, ne ſineret contumeliam ſibi à Michaele factam abire inultam, Alexandrum Michaelis * patruelem regno præficit. Cùm antem & in Græcos eius cõtumeliæ culpam transferret, etiam hos bello vexauit: oppiduliſq; aliquot captis, exercitum domum abduxit. Tandem fœdera pepigerunt, quibus tenebatur, vt inter ſe & amici & hoſpites in poſterum eſſent. Poſt hæc ad regem Græcorum fama perlatum eſt ſatis conſtanti, Orchanem incurſionem feciſſe in Bithyniæ regionem: captiſq; mancipijs plurimis, obſidione Niceam cinxiſſe, murumq; eius hoſtili animo quatere. Rex itaque Græcorum comparato exercitu in Aſiam tranſuectus, obſidione circumuentis auxiliares porrigere nitebatur manus. Quod vt primum rumore ad Orchanem perlatum eſt, inſtructo agmine Græcis obuiam procedit. Cùm autem veniſſet Philocrinam, offendit regem Græcorum ibi caſtris fixis morantem. Nec mora, prælium committitur: in quo rex accepto in pedem vulnere, reliquiq; Græci non pauci vulneribus confecti, ſtatuerunt intrare Philocrinam, vt vulnerati laſsiq; paululum reficerentur. Nec tamẽ citra pugnam eò venire quieuerunt. Barbari enim eos circunuentos à tergo adorti, acerrimè inſtantes magna clade affecerunt: reliquos in vrbem fugatos, obſidione premebant. Vrbs ergò illa cum foret maritima, & obſidione non poſſet in poteſtatem hoſtium redigi, Orchanes ab eà diſcedens, copias ſuas Niceam reduxit. quam cum obſidione aliquãdiu afflixiſſet, tandem pactionibus in deditionem accipit. In hunc modum Orchanes Nicea potitus eſt. Bellum deinde Philadelphiam vertit, quam acerrimè ab auxiliaribus defenſam ſui iuris facere nequiuit. Sub idẽ tempus cùm iratus eſſet quibuſdam in Aſia degentibus ſatrapis, quoſdam eorum ſibi aſſocians, reliquos debellauit. Tempore deinde multo interiecto, Cantacuzeni Græcorum regis filiam vxorem ducit. Quæ affinitas vbi interceſſit, pax inter Græcos & Turcos facta eſt: belloq; Phrygiæ ſatrapas, cum diſcordia interueniſſet, perſequebatur. Andronicus Græcorũ rex cùm moreretur, reliquit filium natum annos duodecim: tutoremq; ei aſsignauit. Cantacuzenum, virum opulentum, magnaque potentia ſubnixum, vt puerum tutaretur, & curaret ad eam vſque ætatem, quç regno gubernando habilis foret. Huius in fidem puerum regnumq; tradidit, iureiurandoque eum obſtrinxit, vt ſine dolo in adminiſtratione regni, educationeq; pueri verſaretur, quo ipſum nihil iniuriarum à ſe expertum, tandem regno Græcorum præficeret. Vt autem rex exceſsit è viuis, non multo pòſt vrgentibus & opitulantibus Græcis tutor, ad regni curam allectus eſt, puerum tamen nulla iniuria affecit. Verùm cùm eum affinem ſibi feciſſet, vt imbellem contemptui habuit, ſpem omnem in Græcis, quantum ad regnum retinendum attinebat, ponẽdo. At Cantacuzenus cum pupillum regno priuaſſet, Orchanemq; data in vxorem filia affinem aſciuiſſet, eum & amiciſsimum & familiariſsimum in poſterum expertus eſt. Orchanes cùm regnaſſet annos circiter xxii. mortem obijt relictis filijs Sulaimane & & Amurata. Sulaimanes, inito regno, arma contra Græcos cepit. Captis igitur mancipijs quàm plurimis ex ea Grçcorum regione quam in Aſia poſsidebant, etiam in Europam traiecit, hortantibus & inſtigantibus ijs Turcis qui antè cum Carire in Europã tranſierant. Hi edocebãt profectionem, qua commodiſsimè in Europam veniretur. Præterea narrabant, Europæ regionem eſſe amœniſsimam, captuq; facilem. Tranſmiſſo itaque exercitu haud magno, Cherſoneſum populati ſunt: deuictiſque oppidulis quibuſdam, præſidioq; Cherſoneſi Madytoq; domitis irruerunt in Thraciam, progreſsis vſq; ad flumen Tænarum, mancipijs plurimis in Aſiam traiectis, quæ belli iure obuenerant. Turci, qui in Aſia remanſerant, cùm hæc audiuiſſent, illico in Europam contenderunt ad Sulaimanem, & maxima breui hominum multitudo in Cherſoneſum ad ipſum confluebat, vndiq; ex Aſia: & eò loci agriculturç operam dabant, agris ſuis in Aſia parcentes. Deinde rex Græcorum legatis miſsis, cum Sulaimane Orchanis filio pacem fecit, amicoſq; & hoſpites in futurum ſe mutuò fore teſtari ſunt: & coniunctis copijs bellum in Tryballos (qui & Bulgari) tranſtulerunt. Quidam perhibent, adbuc ſuperſtite Orchane, Sulaimanem filium tranſiiſſe in Europam, accerſitum

*Nicea oppugnata.*

** Conſobrinum.*

*Philocrina opp.*

*Nicea dedita.*

*Græcorũ Imp. affinitas cũ Turco.*

*Sulaimanis rex.*

*Tertia Turcorũ in Europã incurſio.*

*Bulgarorum origo.*

tum aduerſus Tryballos ab Græcorũ rege. Tryballi autem eo, quem trademus, modò ad Europæ imperium deueneront. Stephanus (quem Stephanum alij) Tryballorum rex profectus ab ea regione quæ verſus Ioniũ patet, igne incendijſq; plurimis Epidamni regionem deuaſtans, etiam Epidamnum (quod & Dyrrachiom) ſubegit: & hinc in Macedoniam exercitus duxit, Scopiorumque vrbem regni ſedem declarauit. Fueruot autem iſti, quantum conijcere licet, ex profectione eorum, qua delati ſunt ad Europæ imperium, genus Illyriorum: qui progreſsi ab Occidentali verſus Ionium regione, venerunt ad Scopiorum vrbem, lingua etiámnum nõ diſſimili vtentes. Iſtud Illyricorum genus, cum longè lateq; teneret mare Ionium, etiam Venetos attigit. Reliqui ab ijs ſegregati, per Europam diſperſi ſunt, etiam hodie non multum lingua moribuſq; & victus ratione abhorrentes. Conſtat itaque, eorum ſententiam haud veritate oiri, qui pronunciant Illyrios eſſe eos qoos Albanos nominamus.

*Illyrij.*

Nec verò principium eius ſermonis admitto, qui aſtruere conatur, Albanos eſſe Illyrici generis.

*Albani.*

Quòd autem & Albani ab Epidamno prodeuntes, in Europæ regiooem maritimam, quæ Orientem reſpicit, venerint: Ætoliaq;, Acarnanis, necnon magna Macedonum regionis parte ſubacta, ibi habitariot, etiã Ipſe noui, multis coniecturis eò deductos, multiſq; ſuper ea re auditis. An verò ab Iapygia iter facientes (vt qoidam cenſent) in Epidamnum tranſierint, & hinc in eam regionem, quam tandem ſobiecêre, peruenerint, ſioe cùm eſſent finitimi Illyricis Epidamnum colentibus, accedentes panlatim regionem Epidamni, quà in Orientẽ patet, occupauerint, neſcio qua rationa quàm veriſsimè aſſequar. At nos explanabimus vt vterq; hæc hominum genera, Tryballi & Albani, egreſsi ab ea regione quæ ſpectat Iooium, tranſierint per regionem Europæ, quæ in Orientem vergit, ibiq; habitauerint, nec modicas regiones ſuo imperio adiecerint, verſus Occidentem iter inſtituentes: cùm etiam propemodum ad Euxinum mare acceſſerint, Iſtrum & Thaſſaliam adierint. Quæ omnia in hunc modum euenerunt, Rex horum digrediens ab vrbe Scopiorum, muuitus viris rei militaris peritiſsimis. & validiſsimo exercitu loca Caſtoriæ finitima in ditionem redegit. Moris deinde caſtris in Macedoniam, præter Thermam omnia ſubiugans, bellum ad Sauum vſqoe promouit: & In Iſtria res præclarè gerens, vniuerſa ea potiebatur regione.

*Sauus fluuius.*

Diſpoſitis dein per Europam viris, vbi neceſſe erat, fidiſsimis, in magnam abolevit potentiam. Etiam Græcos bello aggreſſus, vt ipſorum regnum deſtrueret. Emiſſo itaq; eqoitatu in loca Byzantio propinqua, cùm ea grauiter afflixiſſet, abibat.

*Bulgari in Europam diffuſi.*

Græci ab hoc ſibi extrema timebant, cùm regnum per incuriam periret, Andronicuſq; ſenior rex diſſolutiori victui ſe mancipaſſet: Græci nullum contra illom pugnandi inibant conſilium, verùm omnis ſalotis ſpes io mœnibus defenſandis ſita erat. Iter abhinc intendens in Ætoliam, Ioanniam, ſiue Iaoninã, olim Caſsiopen dictam, vrbem ſuo imperio adiunxit. Macedoniam, quà finitima eſt Axio flumini, commiſit Zarco, viro apud ipſum dignitate primario.

*Zarcus.*

Eam regionis partem quæ à Pherris tendit vſq; ad Axium flumen, Pogdano tribuit, viro booo, & rei militaris peritiſsimo. Regionem quæ à Pherris excurrit ad Iſtrũ, * Chrati & Vngleſi fratribus conceſsit, quorum alter regius pocillator, alter equorũ regionum curator erat.

*Stephanus ditionem omnem in ducatus diſtribuit.*

*Al. Chrali.*

Regionem Iſtro adiacẽtem nactus eſt, coottribuente rege, Bulcus Eleazarus, Pranci filius. Trica & Caſtoria obuenere Nicolao Zupano, Ætolia decreta aſt Prialupi. Ochridem & regionem Prilis baeam dictã, Pladicæ viro haud ignobili regendam dedit. Commemoratos modò viros accepimos Europæ regionibua præfectos eſſe à rege Stephano: qui vbi exhalauit animam, ſinguli ſoas regionas, quas à viuo gubernandas acceperaot, retinuere: fœderibuſque inter ſeſe ictis, à ſe mutuò bello abſtinuerunt. Græcis verò, vt cuiq; oppoitunum erat, admodum bellicis armis moleſti erant. Michaelem Myſiorum ducem, qui imperauit iocis Iſtro ſubiectis, & regni ſui ſedem Tribani conſtitnit, Stephano antiquiorum extitiſſe audiui, præterea Bulgaros, quos Myſios vocamus, ibi ſedes tenuiſſe accepi: Seruios autẽ ſibi Sorabros & Tryballos à ſe diſcratos, tandem ad iſtud nomen emerſiſſe.

*Ternabli.*

*Bulgari Myſij.*

Vtraq; iſta genera hominum cum diuerſa ſiot, nõ ad vnum reſerenda ſunt, Vt autem ſinguli iſti populi regno ſuo à Barbaris ſint exacti, ipſiq; prorſus interciderint, in ſequentibus expooetur. Sulaimanes cum Cherſoneſi vrbes præter Callipolim, ſubegiſſet omnes profectua eſt cum exercitu aduerſus Thraciam, vt & hanc ſuam faceret. Cùm autem pacem feciſſet cum Græcis, expeditionem ſuſcepit contra * Chratem & Vngleſem Tryballorum duces, qui Græcis admodum intolerandi erãt, feroces & bellicoſi.

*Al. Chralem, & ſic deinceps.*

Qui vbi reſciuerunt Sulaimanem proceſsiſſe io Europam, tegionem ipſorum in Græcia ſitam vaſtare, prædaſq; nemini parentem confertim agere, copias & ipſi ſoas aduerſus Turcos duxerunt: cõfartiſq; maoibus, victores prælio abiarunt, plurimis prima coitione interfectis.

*Bulgari Turcos vincunt.*

Deinde certiores redditi, Turcorum res vſque augeri, ſibique tandem intolerabiles fore, cum plurimi Turci vſq; ex Aſia ad Sulaimanem concurrant, Europeaſque vrbes obſidione vrgeant, his exciti, vterque io mediterranea Thraciæ pargit, & copias parat. Vngleſes à Pherris, vbi regia erat, in Turcos progreditur. Chrates autem prædicti frater, copijs plurimis cootractis, ad fratrem per mediterranea Thraciæ commeat, communi conſilio iunctiſq; viribus bellum Turcis illaturi. Sub idem tempus Sulaimanes oppidulum oppugnabat ad Tænarum fluuium ſitum, diſtans à * Callipoli ſtadijs circiter ſeptuaginta plurimis teotorijs, qoæ eò aduexerat, per circuitũ fixis, in quibus Scythæ Turciq;, quotquot paſtoralem vitã ſequũtor, quam ſuauiſsimè degunt: aſsideniſq; vrbi, intentus oppugnationi inſiſtebat: & ſtudio expugnandæ vrbia adſtrictus, accipit hoſtium aduentum. Deligit

*Al. Hadrianopoli.*

igitur

igitur ex ſuis octingentos viros, nocturniſque itineribus prima aurora ad hoſtium caſtra peruenit. Eos deprehendit nec ſolitas vigilias obeuntes, laxatiſque cuſtodijs affuſos Tænaro fluuio præbenti aquam potu quidem * peſsimam, eandem verò & ſalubertimam. Æſtatis tempus erat, quo nec arma, nec equos perinde curabát, putantes ſe planiſsimè ab hoſtium incurſionibus ſecuros & tutos. Hos necopinantes, & in Cermiani regione in luxuriam effuſos, altáque quiete ſopitos: Sulaimanes ſtipatus octingentis militibus delectis adoritur: cædemque maximam, impigrè obuios mactando, hoſtium fecit. Multi in flumen fuga præpropera delati, dubij quonam ſe verterent, ibi inter cunctandi moras accubuerunt. In hoc prælio deſideratus eſt Vngleſes: etiam Crates occiſus eſt. Vt autem hic interierit, ignoratur. Hunc eius propinqui qui eum ſanguine contingebant, aliquandiu poſt prælium iſtud vixiſſe credidere. Sulaimanes victoria illa inſigni & illuſtri clarus, facilè tandem etiam oppidulum, quod obſedarat, ſuo imperio adijcit. Exercitus quoque Oreſtiadi, quam Hadrianopolim appellant, admouit. Circumſedit & Peridmetum infeſtis exercitibus: aggreſſuſque murum, cœptis non ſuccedebat. Cum autem ibi hæreret intentus obſidioni vrbis Sulaimanes, ferunt adoleſcentem quendam clàm ſolitum egredi vrbe per rimam quandam muri, ad demetendum frumentum. Deinde frumento onuſtus, per eundem locum in vrbem remeabat. Cumque hoc frequenter faceret, tandem viſus eſt à milite quodam Turco, ibi ſtipendia faciente. Turcus autem animaduertens, qua muri parte intrare adoleſcens ſolitus erat, à tergo eum ſequutus eſt, tentaturus ſi per eam rimam in vrbem ſibi patêret aditus. Vrbem itaque ingreſſus eſt. quo facto, redijt in caſtra ad Sulaimanem, actáque edocet. Sulaimanes igitur eductis in aciem copijs, ad vrbem acceſsit. in quam cum irrepſiſſet, duce Turco, qui rimam inuenerat muri illicò eius dominum nactus eſt. Poſtea promotis caſtris * Philopolim obſidet: quæ tandem pactionibus in eius fidem traditur. Ferunt, hunc regem habuiſſe virum rei militaris perquàm gnarum, quo nullus fuerit ſuperior incurſionibus faciendis belliſq; gerundis. Præterea aiunt, ad tantam potentiam eum hac ex cauſa veniſſe, quòd ſumma celeritate in rebus gerendis vteretur. Sulaimanes morbo implicatus eſt. hinc feſtinabat in Aſiam. morbo tandem ingraueſcente, moritur. Moriens præcepit ſuis, vt corpus ſepelirent in Cherſoneſi Iſthmo, vbi antea contigerat filium ſuum fato fungi: & magnificę ſepulturę tradi ordinauit, & reditus ſacerdotib. qui eò loci erant, vt celebrarent nocturnos ludos, ad ſepulchrum, ſéque filij ſepulturæ iungi voluit. Cum iam animam efflaſſet, Orchanis filius Amurata, Sulaimanis frater, re cognita, peregrinos & reliquos Ianuarū milites aſſumens, in Europam traiecit: exercituſq; omnes qui ibi erant, accepit. Hinc contendens Hadrianopolim, eam ſibi regni ſedem deſignauit. Rebus ita compoſitis, incurſionem in Macedoniæ mediterraneam regionem fecit: breuique captis mancipijs plurimis, & alia præda, milites ſuos admodum opulentos reddidit. Turcos, qui eum lucrandi animo comitabantur. mancipijs & iumentis Gręcorum & Myſiorum, quæ belli iure obuenerant, liberaliſsimè donat. Ferunt Sulaimanem, poſtquam nunciatum erat Tryballorum & Myſiorum copias aduerſum ſe pergere, colloquutum cum Græcis, ſi numerarentur ſibi ſexaginta millia dragmarum, velle ſe reſtituere Græcis quæcunq; in Thracia ipſorum cepiſſet oppida: & relicta Europa, diſceſſurum in Aſiam. Hunc cum Græci audiſſent ſuas in Thracia obſidere vrbes, promptiſsimis quidem animis prædictam conditionem accepiſſent: at cum maximus terræmotus accidiſſet, oppidorumque muri procidiſſet, Turci accedentes armati, vrbes plurimas, etiam Græcorum, in ditionem ſuam redegêre: nec amplius tales obtulêre conditiones Græcis, verùm Europam obtinuerunt. Poſt hæc bellum auertit in Myſios & Tryballos. Tryballos autem gentem eſſe totius orbis antiquiſsimam & maximam, compertū habeo. Appulerūt in hanc regionem, ſiue (variant enim auctores) diuiſi ab Illyrijs: ſiue, vt quorundam ſententia, ac ea regione quæ vltra Iſtrum in extrema Europa eſt, & à Croacia Pruſiſque Septentrionale mare accolentibus: nac non à Sarmatia, quam hodie Rufsiam vocant, propter ſuæ regionis frigus inuictum profecti, Iſtrumque tranſgreſsi, in regionem Ionio affuſam penetrarunt, vbi quoque habitarunt, cum armis eam regionem quæ Venetos ſpectat, ſubegiſſent. Si autem quis contrariam ſequatur ſententiam, quaſi è regione verſus Ionium vergente digreſsi, Iſtróq; ſuperato, in illam acceſſerint, vnde eos antea prodijſſe diximus, regionem: haud quidem contendero: nec tamen eam tutò arripere audeo. Attamen ſcio, quamuis populi iſti nominib. ſint diſcreti, non tamen morib. quicquam inter ſe differūt: idem linguæ vſus ijſdem etiam hodie eſt. Diſperſi hinc inde, domicilia per totā habuere Europam, incolentibus quibuſdam de illo grege Peloponneſi regionem Laonicam, qua patet ad montem Taugetum, & ad Tænarū. vbi etiam habitauit à Dacia ad Pindum vſq; montē, in Theſſaliam ſe proijcientem, alius quidam populus: vtriuſq; nomen fuit * Bacchi. Nec tamen ſcio, vtrum in Epiros cōmigraſſe aſſeuerem. Haud me fugit, Tryballos, Myſios, * Illyrios, Polonos, & Sarmatas eadem inter ſeſe lingua vti. Si igitur hinc coniecturam facere licet, exiſtimo omnes iſtos, vnum hominum eſſe genus, nec diuerſum. Vt autem tandem in diuerſos abierint mores, & in alias conceſſerint regiones, à nullo accepi, vt certum quid de ijs præſenti hiſtoriæ inſerere auſim. Vltra citráq; Iſtrum colunt, longè latéq; regnantes. Itaq; mea quidem ſententia, magis veriſimile videtur hoc hominum genus varijs fortunæ procellis iactatū, Ionij regionem inſediſſe: traiectóq; Iſtro, ibi ſedes fixiſſe: ibidemque potius habitaſſe, quàm inde diſcedentes, adierint ad eum orbis terrarum tractum, qui propemodum

Marginal notes: *Al. optimam.* — *Bulgaror. clades.* — *Oreſtias que & Adrianopolis, obſeſſa & capta.* — *Al. Philipopolim.* — *Amurates prior IIII rex Anno 1350.* — *Tryballorum, qui et Valachi origo & ſitus.* — ** Valachi.* — ** Al. addunt Croacios.*

dum inhabitabilis ſit hominibus. Illi itaque ſiue neceſsitate, ſiue voluntate tracti, ad ſui defenſionem ſeorſim à reliquis ſegregati habitare inſtituerunt, vt videre eſt magis coniectanti, quàm veritatem rei pronuncianti. At hic ſitam eſſe ſuperioram & inferiorem Myſiam, non eam regionem rectè dici, quæ ſupra Iſtrum, verum quæ vltra Iſtrum colitur: nec etiam inferior Myſia nūcupatur regio quæ Iſtro ſubiecta eſt. Ad iſtam regionem Iſtri, quæ ad Italiam vſque ſe porrigit, Bulgaros, quos inferioris Myſiæ incolas perhibent, & Græcam linguam callere aiunt, ſcio peruenıſſe à Bydena vrbe vſque ad Euxinum pontum, Tribanū vrbem regni ſui ſedem decernentes. Hos quidem Alexander, quem Seruiæ Tryballorumq; dux Chrales regno præfecit, imperio rexit, donec moreretur, ſuperſtite filio Suſmano, qui in paternum ſucceſsit regnum. Hunc bello aggreſſus eſt Amurates, Orchanis ſoboles.

*Suſmanus victus.*

Poſtquam autem caſtra in Tryballos mouit, eos prælio vicit: Pherraſq; vrbem opulentam in poteſtatem redegit, & loca Rhodopen ſpectantia in ditionem accepit: maximáque virtutis militaris patrabat opera. Saini viro optimo, cum cōmiſiſſet Pherras vrbam, aduerſus Suſmanū Myſiæ regem arma cepit. Tandem cum Myſijs manus conſeruit: quorum interfecit paucos, cum fuga euaſiſſent inuiolati ad loca Iſtro proxima. Suſmanus iſhdelegatis miſsis ad Amuratem, qui pacem orarent, fœdere icto in ſocietatem acceptus eſt, vt deinceps hoſpes & amicus Amurati foret. Hinc & affinis Amuri factus eſt, data in vxorem filia ſua forma excellente, ex Braide, quam vxorem vulneratus duxerat, progustam: alteram* connubio iunxerat Græcorum regi, Andronico Ioannis F. Ioannes enim regno iam expulerat Cantacuzenum, qui puerum ipſum gubernarat: quum arrepto Græcorum regno, filiorum quos habebat, alterum Emanuelem natu minorem miſit in Peloponneſum, vt eſſet dux Mizirhræ, quæ olim Sparta natu verò maiorem Græcorum regem eſſe iubet.

*Cantacuzenus.*

Ioannes aūt Andronici filius, cum iam eam attigiſſet ætatē, quæ rebus gerendis idonea erat, conſpiratione facta cum Græcis, rogauit vt regno præficeretur. Eodem autem tempore rex in Macedonia agebat, luxurioſiore victu & intemperantiore diſſolutius. Græci indignantes propter victus rationem diſſolutiorem, & conuicia regi facientes, vt quiſque habebat quod crimini verteret, Ioannem Andronici filium in Macedoniam abductum cōmuni aſſenſu applauſúq; regem deſignant. Initio regno, Cantacuzenum in Nazareorum ſiue monachorum ordinem tranſtulit, quem mutato nomine Matthæum appellauit. Huius ſenior filius, quem pater Græcis regem deſtinarat, in Rhodū nauigat, periturus à ſacerdote ſummo, quem Magnum magiſtrū vocant, qui inſulam regebat, auxilium, quo adiutus recuperaret amiſſum regnum. Multa ſūt nequicquam pertentatis, quibus in ſuas partes ſacerdotem pelliceret, vt ſpem auxilij affulgere vidit nullam, ad fratrem ſuum iuniorem Emanuelem in Peloponneſum Spartæ ducē iter flectit: apud quem vitæ conſuetudinem & neceſſaria habuit.

*Rhodus.*

Ioannes autē cum Amurate in Europam tranſgreſſo ſocietatem contraxit, filióq; ſuo Andronico Myſiorum regis filiam vxorem dat: ex qua duos ſuſtulit filios. Andronicus quidem natu maximus, Demetrius verò & Emanuel natu minores erant. Theodorus autem ſequebatur Amuratem, quocunque bellum aduertiſſet. Reliqui, quomodo diximus, vectigales & ſtipendiarij erant Amuratis, ipſumq; comitari cogebantur, contra quoſcunque expeditionem ſuſcepiſſet.

*Ioan. Imp. conſtans.*

*Græci Turcis militāt.*

His ita compoſitis, exercitum contra Dragaſem Zarci ducem mouit, regionemque iuxta flumen Axium domuit, ſibiq; tributariam bellique ſociam effecit. Ducem quoque in poteſtatem accepit, quem ſub ſe ſtipendia facere iuſsit, equitum impetrata manu non modica. His præclarè geſtis, etiam Pogdanum eò loci regnantem debellauit: quem ſub ſe merere cum exercitu, quem habuerat, voluit. Amurates autem per omnia imitatus æquitatem Cyri Cambyſis filij, maxima modeſtia & liberalitate tractabat duces Tryballorum & Myſiorum, Græcorumque, qui in ſuam poteſtatem conceſſerāt. Cum moratus eſſet longo tempore in Europa bello adſtrictus, nunciatur, ſuos in Aſia præfectos coniuratione facta Aſianos ſolicitare ad defectionem, plurimamq; regionem iam ab Amurate auertiſſe, conſcriptiſque exercitibus, Aſiæ ſtatum quàm maximè conturbare, oppida quædam capientes, quædam verò oppugnantes non ceſſare. Quamprimùm hæc certò accepit, tranſitum in Aſiam parat: ſuoſq; ita inſtruit, vt hoſtes quàm potentiſsimè cōtundere & profligare poſſet. Cum hos deprehendiſſet in Myſia caſtra collocaſſe, copijs in aciem eductis, tale excogitauit, vt qui eſſet ſumma rei militaris ſcientia præditus, ſtratagema. Dicitur enim, cum æſtatis eſſet tempus feruidiſsimum, Eteſias ventos ab Occidente ſpirare. Ibi autem ſuorum ordines ita diſpoſuit, vt ventum à tergo haberent præliantes. Hinc princeps prælium inibat, vbi hoſtium acies erat confertiſsima, irruens, & quàm fortiſsimè pugnans.

*Stratagema.*

*Turcorū inteſtinū bellum.*

Cum autem prælium vtrinque æquo Marte ſtetueret, ipſe in editiorem tumulum conſcendens, voce quàm potuit maxima ſuos in hunc modum allocutus eſt: O commilitones mei, filij dilectiſsimi, non ſubit animos, quanta pericula in Europa multorum annorum duriſsima militia perpeſsi ſitis? Quid cedetis? an neſcitis omnia in veſtra fore poteſtate, illis ſuperatis? Agite igitur, promptis animis me ſequamini. Quod ſi cunctati fueritis, hoſtes nos vincent. Hæc loquutus, admiſit equum in hoſtem, & in confertiſſimos hoſtium cuneos ſe coniecit, acerrimè prælians: confeſtimque, vt prædixerat, ventus exortus eſt, & in hoſtium faciem ſe fudit. Hinc cum mutua hortatione aduerſum hoſtes procederent, maximóque impetu eos adorirantur, primùm eos in fugam coniecerunt, & inſequentes plurimos trucidarunt. Fertur, maximam exercitus ſui partem ibi intercidiſſe. Hoſtes aūt fuga ſibi cōſulentes, ſinguli ad ſua diſperſi ſunt,

*Turcorū clades.*

Hinc

262

Hinc cum legatos miſiſſent ad Amuratem, petititum pacem, haud paſsi ſunt repulſam. Hac tamen conditione pax data eſt, vt ſe, quocunque exercitus mouiſſet, impigrè ſequerentur. Vt autem pax cum Turcis in Aſia ſacta eſt, etiam res in Europa interturbatæ ſunt. Sauzes natu maximus filiorum Amuratis in Europa relictus eſt, vt eam defenderet: & ſi que ſeditio coorta eſſet, aut periculi quid ingrueret, curaret vt Europæ res in tuto collocarentur. Hic ſeditionem

*Cōiuratio filiorū in parentes.*

excitauit, concilians Græcorum nobilium in Europa animos. Cum veniſſet colloquendi gratia ad Græcorum regis filium ſeniorem Andronicum, cui Byzantium regnique curam mandarat pater, cum proficiſceretur cum Amurate in Aſiam aduerſus duces iſtic ſeditioſos, tandem eò deducti ſunt, vt vterque à patre deficeret ſuo, paternumq; regnum teneret, eundemq; & hoſtem & amicum ducerent, quem alter iuſſiſſet: præterea ſi quid ingrueret, alter alteri auxilio eſſe ne cunctaretur. Hæc cum ipſis viſa eſſent, quo maioribus animis obſeruarentur, maioréque fide colerentur, iuſiurandi religio vtrinque interpoſita eſt. quibus expeditis, quàm cōmodiſsimè ex aperto præparabantur obſiſtere Amurati, ſi in Europam tranſire conaretur. Vbi

*Amuratis Græc. Imperatoris oratio.*

de iſtis certior factus eſt Amurates, aduocato Ioanne rege Byzantij, huiuſcemodi exorſus eſt orationem. Rex Græcorum, mihi nuper à fide digniſsimis in Europa nunciatum eſt, Sauzen filium meum à filio tuo coactum inſtituere, ad extremam me deuoluere miſeriam, qua ratione igitur fieri poſſet, vt in conſcijs vobis ad tantam deuenerint dementiam, vt non ſolùm meus filius tam impia aggrediatur, verùm tuus accedat auxiliator & adiutor? Abſque tuo conſilio hæc parari, quo pacto cogitare poſſum? Verùm ſi pœnas exegeris de filio tuo, quas ego dictauero, certò ſciam, te inſcio & inuito iſta contigiſſe. Sin autem alia tibi quàm mihi placuerit puniendi filij ſententia, ſcito harum turbarum culpam omnem mè in te translaturū. Cui Græ-

*Imp. Græci reſponſum.*

corum rex reſpondet: Nequaquam, ô rex hanc culpā verè in me reijcies. Nam ſi nunc mihi daretur filius ille meus, quem ais adeò impia in te patrare: ſanè cogniturus eſſes liquidò, quàm ardentiſsimis ſtudijs te tuumq; regnum complecteret. Sin autē mihi animaduertendi in filium negocium iniunxeris, ne me adeò dementem fore exiſtimes, vt quicquam gratia repreſſus, de pœnæ ſeueritate remittam: præſertim cum is puniendus ſit, qui tibiq; mihiq; inimiciſsimus & infeſtiſsimus eſt. Rex dicendi cū finem feciſſet,

*Imperatorum ambo rum filijs ademptus patrum decreto viſus*

placuit vt vterq; parens ſuum filium ſimili pœna cum crimen vtriuſque ſimile foret, feriret. Pœna autem erat conſtituta, videlicet vt vtriuſque oculi eruerentur. Hæc vbi ſunt decreta, copijs quàm potuit maximis ſuccinctus, feſtinauit in Europam. Quibus tranſuectis in Europā, ſummo ſtudio contendit aduerſus filium in eùm locum, vbi eum cum Græcorum regis filio caſtra cōmuniuiſſe acceperat. Qui quidem coacto in Europa exercitu, caſtra metati ſunt in Byzantij quodam loco, Apicridium dicto: quò ſanè congregatos

eſſe conſtabat Græcos & optimos quoſque ex Europa. Ibidem iuxta torrentem quendam, quo quaſi vallo muniebatur, caſtra locauit Sauzes Amuratis filius, patris aduentum expectaturus. Amurates cum exploratū haberet, filium ſuum, additis Græcis, in prædicto loco caſtra poſuiſſe, compoſito agmine accedit præliaturus cum hoſte. Cum autē prælium prohiberet torrens, etiam ipſe torrenti caſtra impoſuit. Fama eſt, Græcorum quoſdam congreſſos cum Amuratis militibus, eos fudiſſe. Deinde cum cognouiſſet locum iſtum ad prælium cōmittendum minus eſſe oportunum, noctu profectus e regione caſtrorū hoſtilium, ad oram torrentis quàm proximè ad hoſtium caſtra accedit. Hinc cum facilè exaudiri poſſet, ſublata voce ſingulos nominatim inclamauit: quorum egregia facta locis temporibuſq; notata, oratione ſecunda extollebat. Deinde cum ſingulos ſatis collaudaſſet, equo tranſijt torrentem, & talem orationem habuiſſe fertur: Viri hæroes, quò fugitis, relicto me, patre veſtro? Quare præceptoris veſtri diſci-

*Amuratis ad ſuos oratio.*

plinam abijcientes, ad filium meum cōuertimini deſertorem? Qui vbi primùm captus in meas venerit manus, tergo ſuo pœnas pendet. Nam flagellis cædetur, ſi modò id per vos mihi licuerit: nec quicquam mali aliud adoleſcentis perpetietur corpus. Sin aūt ſpreta hac ſententia mecum volueritis decernere ferro, pro certo habetote vos ad ſummā abituros miſeriā, nec meam bonitatem vnquam experturos. Agite ergo ad nos tranſite, nihil mali ſuſpicantes. Nec ob noſtræ virtutis reuerentiam, nec etiam propter filij flagellationem, ad me confluere erubueritis Iuro per eū, cuius ope ad iſtud inſigne imperium conſcendi, me nihil mali cuiquam veſtrūm illaturum. Fama eſt, Sauzis milites his auditis non nihil confuſos voce regis, quæ erat clariſsima: ſibique timuiſſe malè, virtutem eius & fortunam optimè callentes. Attamen perſuaſi auctoritate dicentis, cum inter ſe multum eſſent collocuti, nocte ea quæ inſequebatur, caſtra deſerunt: & quò cuique opportunum videbatur, eò dirigebat greſſum. Plurimi cū Amuratis caſtra intraſſent, deprecati ſunt culpam, factum excuſantes, ſe non ſponte, verū neceſsitate circundatos, caſtra Sauzis eſſe ſecutos. Sauzes vbi intellexit milites ſuos è caſtris aufugiſſe necnon illos, quos ſibi fidiſsimos & deditiſsimos iudicabat, abijſſe conceſsit Didymotichum. Sequuti ſunt eum

*Didymotichi obſidio*

Græcorum filij: quorum auxilio ſubnixus, res quàm animoſiſsimè gerebat. Amurates cōperto filij diſceſſu, e veſtigiò inſequutus eſt, vrbemque obſidione circundedit. Illi qui erant cum Sauze, fame oppugnati, cum antea nullum frumentum in arcem congeſsiſſent, ſemet fidei Amuratis ſine pactionibus tradidere. Amurates itaque cum vrbem fame enectam accepiſſet, etiam Sauzem filium cepit: quem oculis priuari iuſsit. Græcos autem reliquos ex vrbe vinctos,

*Deſertorū pœna.*

præcipites in flumen ſubiectum deijci imperauit. Caſtris autem iuxta flumen fixis, ſpectabat optimates Græcorū vt præcipitarentur ex vrbe, nunc bini, deinde & terni. Studio deinde ſpe-

ſpectandi

ſtandi addictus, cum interueniſſet ex improuiſo lepus à canibus agitatus, fertur cachinnō ſuſtuliſſe. Poſt hæc parentibus eorum qui ſe iunxerant Sauzi ſeditionem concitanti, præcepit vt filios necarent ſuis manibus. Patres duo fuere, qui noluere tam crudele exequi imperium. Hinc & ipſi trucidati ſunt ſimul cum filijs. Nam dicere ſolebat, nequaquam iſtos citra conſilia parentum defeciſſe ad Sauzem. Nunc aūt cum fortuna vtantur dubia, eos nutare in vtranque partem. His ita expeditis, nuncium mittit ad Græcorum regem vt filium ſuum plecteret, ſicuti initiò conuenerat: qui infundens oculis eius acetū feruidum, viſum ei ademit. Talem finem iſti bello impoſuit. Poſtea cum Emanuel, regis Græcorum filius, Macedoniæ Thermam, quam Theſſalonicam nominant, regens, & auxilium nactus, deprehenſus eſſet Pherris vrbi inſidias ſtruere, reſq; nouas cōtra Amuratem moliri: miſſo Charatine potentiſsimo viro, & militari ſcientia nulli poſtponendo, ei præcipit vt Thermam occuparet, nec reuerteretur, niſi adducēs filium Ioannis regis vinctum. His quidem Charatines

*Emanuel. Andronicus.*

efficiendis præcipuè intentus erat. Emanuel cum præſentiret vrbem non poſſe ſuſtinere Charatinis vires, cum alioqui vrbis res eſſent cōminutæ, nec quicquam boni præ ſe ferrent (nam contumelioſius illum tractabant, quàm fieri par erat, viro maximè infenſi) quapropter animo agitabat quà ocyſsimè mari contendere ad patrem. Pater aūt miſſo nuncio cum edixiſſet, vt aliò quàm ad ſe diuerteret, quaſi eum non amplius excipere auderet Amuratis metu: ſtatuit ire ad Amuratem, huncq; ſupplicijs fatigare, vt ſibi admiſſorum impunitatem concedat. Amurates cognito filium regis ad ſe venire, eius admodum gauiſus eſt generoſa indole. Cui cum proceſsiſſet, vt antea conſueuerat, obuiam, primò eum allocutus eſt. Deinde pauliſper ſilentium tenentem, cum eum reprehendiſſet, renidenti ore ſic locutum eſſe accepimus: O fili regis, iurè quidem conuinceris, quòd regioni noſtræ, antea veſtræ inſidiatus ſis: & quæcunque feceris, iuſtè te feciſſe compertum habeo. Nunc aūt cum tibi præteritorum veniam impertiar, caue deinceps talia aduerſus me meumq; regnū coneris. Mihi enim, & huius rei curatori ☞ ſo ſatis declaraſti, te peſsimum eſſe factum. Itaq; vbi melior nunc factus fueris, etiam res Europæ ſub vobis melius ſunt habituræ. At ego, inquit ille, ſciens Deum omnia quàm optimè agere, ad te veni tot criminibus irretitus, rogaturus veniam eorum quæ in te regnumq; impiè commiſi. His

*Therma occupata.*

dictis, veniam dedit Amurates: & ad patrem ſuum eum remittens, iuſsit vt filium cum bona gratia ſuſciperet. Qui imperata faciens, filium illico admittebat Byzantium. Charatines occupata Therma, & defectoribus in ſeruitutem redactis, plurimum gloriæ inuenit apud Amuratem: cum antea multum, nec plurimum apud eum polleret. Extant enim huius Charatinis plurima memoratu digna, vt qui Amurati optima ſuggeſſerit conſilia: & pleraque egregia opera in Aſia Europáque facta, huius ex induſtria prouenēre. Extant viri huius ſermones quidam memoratu digniſsimi, quos cum Rege habuiſſe fertur, contendens cum eo ſuper illis quæ ad prudentiam reique militaris ſcientiam attinent. Nam eum interrogationem inſtituentem,

*Charatinis cum Amurate colloquium.*

dixiſſe memorant: Rex Amurates, quo pacto res bellicæ adminiſtrandæ ſunt, vt eo, quod deſideras tuis copijs effici, potiare? Regem aiunt reſpondiſſe: Si ſingulis occaſionibus, ne aufugiant, diligenter fuero intentus: præterea, ſi plurimis beneficijs militum animos mihi deuinxero. Charatinem ſubieciſſe audio: At qua ratione occaſiones non omiſeris, præterea ſcopum tuæ militiæ attigeris? Regem intuliſſe: Si animo diligenter veriſimilia quæ ad ſcopū ſpectant, penſitauerim: & in iſtis quæ ad ſcopum faciunt, non aberrauero. Hinc tradunt, Charatinem in maximum effuſum cachinnum, dixiſſe: Rex Amurates, plurima ſapientia te inſtructum eſſe cerno. At quo pacto veriſimilia diligenter animo expendens niſi præſens vtraque experimentis cognoueris, quæ fieri, quæque non fieri oporteat? hæc in conſulatione vt reſpuas, illa, vt maxima cura deligas. Iſta vbi præceſſerint, ſignificat etiam requiri celeritatem, quæ plurimum momenti ad res pręclarè gerendas habet, vt nihil magis ducem quàm celeritatem & indefeſſam curam in agendo & conſultando ſectari oporteat. Pręſens eſſe ne negligat, vbicunque ſua præſentia opus fuerit. Talia cum inter ſe conferrent ſermocinantes, pronunciarunt ſententias, quantum pertinere videtur ad res gerendas, nequaquam inutiles. Amurates quocunq; mouiſſet exercitus, ſtatim metus aduerſarijs oboriebatur. Hincque accuratè loca ſua muniebant. Vſus eſt opera Charatinis, viri optimi, qui in omnibus quæcunque rex facere aggrediebatur, operā ſuam locauit indefeſſam, regique maxima neceſsitudine deuinctus fuit. Adiutus ab iſto viro, non modica fecit, quæ tendebāt ad ſubiugandum ſibi Europæ imperium. Tot ſibi ſubegit gentes, tot in Europa duces ſtipendium pendentes: præterea Græcorum gentes, quæ cogebantur, quocunque terrarū duxiſſet, Amuratem militantem ſubſequi. Emanuele

*Princeps Amuratis dicto audientes.*

præ omnibus Græcis plurimùm delectabatur. In Amuratis poteſtatem deuenit rex Myſiorum Drageſes, Zarci filius: nec non Pogdanus, qui Rhodopen imperio tenebat. Acceſſere etiam in ditionem & alij Europæi duces, Triballorū videlicet, Græcorum, & Albanorū. His omnibus imperio ſuo admotis, etiam Aſianis ducibus ſtipatus, deinceps quoslibet bello laceſſere ſtatuit. Græci quo pacto ex regno in ſeruitutem ceciderint, iam antè explanauimus. Pędicta nunc breuiter in memoriam reuocare iuuat. Ioannes ad regni gubernacula euectus, Cantacuzenū, anteceſſorem ſuum, Nazaræum ſiue monachum fieri compulit. Deinde cum animaduerteret res

*Caloiannes Italiā adit.*

Turcorū incredibili augeri ſucceſſu, nauigauit in Italiam. Primò adijt Venetos, oraturus auxilium. Vbi cum parum auxilij eſſet conſecutus, accepta à fœneratorib. magna pecuniæ vi, decreuit ad Galliæ abire regem. Nec omiſit reliquos

occi-

263

occidentis Princeps, quo omnes quàm maximè ſolicitabat ad auxilium ferendum. Cum veniſſet ad Gallorum* regem, etiam huius res bello & ſeditione agitari cernit, & admodum aduerſa vti fortuna. Nec interim quicquam auxilij in Italia tulit. Reditum maturans, cum veniſſet Venetias, non potuit vſuras eius ſortis exoluere quàm à fœneratorib. mutuò acceperat. Profecturua inde in Galatiam, retentus eſt à Venetis, nõ ſinentibus eum pedem vſquam ferre, donec ſatis feciſſet creditoribus. His rebus anxius, miſit Byzantium ad Andronicum filium, cui regnum commiſerat, rogans vt pecuniam compararet, tam ex Eccleſiaſticis quàm ex reliquis regni theſauris: quam deinde ad ſe mitteret, vt ſe à creditoribus redimere poſsit: nec ſe negligeret, iam longo tempore in carcere agentem. Andronicus hjs cognitis parum animum intendebat, cum nimiar[?] non gauderet, patremque deſpiceret. Attamen ei nunciari iubet: Græcos nolle concedere, vt ſacros theſauros diripiat: nec ſe aliunde tantam pecuniæ vim corradere poſſe. Proinde ſi ſeipſum negligere nolit, aliò ſe vertat ad pecuniam parandam, quo ſe liberare nexu poſsit. Emanuel filius regis iunior, cum audiuiſſet in quantam neceſsitatem pater ſuus rex à Venetis eſſet adactus, collecta & exacta quàm maxima pecuniæ vi, nauem conſcendit: ſummáq; celeritate vſus venit Venetias. Pecuniam omnem quã exegerat, Thermæ, cui vrbi regende præfectus erat, patri obtulit. Præterea ſeipſum quoq; patri tradidit, vt ſe pro arbitrio vteretur. Hoc factum Emanuelem patri & chariſsimum & familiariſsimum reddidit: at alterum filium, nempe Andronicum, incitatiſsimo exinde odio perſequebatur, quod cum hinc originem ſumpſiſſet, pertinacius inhæſit vtriſque, dum inter ſe diſsiderent inter cætera etiam propter regnum. Rex Græcorum ea pecunia, quam Emanuel aduxerat creditoribus Venetis ſatisfecit. Reuerſuſq; Byzantium miſit legationẽ ad Regem Amuratem: præterea filium ſuum in Ianuis regis ſtipendia facere iuſsit. Amorates imperauit Ioanni, vt ſe quàm maximè fide coleret: nec ſuam militiam, quocunque bellum verteret, detrectaret. Ioannes diligenter animum intendit, ne deinceps quid delinqueret, quo incurreret in offenſam regis. Poſtea filium ſuum Theodorum miſit in Peloponneſum, defunctis Cantacuzeni filijs: qui manſit apud Emanuelem fratrem ſuum, Thermæ præfectum. Cui cum in colloquium veniſſet Macedoniæ & Theſſaliæ dux defectionem cõſilijs habitis moliebantur ab rege Amurate. Alter filius redijt Byzantium, accerſitus à patre ad regnum. Ipſe autem ingreſſus Peloponneſum, eius loco defendit quam optimè, quæ omnia ita muniuit, vt ſibi videbantur quàm maximè tuta futura. Hæc quæ modò recenſuimus, euenêre, priuſquam Andronicus vnà cum Sanzo deficeret ab Amurate, ambóque contra patres ſuos arma caperent. Poſtmodum cõperit Amurates, etiam Emanuelem nouarũ rerum cupidum, defectionem animo agitare: quem tandem Therma oppido, ſuáque dignitate ſpo-

*Margin:* * Is erat Carolus VI. — Anno Christi 1411. — à Venetorũ inſolentia in Ioanne. — Emanuelis in patrem pietas. — Odium inter fratres. — Peloponneſi principatum cõſtitutio[?]

liauit Charatines. Deinde cũ pater edixiſſet, ne Emanuel ſuam intraret regionem, maturata fuga venit in Leſbum, Cuius aduentus cum terrorem maximũ inieciſſet duci inſulam gubernanti, ſua regione Emanuelem excedere iuſsit. Qui cum incidiſſet in triremem ſoluentem Troiam, tranſuectus eſt in Aſiam. Ibi conductis mercede equis, profectus eſt Pruſam, ad regem Amuratem. Tandem Amurates bellum inferre parabat Tryballis ipſorumque duci * Eleazaro, qui ad Pannonios ſe contulerat, eoſq; incitabat, vt contra Amuratem arma arriperent. Eleazarus, vt reſciuit Amuratem aduerſum ſeſe cum exercitu pergere, contraxit copias quàm potuit maximas, vt reſiſteret hoſti adeunti quàm acerrimè. Eleazarus cum haberet filias, Vna Suſmano, Odryſiorum ſiue Moldauorum regi in matrimonium collocata, eum ſibi generum parauit. Alteram connubio iunxit Bulco Branci, qui fuit Pladicæ filius, regenti Caſtoriam, & Ochridem Macedoniæ regionem, quam antea Nicolaus Zopani filius tenuerat. Mortuis autem ducibus Vngleſe & Chrale, Priſtinum & Niſtram, ſic dictam regionem, ſubigens, vſq; ad flumen quod Sauum nominant, progreſſus eſt. Aduerſus hunc, cum exercitum ductaret Amurates, miſſis exploratoribus, cognouit eum incediſſe cum exercitu campum cui Goſobo nomen erat. Ibidem Amuratis contubernio militabãt filij duo, Paiazites & Isgupes. Turci ferunt, Amoratem ibi præliantem, Eleazarum fugam facere coegiſſe: quem cum inſequeretur quàm velociſsimè, incidit in virum Tryballum, in quem arma vertit. Hic, cum foret pedes, conuerſus iaculo transfixit Amuratis præcordia: quo vulnere mortuus eſt. At Græci à Turcis, quantum ad Amuratis mortem attinet, diſſentiunt. Aiunt enim, eum non præliantem, nec hoſtes fugatos perſequentem intercidiſſe: verùm cum adhuc ſtaret in acie, virum quendam generoſiſsimum, nomine* Miloen, voluiſſe certamen omnium quæ vnquam fuêre pulcherrimum, ſubire. Hic, ſi ſibi Eleazarus poteſtatem faceret eorumque petijſſet, pollicebatur ſe armatum profecturum ad Amuratem, vt transfugam. Amurates, cum illum vt transfugam ad ſe aduentare crederet, iuſsit viro confeſtim cederent, quo, quid vellet, tutò eloqueretur. Cum penetraſſet quàm proximè ad regis Ianuas, offendit regem ſtantem in acie, ad prælium accinctum. Haſtam igitur accipiens, aggreditur longè pulcherrimũ, quod ſcimus, facinus. Amuratem enim regem interficit necnon ipſe ibidem fortiter, inter hoſtes prælians, occubuit. Hoc eſt Græcorum de obitu Amuratis ſententia. At Turci aliter ſentiunt: videlicet, eum perſequentem hoſtes parta iam victoria, à viro Tryballo eſſe peremptum. Amurates quidem mortem obijt, vt explanauimus, in * Coſobo campo. Huius corpus abduxerunt Pruſam, vbi ſepultura erat omnium regum Otomanidarum, præterquàm Sulaimanis. Inteſtina autem regio more ſepeliuerũt in Coſobo campo. Mortuus eſt, cum regno præfuiſſet annis quinquagintaſeptem. Vitæque exitum habuit, In-

*Margin:* * Al. Lazaro. — Caſobut campus, Ambſueld. — * Vel Meloen, vel Michaelẽ, quem Barletius Miloſſum Cobliebium appellat: alij Miloſch Khbilonitz. — Anno 1451. — Benedict. Curipeſchitz in ſuo itinerario — * Campus merulæ, Ambſchfeld.

teſ-

ſerfectus à Tryballo: non qui regem decebar talem, qui tot annis bella geſsiſſer, multáque & præclara opera feciſſer: prærerea qui magna bella io Eoropa Aſiáq; nomero ttigintaſeptem cooſeciſſet, tali vſus & virture fortunáque, vt in nullo victus ſuccubuiſſet. Adhæc magoam potentiam, regionemq; plurimam io vtraque continenre ſibi parauit, cum ad multam iam proceſsiſſer ærarem. *Amuratis mores.* Nunquam copidine rerum, ſed rabie trahebatur ad prælium, nec vnquam cruore ſaturati potuit. Qoſndo ocium ab hoſte erat, venationi indulgebat. Studijs & tranquillitati ſeuunquam dabat: verùm cum nullus ſorer hoſtis, venationi incumbebat, cuiua peritia aoreceſſores ſuos longè excellebar. Diligentiam & celeritarem in rebus gerendis non minorem ſanex, quàm iuuenis, oſtendebar. Promptitudine & alacritate indefeſſa plutimos Illuſtres duces & reges in rebus gerendia anteibar. Omnia ſic aggrediebatur, vt nihil eorum qoæ neceſſatia forent, oegligentius omitreret. Maiorem hominum cædem fecir, quàm omnes ſui anteceſſores. Subditos maxima regebat ſermonum æqoitate, & comitate. Ducum filijs conuerſabatur quàm moderatiſsimè. Expeditiſsimus fuit ad honorandom & compellandum virum quemlibet. Maxima vi prædirus fuit ad cohortandos militum animos, ſi prælium ioeundum fuerat. maxima erat eius in rebus gerendis vehementia, adeò vt ſemper, quando manos conſererentur, vbique præſtò eſſet. Aſpectu non roruus, verùm mitis erar, fermo neque blaodiſsimus. Peccaoti nullam delictorum concedebat impunitarem: verùm eom meritis ſubijciebat pœnis. Sermonls erat parciſsimus. Confirmaſſe fertur præ reliquis generis ſui regibus iuſiurandum. Hioc cum plurimi contra ipſum audaciſsimè ioſorgerent, exiſtimabanr ſe nihil periculi accepturos: quod tamen, cognita eius potentia, ſecus accidit. Eum qui ſe magnificè efferebat, & ob id contumacius reſiſterer, prærerea eum qui aliquid in ipſum deliqoiſſer, nequaquam læticia ebtium dimiſit. Cum foret ſuia vel maximè meroendus, attamen certum eſt eum plus fauoris, quàm reliqoos doces omoes, apud ſuos obtiuoiſſe. Ne quia igitur ſibi perſuadeat, quod hic vir, ſi armis appetitus fuiſſerà * Temire, peſsimè iſtud bellum adminiſtraſſet. *Al. Tamerlane.* Pugnaſſer etenim fortirer. Er ſi non victor, nec tamen victus iſto ex prælio exceſsiſſet. Pugnæ enim locum elegiſſet oportunũ, in quo non facilè vinci potuiſſet. Temiris autem exercitum hoſtiliter accedenrem, vt ferro, vbicunqoe occaſio ſe dediſſet, decerneret, grauiſsima clade affeciſſet. Defuncto Amutate, Orchanis filio, regij ſatrapæ, qui Ianuis præerant, Paiaziten, Amuratis filium, in imperio magno conſenſu collocant.

## LIBER SECVNDVS.

Poſtquam mortem obijt Amurares Orchanis filius, peremptus à viro Tryballo; ſtarim ſatrapæ, qui regebanr Ianuas regis, Paiazitem Amuratis filium iuniorem, pronunciant regem. *Paiazites prior V. rex, Anno 1373.* Hic vbi primùm in regno eſt poſitus, accerſiuit Iagupem (noſtri Solemanum vocant) fratrem, [illegible] rare: ad qoem, quocunque tempore vocabatur, promptiſsimè ad Ianuas (ſic Aulam Turci vocanr) accedere conſueuerat. Rerum itaque omnium quæ parabantor ignarus, in Ianuas vocatus venire haud ſuperſedit. Venienti Paiazires manus violentas inijci, atque necari iubet fratrẽ. *Iagupes à fratre caeſus.* Ar interfectus eſt ſecundum eum morem, quem Turcorum reges in trucidandis fratribus obſeruare ſolent. Haud enim ferro ob[illegible], verùm laqueo præfocatus eſt, quemadmodum tenet regum illorum couſuetudo. Rex cum in hunc modum fratrem perdidiſſet, regnumque ſibi ſtabiliuiſſet, illicò copias in aciem eduxiſſet: commiſſóque prælio, Tryballos in fugam conieci. *Bulgari victi.* Iſto in prælio quàm longiſsimè ab exercitu in hoſtes euectus eſt. Turci enim fugatis hoſtibus, inſequuti ſunt fortiſsimè: Tryballoſque quos equirandi peritia anrecedebant, neci dederuot. Nam equi Turcorum mulro præſtantiores eranr equis Tryballorum: proinde fugienres facilè indipiſcebantur. Si Græcis fides habenda eſt, dicemus ea quæ modò tradidimus iſto pacto cootigiſſe. Turcorum autem alia ſuper his eſt ſententia. Nam perhibent, iſtam victotiam non adſcribeodam eſſe Paiaziti, verùm Amurati, cuius ductu prælium iſtud ſir factum: eademque victoria euenerir, cum ipſe Eleazarum Tryballorum ducem in ea pugna trucidaoerir. *Anno 1376* Turci in huoc modum, quantum ad iſtud prælium attiner, ſentiunt. At ego cooiecturam facere nequeo, quomodo in acie, breui admodum tempore inrerieCto, fratrem uecauerir, & deinde in prælium illicò tedierit. Prærerea dubito, qoomodo Tryballus arripuerit haſtam regemque niſus ſir perdere, nullo prohibente. Verum cuilibet ſuum ſir hac dere liberũ iudicium. Poſtquam Paiazires regni gubernacula ſuſcepit, victoriámque illuſtrem deuictis hoſtibus eſt adeptus, nec paucis interim ſuorum amiſsis, inſuper Tryballorum ducem in acie peremir. non ſocordiæ ſe corrumpendum dedir, verùm prædabundus vniuerſam peragrauit Tryballorum regionem. Captiſq; mancipijs plurimis, regno ſuo ea formam induxit, quæ ſibi optima & commodiſsima videbatur. Græcos ſibi fœdere iunxit. Pacè cum Macedoniæ ducibus inita, in Scopiorum vrbem coloniam duxir, deductis eò plorimis ab Europa Aſiáque Turcis, cum vxoribus & liberis. *Scopios deducta colonia.* Hoc autem ideo facere aggreſſus eſt, vt hinc profectus, res Illyriorum agere & ferre tutò poſſet. Incurſiooem fecit in Illyriorum regiooem captáque oppidula penitùs diripoit. Exercitum miſit in Albanorum regionem maritimã, verſus Ionium, & Epidamno finitimam, *Albania.*

pra-

prædaſque ex es egit. Græci ſequebantur armati, quocunque exercitum ipſe mouiſſet: excepto Emanuele, Ioannis Græcorum regis filio, nec non Ioanne ſenioris Andronici filio. His enim cum feruenti aceto eorum oculos eruiſſet, domi victum præbuit Byzantius rex. Qui, cum cognouiſſent tandem oculos melius habere colloquentes inter ſeſe & cum vxore, adiutantibus & alijs, grauiter aufugerunt in Galatiæ vrbem quæ Pera dicitur, è regione Byzantij ſitam. Hinc perrexerunt ad regem Paiazitem, orantes auxilium, quo muniti in ſuam poſſent redire vrbem, auitumque recuperare regnum. At cum in conſpectum regis veniſſet, ferunt eum talem exorſum eſſe orationem: Me quidem, ô rex, tam graui calamitate perculſum cum meliori fortunæ Deóque, qui omnia videt, commendarim, melius nunc quàm fortunæ meæ patiantur habeo. Præterea Deus gratiam mihi retulit haud iniucundam. Nam cum viſum mihi eorum penè ademerit, reliquit tamen vt parum cernam: polliceturq́; regnum. faſq́; eſt, vt regnum quod iure ad me pertinet, mihi reſtituatur. Hoc autem regnum noſtrum, ſi me audieris, in poſterum experiere ad omnia tibi obſequentiſsimum ſi tua ope adiutus id recepero. Id eueniet, ſi mihi dederis equites quater mille, eoſque me ſequi iuſſeris menſibus duobus. Stant autem à partibus noſtris ij qui in vrbe genere & diuitijs præſtant. Horum non pauci me comitarentur, niſi ſcirem eos in vrbe mea negocia procurare, méq; tandem adiuturos, in quacunque re ipſorum auxilio opus habuero. Promitto etiam me tibi quotannis daturum tributum maximum: habebo præterea in vrbe iudicem ſiue præfectum Turcum. Rex his auditis, reſpondit. Mihi quidem, vt accepi tibi adhuc vim viſiuam supereſſe, ſermo tuus fuit multo gratiſsimus. Gratiaſque ago mortalium & immortalium conditori, qui iſtud tibi beneficium præſtitit. Veniſti autem ad viros tibi amicos & auxiliares, qui ſe tibi dabunt promptiſsimè, quodcunque occeperis bellum. Vlciſcer tamen regem patrem tuum, vt deinceps nunquam contra me res nouas moliatur. Tu igitur his, quos petijſti, aſſumptis, flecte iter ad vrbem: eáq; agito, quæ iudicaueris tibi vel in primis vtilia fore, vt in patriam reducaris. Rex his dictis confeſtim, quos flagitauerat, equites inſtructos dedit: quibus acceptis, Andronicus ſe cōtulit Byzantium. Ioannes & filius Emanuel, cum eſſet nunciatum, Andronicum cum filio ſuo magna manu aduentare, ingreſsi ſunt Aureæ (ſic appellatam) arcem ibiq́; obſidionem tolerare parabant. Andronicus adueniens, vrbem obſidione circundat. Poſtea arcem pactionibus in deditionem accepit: amboſque incluſit in carcere ligneo & anguſto, quem intra turrim ædificarat: regnumq́; occupauit, habens patrem & fratrem in carcere. Cum autem adminiſtraret regnum, filium ſuum Ioannem Græcis regem deſtinauit. Illos verò annis tribus in carcere tenuit, nec tamen obtruncare voluit, quamuis ad id incitaretur à Paiazite. Anno autem quarto perſuaſerūt carceris præfecto,

*Ioannis excæcati oratio ad Paiaz.*

*Græci imperium à Turc. precariò obtinent.*

*Paiazitis reſpōſum.*

*Andronici reſtitutio, & precarium imperium.*

qui alimenta ipſis miniſtrabat, vt ſubijceret ferrum. Quo facto, diſſoluerunt carcerem, & aufugientes feſtinarunt ad regem Paiazitem, promittentes ſe tributum maximum penſuros, daturoſq́; milites quotquot imperaſſet. Miſſo nuncio Byzantium, explorabat Byzantiorum animos, quemnam ſibi regem dari, Emanuelem an Paiazitem, vellent. Hac ratione pulchrè expiſcabatur, vt Byzantij erga ſe animati forent. At Byzantij elegerunt Emanuelem, iam faſtidientes Andronici imperium. Exorta eſt igitur contentio inter ambos reges ſuper Byzantij regno. Emanuel promittebat ſe tributum, quod contineret tres myriades aureorum, numeraturum quotannis: addebatque, ſe profecturum cum illo in militiam quocunque exercitus duxiſſet. His conditionibus, quas modò commemorauimus, Byzantij regnum à Paiazite accepit, videlicet vt in Ianuas profectus, tributum, quod imperaſſet, ſolueret: militeſq́; ſemper quot iuſſiſſet, vere appetente, adduceret. Andronicus, & filius eius Ioannes, morantes in Ianuis, victum apud regem habuêre. Emanuel regno præfuit. Paiazites Amuratis filius habens ſecum Græcorum reges, qui ad id eum vſque incitabant, arma contra Philadelphiam vrbem Græcam vibrauit. Contendentibus namque inter ſe Byzantij regibus, petebat rex Paiazites ſibi dari Philadelphiam. Qui ſe id facturos promiſerunt. Cum aūt Emanuel miſiſſet præconem, qui nunciaret Philadelphiæ ciuibus, vt ſe vrbemq́; dederent Paiaziti, acciperentq́; cum iudicem, tum præfectum Turcū: reſponderunt, ſe neutiquam paratos eſſe, vt ſemetipſos proderent barbaro. Quo reſponſo irritatus Paiazites, vrbem exercitibus circumſedit, ducens ſecum ad id bellum Græcorū reges, qui ibidem virtutis præmia ſunt conſequuti. Primi etenim conſcendentes murum, vrbem cępêre. Et in hunc modum capta eſt Philadelphia, vrbs Lydiæ Græca, legibus optimis quæ fuit fundata. Poſtea bellum intulit Paiazites Scenderi Armeniorum regi. Præterea Ertzicam Armeniorum regni ſedem, & Lamacham, ſic appellatum oppidulum, bello perijt. Scenderem hunc tradunt barbarorū Aſiam incolentium fuiſſe multo fortiſsimū, nec vllo mortalium extitiſſe rei militaris ſcientia corporiſq́; robore & audacia inferiorem. Itaq; cum quondam ab Aſſyrijs bello laceſſeretur, plerunque præclara militaris virtutis facinora perpetrauit, hoſteſq́; ſemper pauca manu fudit. Hunc Scenderem cum filio vxor, quam odio proſequebatur, comprehendens, interemit, ipſáque ad regni gubernacula euaſit. Contra Scenderem igitur Paiazites arma mouens, Ertzicam expugnauit, filiumque Scenderis vinctum in cuſtodiam dedit. Poſtea cum Tzapnidas domuiſſet, qui Colchidis loca vſque ad Amaſtrum vrbem tenent, bellum contra Carailucem & Leucamnam Samachiæ ducem, vertit: quem obuiam procedentem cum exercitu, prælio vicit, Samachiamq́; vrbem oppugnare cœpit. Vrbis autem iſtius oppugnatio cum parum ſuccederet, abductis copijs, domum reuerſus eſt. Hinc bellum in-

*Emanuel Imp. Ann. 1388.*

*Philadelphia capta*

*Scenderis Arme. rex qui & Alexander.*

*Tzapnidæ à Tur. ſubacti.*

dixit reliquis qui in Aſia erant ducibus, Ædini,
Sarchani, Mendeſiæ: Tocoi, & Metini: impe-
rióq; eos expoſtular, expulſorumque regnum
occupauit. Hi, cum forent ſuis ſedibus pulſi, iter
inſtiruerunt Suſam, ad regem * Temirem. Vt
autem, præter Catamanum, cognomine Aloſu-
tium, & Turgetum Phrygiæ ducem venerint in
conſpectum regis, infrà diceretur. Hi namque
affinitatem iungentes cum Paiazite, pacem cō-
ſequuti ſunt. Reliqui, exceptis iſtis duobus, du-
ces regnis ſuis exacti aſcenderunt Samarchan-
dam, quæ Temiris regia extitit. Sarchanem, qui
turabatur maritimam Ioniæ regionem & Men-
dsſiem, Calamis nepotes, Tecoenque, qui rege-
bat Madian, affirmamus fuiſſe nepotes & poſte-
tos ſeptem illorum ducum Oromani, qui con-
iunctis viribus cōmunibuſq; conſilijs Aſiæ im-
perium acquiſiuerunt: quos Aladinæ regis mi-
niſtros quoque fuiſſe conſtat. Metines autem
& Ædines vnde regnum nacti ſunt, explorare
nequeo. Ædinem attamen ſolùm memorantà
Colophone vſque ad Cariam regioni ſe exten-
denti imperitaſſe. Turcos quidem genere & eſſe
& dici, certò ſcio. quotquot ſub Turgatunjs, ſub
Caramano, ſub Matine, & Ædine degunt. Sub-
acta eſt Cappadociæ regione, quæ eſt ſub Carai-
ſuphe, nec non illa quam Homuris filij regebāt,
præterea in ditionem accepta maxima Phrygiæ
parte, bellum promouit contra Ettzicam, Ar-
meniorum regiam: & contra Scenderem, qui
ea loca longè latéque vſque ad Euphratem te-
nebat: addita non modica Dolchidis parte, quā
bello in ditionem redegerat. Hæc quidem effe-
cit, cum foret in Aſia, magnáq; virtutis in con-
ſpectum daret opera. Poſtea tranſiens in Euro-
pam, exercitibus immiſsis in Macedoniam &
quæ ſpectat Ionium, Albanorum accolarum re-
gionem populabatur. Captis quibuſdam Alba-
norū oppidulis, contra Illyrios arma tulit. vaſta-
táq; Illyriorum regione, opes eorum diripuit, &
in ſuum emolumentum conuertit. His peractis,
expeditionem ſuſcipit contra Peloponneſum
rumore prius ſparſo, quaſi bello eſſet periturus

*Epiſcopi proditio.*

Phocidem, & Theſſaliam ſubacturus, vt ſibi ad
res gerendas foret idonea. Epiſcopus autem
Phocenſium inuitabat eum, oſtentans regio-
nem venationibus cōmodiſsimam, habentem
prata quæ præberent infinitam gruum multitu-
dinem: præterea campos ad equitatum natu-
ra quàm pulcherrimè inſtructos. Iſta quidem
expeditio verbis in hunc modum parabatur, re-
uera tamen bellum indicebatur Theſſaliæ: du-
cibuſque, qui ibi agebant, nomine * Cernæis,
& vxori Deluis, Delphorum ducis, " Trudeludę.
Poſt hæc quaſi in Peloponneſum irrupturus,
cum elegiſſet belli ducem, Theodorum Ioannis
filium, bellū ſtrenuè gerebat. Profectus in Theſ-
ſaliam ſui iuris fecit Domaciam, cū eam deſer-
uiſſet, qui in ea erat dux * Cernæus. Hinc Phar-
ſalicorū vrbem in ditionem accepit, quæ & ipſa
à ‴ Cernæis regebatur. Deinde, cum longius
proceſsiſſet, Zetunim vrbem Thermopylarum,
& Patras ſitas in planicie, quæ eſt in radicibus
montis Locrenſium, in poteſtatem redegit. Præ-

** Al. Temerlanem.*

** Al. Epicerusis. al. Cerurlijs, & vxori, Don Aloꝰ us de Daulos, Delphorū Ducis, Trudeludæ.*

*" Turditani.*

** Ceruelus.*

*‴ Ceruelio.*

terea alia oppidula non pauca iſtius regionis,
pactiouibus in fidem recipit. * Deluis Delpho-
rum ducis vxor, habens filiam iam nubilem, vi-
róq; deſponſatam, vt intellexit aduerſum ſeſe
cum exercitu pergere regem, cum filia, muneri-
buſq; quàm potuit acceptis maximis, regi ob-
uiam proceſsit. qui filiā lubens aſſumpſit, eamq;
ſimul cum matre ſuis moribus ritibuſq; viuere
permiſit: regioni autem, quæ in ditionem con-
ceſſerat, ducem præfecit. Fama eſt, iſtam mulie-
rem amauiſſe ſacerdotē quendam nomine Stra-
tem: & ad maiorem impudentiam progreſſam,
imperium ſacerdoti commiſiſſe, plurimóſque
Delphorum incolas obtruncaſſe. Hinc delata
eſt Epiſcopo Delphorum apud regem, quaſi
ipſa ſola regat tantam regionem, in toleran-
diſque iniurijs afficiat ciues, interim adulterio
à ſacerdote polluta. His excitatus rex, bellum
ijs intulit. Feruntur & alia quædam de iſto ſa-
cerdote, qui ſtupri conſuetudinem cum illa mu
liere habuit, videlicet quòd etiam cum alijs de-
liquerit non paucis mulieribus, dum eas ad con
cubitum dæmoniacis quibuſdam incantationi
bus pelliceret. Mulieris autem maritus antea
morbo implicitus expirauerat. Hic ortus erat
de genere Traconenſium regū. Qui cū veniſſet
ex Italia in Peloponeſum, obtinuit Atticam, &
Bœotiam ſimul cum Peloponneſo. Nactus eſt et
Phocidem, Patraſque vrbem extra Termopylas
ſitam. Reges iſti, interiecto tandem tempore nō
paruo principatum amiſerunt. Quidam eorum
reuerſi ſunt in Italiam: nonnulliq; ibi manſerunt
donec mortui ſunt. Ex horum genere natus eſt
* Delues ille Delphorū princeps, cui vxorem &
filiam auferés Paiazites Amuratis filius, domū
reuerſus eſt. Tandem & in Pelopōneſum irruit.
Verùm Spartanorum regionis dux, vt in Theſ-
ſaliam irrupit, vrbeſque communiuit, qua ſibi
videbantur tutiſsimæ fore, noctu fugiens pro-
fectus eſt in Peloponneſum, fortiter propul-
ſaturus hoſtem, ſi accederet. Proinde non pa-
rum ei curæ fuit, exercitus Peloponneſo admo-
uere. Interim autem nunciatum eſt Paiaziti,
Pannones, duce Sigiſmundo Romanorum Cę-
ſare & Imperatore, & Gallos, Germanoſque
non paucos in vnum collectos, bellum ipſi in-
ferre decreuiſſe: iamque Iſtrum tranſire para-
re, allectis & Dacis hominum genere non igno-
bili, qui viæ ſint duces, exercitumque ducant
in hoſtilem regionem. Sigiſmundus ille, qui co-
pias aduerſus Paiazitem ductauit, primò Ger-
manorum fuit Imperator, & plerunque mora-
tus eſt " Viennæ, imperitans ibi Germanorum
regioni haud quaquam malæ. Poſtea allectis
Pannónibus, horum rex Germanorumque re-
gionis dux creatus eſt. Germania incipit à *
monte Pyrenæo, inde " Tarteſus fluuius fluit in
Oceanum, verſus Occidentem. Et Germaniæ
pars, qua itur verſus Coloniam, & Argentinam,
vrbes ſic dictas, ſuperior Germania nūcupatur.
Hinc pertingit ad Oceanum Gallicum, verſus
dextram: at verſus ſiniſtram, patet " Pyridaſtaim
vſque ad Britannicas inſulas. Dicitur quoque
Germania ea regio, quæ ab Iſtro procurrit, pro-

cedens

** Daulos. Trudeludis Hiſpani vidua victorem placat.*

*Delues Hiſpanus.*

** Don Aloꝰ de Daulos.*

*Sigiſmundus imp. Rom.*

*" fortè Budæ Znoymæ.*

** forſ. ab Alpibus.*

*" fortè Renus.*

*Germania deſcriptio*

*" Phryſiā*

ſedens à Vienna vſque ad Tarteſum flumen, & ad Pragam Boamorum. Longitudo à Vienna Oceannum vſque, tantum ſpacij complectitur, quantum vir agilis itinere vigintiquinqua dierum conficare poteſt. Latitudo eſt maior, etiam ſi quis ingrediatur iter breniſsimum à Gallia Celtica verſus Daſtiam regionem. Iſta natio gubernatur melioribus legibus, quàm nulla earũ vel regionum vel gentium, quæ reſpiciunt vel Septentrionem, vel Occidentem. Diſcreta eſt in vrbes præclatas, & florentes, quæ proprijs legibus & quàm proximè ad æquitatem accedentibus reguntur. Diuiditur & in principatus, ſubiectáq; eſt ſacerdotibus & epiſcopis adhærentibus Romano pontifici. Vrbes quàm maximè ad æqnitatem conſtitutæ in ſuperiore & inferiore Germania, ſunt Noreberga, vrbs opulenta: Ar-* gentina & * Ampergum, quæ regũtur ab Epiſcopis Coloniáque, à Vienna in inferiorem Germaniam recedens. Sunt & aliæ vrbes non paucæ, propemodum ducentæ, quæ in paucis quibuſdam à prædictis differunt. In tres principatus quis diuidere poſſet vniuerſos totiue Germaniæ ducatus, videlicet * Atziliæ vrbes, & Auſtriæ, & * Blenæ, quæ in ſuperiore Germania ſita eſt. Genus hoc hominũ magnum eſt, longè latéq; per vniuerſum orbem imperat, magnitudinéq; ſecundum poſt Scythas Nomades habetur. Itaq; ſi concordiæ ſtudioſi eſſent, & ſub vno degerẽt, Principe, planè eſſant inuicti, mortaliumq; fortiſsimi. Sunt, quantum ad corpora attinet, par quàm ſani, vt qui ſub Septentrionali ætatem agant plaga, & circa mediterraneum iſtic mare, nullius rei indigentes. Nec eſt gens, quod ſciam quæ melioribus regatur legibus. Nec ibi ſæuit peſtis, quę ex corrupto naſcitur aere, maximéq; infeſtar Orientales, plurimoſque ibi habitantes perdit. Neque alij morbi, qui æſtiuo Autumnalique tempore reliquis mortalibus graues ſunt, Germaniæ incolas lædunt. Terræmotus rari memoratu digni eam regionem quatiunt. Pluuia præ cæteris regionibus æſtiuo tempore in iſta regione vberrima conſpicitur. Victu moribuſque Romanos imitantur: nec cætera quicquam ab his differunt. Nec eſt vlla gens, quæ ſuperſtitioſius Romanorum religionem colat, maximè quà Occidenti propinqua eſt. Monomachia apud eos vel maximè celebris eſt. Congrediuntur autẽ nõ equis inſidentes, verùm terræ inſiſtentes. Nec facilè inuenias gentem ad machinas reliquáque opera bellica magis idoneam. In artibus omnibus prærogatiua maxima gaudent. Quidam credunt, tormenta bellica, & bombardarios ab iſta gente initiò demonſtratos, & hinc totum peruaſiſſe orbem, vt paucæ gentes bombardis nunc careant. Reliquorum fructuum, præterquàm olei, & ficuum, regio iſta feraciſsima, perhibetur. Pannonia (quæ & Vngaria) incipit à Vienna Germanorum oppido, & verſus Orientem, ſecundum Iſtrum procedens, attingit Dacos & Tryballos. Verſus Septentrionem excurrit ad Boemos quos * Cephios nuncupãt. Habet Pannonia & Principes: variam ſinguli patrias regunt regiones, ſubiecti tamen regi ſuo certis quibuſdam legib. & conditionibus. Regem de ſuo corpore admodum rarò conſtituunt: verùm plerunque accerſitur ex Boemorum regia familia, aut petitur à Germanis, aut Polonis, aut ab alijs gentibus finitimis. Romanos moribus armorumq; cultu referunt: cæterùm ſequuntur victus rationem intemperantiorem, quemadmodum Germani & Galli. Religionem ſectantur Romanorum. Hoc hominum genus eximiæ fortitudinis eſt: mirumq; dictu, quanta audacia & ãnimoſitate bella gerant. Creant de ſua gente quendam de numero principum, qui reliquorum primus in regiam aſcenderit: eumque * œconomũ ſiue procuratorem, aut adminiſtratorem, nec principem, nominant. Lingua vtuntur quaſi peculiari, quæ nihil cõmercij cum lingua Germanorum & Boemorum * Pomanorumq; habere deprehenditur. Quidam tradunt, eos antiquitus Getas extitiſſe: ſedeſq; habuiſſe, quas inſederint, ſub monte Hæmo. Tandemq; pulſos à Scythis, conceſsiſſe in eam regionem quam nunc tenẽt. Quidam putant eos quondam Dacos fuiſſe. Ego autem, quænam ipſorum origo ſit, dicere nõ poſſum. Præterea cum ſibi dederint iſtud nomen, vt Pannonea vocentur, ſicque appellentur ab Italis, non decorum fore ratus ſum, ſi aliud ijs impoſuero nomen. Regia eorum eſt Buda, vrbs florentiſsima, Iſtro adiacẽs. Sigiſmundum autem Germanorum Imperatorem agentem * Viennæ vocantes Pannones, declarauerunt regem: eique tradiderunt regnum vniuerſum, & quæ ad regni curam pertinent. vt omnia ſic ordinaret, quemadmodum putaret ea fore commodiſsima. Hic, vt primùm regium honorem inijt, legatos miſit ad Romanũ pontificem, iam antè ſibi familiarem, & neceſsitudine deuinctũ, rogans vt ſuum conſenſum præſtaret, quo Romanorũ declararetur Imperator. Imperatoriam dignitatem Romani pontifices primò contribuére Galliarũ regibus, propter hoſtes ex Libya in Iberiam tranſuectos fortiter cæſos, & ob Iberiam à barbaricis incurſionibus liberatam. Poſtmodum eligendi Romanum Imperatorem poteſtas translata eſt à pontifice ad Germanos. Sigiſmundus, cum eam dignitatem ſe daturum reſpondiſſet Pontifex, accerſitus & vocatus eſt à Pontifice, vt imperatoriam dignitatem acciperet. Sigiſmundus Romam proficiſcens, iter faciebat per Venetorum regionem. Hi, vt primùm nunciatum eſt Sigiſmundum per ipſorũ regionem tranſitum facere, miſerunt nuncium, qui moneret vt ipſorũ regione excederet. Hic nuncio Venetorũ parẽte neglexit, niſi cerneret eos reipſa tranſitum prohibituros. Veneti igitur cõgragato exercitu, vim facere parabant Sigiſmũdo, niſi confeſtim ſua deceſsiſſet regione. Vt cognouit Venetos id moliri, copias in aciem eduxit, & cum Venetorum exercitu prælium cõmiſit. Amiſit autem in eo pręlio non modicam exercitus partem: ipſéque in fugam compulſus, ægrè, quo minus caperetur, fuga euaſit. Cũ iam planiſsimè deſperaret ſe poſſe per Venetorum regionem adire Romam, iter flectit in ſuperiorem

** forte Hãburgũ, vel Bambergã*

** Auguſtæ Achiliæ, id eſt Straubingæ. pro Auguſta Vindelicæ quam tamen autor videtur pro Sueuis poſuiſſe. Alij Aquileiam ponũt: ſed quomodo, non video.*

** Al. Bauariæ.*

*Germaniæ laus.*

*De Vngaria non ſatis comperta.*

** Tzechios.*

*Pannonũ mores.*

** gubernatorem.*

** forte Polonorum.*

*Buda.*

*De Sigiſmũdo im. non ſatis rectè.*

** Znoymæ*

*Im. eligendi ius ad Germanos translatũ.*

*Sigiſmundi coronatio.*

tem Germaniam, peruenitque ad Liguriæ ſiue Mediolani principem. Hinc iter Romam inſtituit: quò quum veniſſet, Imperator à Pontifice maximo conſalutatus eſt. Poſtea rogauit Pontificē maximum auxilium, quo adiutus, expeditionem contra barbaros ſuſceptam conficere poſſet. Flagitabat autem pecuniam, viroſque.

*Burgundiæ dux Sacri belli Imp.*

Pontifex legatione miſſa ad Gallorum regem, Burgundiæque Ducem, effecit vt ſibi darentur octo millia militum: belli autem ducem, accepit Burgundiæ Ducis fratrem. Sigiſmundus quoq; ſe ad bellum parabat, conſcribens exercitum ex Germanis, quoſcunque potuit mercede conducens. Cum iam ad bellum ſatis foret inſtructus, aſſumptiſq; Pannonibus & Dacis (qui & Valachi) qui itinera monſtrarent, rectáq; per Iſtrum contra Paiazitem copias duxit. Legatos quoque miſit, conſulente id Pontifice maximo, ad Hiſpanorum Italorumque Principes, petens ad iſtam expeditionem militea, & pecuniam. Pontifex quoq; milites miſit, & pecuniam ſuppeditauit. Paiazites, quamprimùm didicit Sigiſmundum Romanorum Imperatorem magnis copijs ſtipatum, aduerſum ſe pergere, accepto Europæ Aſiæq; exercitu, ſumma celeritate obuiam profectus eſt hoſti vſque ad Iſtrum: caſtráq; cōmuniuit ab Iſtro ſtadijs quaſi quadraginta.

*Burgundionum temeritas.*

Galli autem, vt ſunt audacea, plerunque verò imprudentes, cum cuperēt victoriam ſuam facere, arma capiunt, barbaroſq; aggrediuntur, quaſi eos primo impetu domituri. Tandem cū prælium vtrinque maxima virtute ferueret, Galli fugam ineunt: incitatiſsimóq; curſu cum agerentur ad ſuos, inſequentibus Turcis, & Sigiſmundi militibus admixtis, atrox prælium co-

*Chriſtianorū clades, 1395.*

ortum eſt. Cum acriter inſtarent Turci, etiam Pannones & Germani fugæ Gallorū ſe ſociant. Feſtinantibus autem ijs Iſtrum tranſire, maxima pars exercitus flumine abſumpta eſt. Facta eſt cædes magna Gallorum & Pannonum pereuntium. Dux Burgundionum, qui totius belli Imperator electus erat, ab hoſtib. captus eſt, capti ſunt & alij Pannones, Galliq; plurimi. At Sigiſmundus in maximum vitę diſcrimen adductus, vixq; hoſtis manus quò minus caperetur, effugiens, triremen, quæ in flumine erat, cōſcendit, Byzantiumq; ad Græcorum regem nauigauit. Cum plurima cum iſto rege diſſeruiſſet, & quæ volebat, expediuiſſet, domum reuerſus eſt, Paiazites, Amuratis filius, Gallis Pannonibuſq; fuſis atq; fugatis, regionem eorum iam maiore ſecuritate populabatur. Quinetiam contra hos exercitus ductabat, mancipiáq; plurima capiebat. Proficiſcens autem hoſtili animo cōtra Budam Pannonū regni ſedem, podagra laborauit: nec tamen admodum eo morbo afflictus eſt. Haud tamen aſſequi queo, quid ei impedimento fore potuiſſet, cum feſtinaret aduerſus Budam, quo minus eam vrbem ſuæ ditionis faceret, regionemq; vniuerſam ſubijceret. Verùm peropportunè podagra tū laborans, reuerſus eſt domum: etiam copias in ſuam regionem abduxit. Poſtea miſsis exercitibus, Pannoniam & Pennodaciam vaſtabat. Tempore autem aliquantulo interpoſito, bellum Myrxæ (noſtri Marcum vocant) Daciæ duci intulit: crimini ei dans, quòd

*Myrxa ſiue Marcus ſeu Merebna Valachorum dux.*

prior adinngens ſe Pannonibus, contra ſe bellum geſſerit. Dacorum (ſiue Valachorum, in quibna & Moldaui) gens bello præſtantiſſima eſt, nec tamen admodum bonis gubernatur legibus. Vicos plerunque incolunt, ſequentes paſcua. Extenditur horum regio [*] ab Pannonum Ardelio, à Pannonum Dacia (quæ & tranſyluania) initium ſumens, vſq; ad Pontū Euxinum.

*[*] à monte Orbelo ac Peucino initium ſumens.*

A dextra, quà vergit ad mare, Iſtro fluuio alluitur: à ſiniſtra regionem Bogdaniam appellatam habet. Diſtinguit ipſorum regionem mons longè ſe porrigens, cui Praſabo (qui olim Hæmus) nomen incolæ dixerunt. Huic regioni adiacent quidam, de Scytharum genere non pauci, qui opibus plurimum poſſunt, ſubiecti Cazimiro Polonorum regi. Iſtum regem comitantur Scythæ Nomades, quocunque bellum verterit. Virtus autem eius in omni bello præclara habita eſt.

*Poloni. Caſimirus rex. Sarmatæ.*

Ijs finitimi ſunt, qua ſe in Septentrionē pandunt, Poloni: qua verò reſpicit Orientem, Sarmatæ. Dacorum lingua ſimilis eſt Italorum linguæ: adeò tamen corrupta & differens, vt difficulter Itali queant intelligere, quæ illorum verbis pronunciantur.

*Valachi Rom. coloni.*

Vnde autem lingua moribuſq; Romania vſi, in iſtam regionem acceſſerint, ibiq; ſedes fixerint, à nullo mortalium accepi: nec aliquem audiui, qui iſta liquidò cōmemoraret. Dicuntur tamen homines vndiq; confluentes in iſtam regionem penetraſſe: haud interim extante aliquo memorabili iſtius gentis exemplo, quod operæprecium ſit vt præſenti hiſtoriæ intexatur. Nihil differunt ab Italis cętera etiam victus ratione, armorumq; & ſuppellectilis apparatu etiamnū eodem vtētes. Quamuis ea gens in duos diſcreta ſit principatus, in Bogdianam videlicet (quæ & Moldauia) &

*Bogdiana.*

Iſtriam regionem: haud tamen æquo inter ſe iure viuunt. Conſueuerunt non ſemper eoſdem habere duces: verùm prout ipſis videtur commodum, principes mutant, nunc hunc nunc illum ſibi principem ordinantes. Myrxam iſtum, qui auito iſtorum ducum genere erat ortus, accitum ſibi ducem conſtituerunt, occiſo [*] Dàno, qui antea rerum potiebatur.

*[*] Dan Boſinia.*

Mirxas hic concumbens ſæpius cum pellice, filios ſpurios ex ea tulit non paucos in Dacia. Hinc mortuo Myrxa naſcebantur frequenter alij Dacorū duces, qui vſque ad hoc tempus in regno durarunt.

*Myrxa contra Tur. virtus.*

Contra iſtum Myrxam Paiazites, crimini dans quòd prior incipiens bellum, ſocia arma iunxiſſet Sigiſmundo Romanorum Imperatori, cum exercitu profectus eſt. Traiecto Iſtro porrò progreſſus, prædam mancipiorū multam ex iſta regione rapiebat. Myrxas collecta manu non modica ſuorū, quomodo obuiam procedere hoſti, pręlijque poteſtatem facere poſſet, nullo modo conſultabat. Vxores & liberos deponēs in montem Praſobum, ſequebatur Paiazitis exercitum per glandiferas iſtius regionis ſyluas: quę cum plurimæ ibi ſint, regionē ambiunt, adeò vt eam difficilem acceſſu hoſtibus præſtent, captúque haud facilem. Myrxas ſequens Paiazitis exerci-

tum

tum, inſignia virtutis opera faciebat, impigrè cum hoſtibus manus conferens, ſicubi auulſi erant ab reliquo exercitu, aut ſicubi frumentatum aut ad prædas pecoris agendas ſe conuertiſſent. Et in hunc modum ſequens hoſtilem exercitum, magna audacia freius, ex aperto cum hoſte conflixit. Aiunt, Mirxam tranſennri exercitui grauiter inſtitiſſe: cumq; foret in loco admodum difficili hoſtilis exercitus, eum adortus eſt: necceſſauit hoſtem fortiter mactare. Ibi Brenezes regius miniſter, cum bonom dediſſet cõſilium, videlicet vt caſtra eo loci communirent, mali liberationem inuenerunt. Ex hoc tempore longè gratiſsimus fuit regi Brenezes: electuſque ab eo dux, tandem maximam nactus eſt potentiam. Paiazites, ſicuti conſuluerat Brenezes, eo loci caſtra metatos eſt, & quiete per eũ diem exercitum recreauit. Poſtero autem die exercitum quàm potuit tutiſsimè tranſmiſſo Iſtro, in ſuam regionem reduxit. In hunc modum exercitus, quem contra Dacos duxerat, domum reuerſus eſt. His peractis, bellom mouit cõtra Byzantiũ, vrbemq; tali de caoſa obſidione cinxit.

*Græc. im. Turcis militant.* Græcorũ reges conceſſerant in poteſtatem Paiazitis: periude in Ianuis degebant quotannis militantes ſub Paiazite, quocunq; vim belli vertiſſet. Paiazites, cum quondam foret Pherris Macedooiæ, ibiq; moras traheret, Græcorum rex, Spartæ dux, Conſtantinns *Nazarci filius, Stephanuſq; Eleazari filius, profecti ſunt in Ianuas. Ibi tum ad regem Paiazitem venit Mamonas ab Peloponneſo, qoi quondam imperio rexerat *Epidamoum: accuſabatque Græcorum regis fratrem, vt qui ſibi Epidamnum eripuiſſet, & iniurijs plurimis ſe obruiſſet. Paiazites indignatione inflammabatur contra Græcorum regem. Iodignationem hanc regis augebat inſtigando Ioannes Andronici regia filius, qui præſto erat, vt victum apud Paiazitem habebat. Ferunt, quòd rex conatus ſit eum iorerficere, cum colloqueretur ſecom. Verùm cunctatus eſt. Nec tamen multo pòſt illum interemit Halies Charatinis filius, qui ei admodum familiaris erat, multiſq; opibus ab eo donatus. Conuenientes igitur io vnum duces illi, cum ea tempeſtate in Ianuis agerent, conſilium inibant non amplius redeundi in Iannas. *Fœdus cõtra Turc.* Conſtantinns Zarci filius, Dragaſiſq; frater, ſcientia militari facilè omnes excellebat, nec vlli prudentia credebatur tum temporis ſecundns. Is bello adortus Albanos & Tryballos hoſtes, in ditionem accepit regionem haud pœnitendam. Quo mortuo, Conſtantinus frater regionem obtinuit. Iaouaſq; frequentare coactus eſt. Hic promittit Græcorum regi filiam ſe depoſiturum, ſi rata manſerint ea quæ ſuper defectione conuenerint. *Pater Græcus imper. filio vxorem eripit.* Duxerat iſte Emanuel iam antè regis Colchorum (qui & Trapezuntis Imperator) filiam vidnam, quæ fuerat Zetinis Turcorum cuiuſdam dncis vxor, forma ſupra modum venuſta. Quam cum Byzantium à Colchide adduxiſſet, videns eam pater forma præditam excellenti, nec non alijs excellere quæ in muliere dicuntur bona, non dubitauit eam auferre filio, ſibique connubio iuogere.

*Zarci.* — *Epidaurum.*

Erat autem is adeò afflictus podagra, vt ne quidem erectus ſtare potuerit. Ferunt hunc infanientem amore muliebri, plurima indecora cõmiſiſſe: delectatumque pſalterijs, hatumque conſuetudine delinitum, auram decenter adminiſtrandi regni negligenter omiſiſſe. Poſtquam nuptiæ, vt conuenerat, interceſsiſſent, duces ad defectionem adſpirãt, cum ſinguli, quantum poſſent, ad ſuam regionem dilaberentur. Rex Græcorum fugiens Turcorum regem quarto die à Pherris Byzantium (vt perhibent) peruenit. Theodorus huius frater venit in Peloponneſum. Reliqui quoque, impetrato à rege commeatu, ad ſua redierunt. Appetente deinde æſtate, Byzantij rex cum ſe non conferret in Ianuas, nunciareturq; Paiaziti, ipſum nunquam deinceps in Ianuas affuturum, decreuit mittere Byzantium Haliem Charatinis filium, cui plurimũ fidebat. *Hali legatus ad im.* Huic præcepit, vt iuberet Græcorum regem venire in Ianuas: ſi teneret, renuenti illicò bellum indiceret. Halies autem, cum appuliſſet Byzantium, publicè quæ habebat mandata, regi exponit: priuatim verò regi conſuluit in colloquium admiſſus, ne Ianuas adiret. Emannel reſpondit, ſe imperata promptiſſimè facturum, ſibi vitam non amplius ſuauem fore, dicere, ſi offendiſſet regem: ſe breui in Ianuas, iuxta præceptum regis, aduenturum. Deinde abeunte Halie, cum iam conſtaret, eum nequaquam reuerſurum in Ianuas, arma aduerſus eum arripuit, Byzantiumq; oppugnauit. *Conſtantinopolis à Turc. obſeſſa.* Cum eò cum exercitu pergeret, terram eorum ſingulaſq; regiones grauiſsima vaſtitate afflixit: ſuburbanáq; omnia diripuit. Vrbis oppugnatio cũ parum ſuccederet, reuerſus eſt domum: ſingulíſq; annis mittebat exercitus, peragebatq; longam illam obſidionem, quæ decennio durauit. Hæc obſidio plurimum damni Byzantijs inuexit. plurimi namque fame necati ſunt, plurimi quoque deſciuerunt ad barbarum. Syllebria in poteſtatem Paiazitis venit. *Selymbria* Huius moderator erat Ioannes Andronici filius, qui fugiens Byzantio, ne inciderer in patrui iras Byzantinm regeoris, cum fuga neutiquam ſibi conſulere poſſet, ſemetipſum patruo tradidit, vt eo ad ſuum vteretur arbitrinm. Patruus eũ miſit in Italiam: vbi cum imperata exequutus eſſet, legatus ire iuſſus eſt ad *Ianuenſes, auxilium oraturus; quibus tamen occultè nuncium miſerat, vt Ioannem aduenientem in vincula conijcerent, nec quóquam eum abire paterentur. *Genuenſes.* Hic tandem interiecto tempore, cum diu in carcere latuiſſet, erupit: carceréq; liberatus, relicta Italia, contendit ad regem Paiazitem, ea tẽpeſtate Byzantium oppugnantẽ: à quo amicè ſuſceptus eſt, & exercitu armato, Syllebriam pactionib. in ditionem accepit, Ioannemq; eidem rectorem dedit. Reuerſus Byzantium, cum eam vrbẽ vi expugnare non poſſet, fame eos debellandos eſſe ſtatuit. Vrbem eam certè cepiſſet, niſi *Temires nunciatus eſſet magna manu aduerſus ipſum aduẽtare. *Tamerlanes.* Quod quidem eo tempore accidit, quando à Temire Paiazites captus, pleraq; Aſiani imperij amiſit. Paiazites cum nihilominus à Byzantij

oppugnatione ceſſerat, ſciretq; Græcorum rex ſuas copias in arctum coactas, nec poſſet inoenire huic vrgenti malo remedium, Byzantium patrueli ſuo Andronici filio Ioanni cõmiſit. Nam Ioanni huic grauiter iratus erat Paiazites, quaſi ipſe in cauſa eſſet, quo minus Byzantium in ditionam veniret, laborans igitur ſiniſtra apud regem Paiazitem ſuſpitione, ne eios iram experi-

*Imper. in Italiam profectio,* reretur, fuga ſe Byzantium recapit. Huius aduentus patruo Byzátij regi perquàm gratus extitit, qui vrbem patruelis fidei cõmendans, nanigauit in Italiam, petiturus aoxilium cõtra longam illam obſidionem, ne videlicet vrbem iſtam inſignem pereuntem negligeret. Com veniſſat in Peloponneſum, vxorem ſoam depoſuit apud fratrem: ipſéq; cõſcenſa naui iter in Italiam maturauit. Cum audijſſet Venetos, ijſque quæ vellet explanaſſet, iter ad Liguriæ principem Mediolaniq; docem inſtituit: à quo comiter exceptus, pecunia, equis, viæq; ductoribus oblatis, miſſus eſt ad Galliarum regem. Cum proceſsiſſet in conſpectum Gallorum regis, rogauit, ne Byzantium vrbem Græcorũ regiam, genera Galliarum regibus iunctam, in ſummum diſcrimen deductam, deſpiceret. Regem aũt Gallorum inueoit furioſum, & diligenti cuſtodia ab optimatibus aſſeruatũ, donec morbus curaretur, rexq; ſanitatem reciperet: longo igitur tempore ibi

*Galliæ deſcriptio.* hæſit. Gens Gallorum eſt admodum antiqua, opulentáque. Proinde cum nimium ſibi tribuat eo quòd ſuperet reliquas Occidentis gentes, etiam Romani Imperij moderamen ſibi vendicant. Horum regionis terminus Orientalis, eſt Ligurum regio: meridionalis, Hiſpania: ſeptentrionalis, Germania: verſus Occidentem, Oceano Britannicisq; clauditur inſulis. Longitudo eios colligitur ab Alpib. quæ ſunt extra Italiam, vſque ad Oceanum & Germanos, itinere maximè decem & ſeptem dierum, ab Italia vſque ad Oceanum: ab Hiſpania vſque in Germaniam ſe extendit itinere maximè decem & nouem dierũ

*Lutetia.* Lutetia, vbi regni ſedes, diuitijs opibuſque, & reliqua felicitate excellit. Sunt quoque in iſta regione vrbes non paucæ regi ſubiectæ, quæ proprijs reguntur legibus. Ducatus & duces iſtius regionis ſunt ditiſsimi & opulentiſsimi, qui regi parent ſemper in Aulam eius accedentes.

*Burgundiæ dux. Comes Flandriæ.* Horum de grege eſt & Burgundiæ Dux, imperitans regioni magnæ, nec non vrbibus plurimis: inter quas etiam recenſetur Brugenſium vrbs, & * Cloziorum maritimorũ: nec nõ * Gantyna, vrbs magna, & florens opibus. Eſt autem Brugenſium vrbs maritima, Oceano adiacens è regione Angliæ, inſulæ ſic appellatæ: ad quam & naues à noſtro mari, & ab vrbibus in Oceanum vergentibus, ab Germania, Hiſpania, Anglia, Daciáque, & à reliquis regionibus appel-

**Scluſorũ *Gandauum.*

*Flandria.* lunt. Flandria iſti regioni nomen eſt. Extant aũt Burgundiæ Ducum egregia facinora, edita aduerſus Galliam, Galliæque regem, præterea aduerſus Anglos. Poſtea Dux continentis Britannicæ finitimus eſt, prodiens ex ea terra quæ pertinet ad regionem regis. Vltra hos conterminus eſt Dux (*Deeſt aliquid*) His regionibus adnexa eſt

*Sabaudia.* Sabaudia, regio ampliſsima, & pulcherrima, ad Liguriam vſque excurrens. Quantum aũt ſpectat ad maritimam Galliæ regionem, in hunc modum mihi ad præſentem hiſtoriam addita

*Genua.* ſit. At Ianua, quæ eſt quaſi porta Galliæ, amplectitur regionem quæ verſus prouinciam vergit, quam imperij habenis temperat Rogarius rex,

*Nicea.* ortus ex inclyta Galliæ regum proſapia, Nicia metropolis eſt prouinciæ. Hinc ſequuntur &

**Aueniorum.* aliæ vrbes, inter quas cõmemoratur * Tabiniurum vrbs, quæ poorem habet maximum eorum qui in orbe ſunt, qua patet aditus ad Barcenonem regionem. In hunc modum, quantum breuiter potui, deſcripta ſit Gallia. Vetuſtate dicũt gentem hanc plurimùm excellere, præterea ſæpius magna cum gloria fudiſſe barbaros ex Libya profectos, præſertim eo tempore quo Gallorum reges & Cæſares imperijq; Romani reges aligebantur. Carolum aũt ferunt præ reliquis regib. ſtrenuè rem geſiſſe aduerſus Pœnos (qui & Saraceni:) cui auxilio venere, Orlandus, vir eximia fortitudine, ſcientiáque militari illuſtris: & Rhinaldus, Oliberiuſque, nec nõ alij Duces Palatini nuncupati. Qui vbique, cum in Gallia, tum in Hiberia fugaoere hoſtes, plurimas inſignes nacti ſunt victorias. Eorum gloria adhuc hodie laudibus apud Italos, Gallos, Hiſpanosq; celebratur.

*Carolus Magnus cõtra Saracenos.*

*Orlandus ſiue Rolandus & Rinaldus, Oliuerius, Palatini.*

Pœni enim eà traijcientes, vbi Herculis columnæ viſuntur, incurſionem fecerunt in Iberiam, quam ſumma celeritate occuparũt. Hinc Nauarram capientes, Portugalliæque regionem; quà patet vſque ad Taraconem, & quæ ad hanc pertinent ſubigentes, deuenerunt & in Galliam. Carolus cum ſuis obuiam his agreſſus, egregia facinora patrauit. Nam Carolus, principeſque quos ſuprà nominauimus, expulerunt eos Celtiberorum & Gallorũ regione. Qui fugientes, receperunt ſe in Granatam vrbem munitiſsimam, ſitam in monte qui in Oceanum ſe proijcit. Ab iſto portu paululum progreſsi, Hiſpaniam bello adorti ſunt: multamq; nacti regionem, ibi habitarunt. At Carolus principeſq; ſui hoſtiliter eos perſequuti ſunt. Regionem autem bello partam generis propinquis dederunt, Iberiam videlicet, Nauarram, & Taraconem, Propinquos à barbaris obſeſſos obſidione liberarunt. Tandem regionem inter ſeſe diſtribuentes, ſinguli partem ad ſe pertinentẽ acceperunt. Qui cum in hunc modum bellum confeciſſent, ab omnibus etiam hodie canũtur, vt qui fuerint viri ſpectatæ virtutis. * Hormindus dux ſiti debellatus occubuit. * Rhimæus ſuccedens in bellum ceptum, tandem id Hiſpaniæ regibus reliquit. Qui ſuſcepto bello, etiamnum res Pœnorum agere & ferre putantur. Gens iſta Libyca linguam Arabicam in vſu habet: moribus & religione imitantur Mechmetem. veſtitu vtuntur partim barbarico, partim Hiſpanico. Galli rebus præclarè longè lateque geſtis ſuperbientes, ſe nobilitate & claritate reliquas Occidentis gentes longè antecedere putant. Victus horum parcior quàm Italorum delicatior, in ſupellectili nullam inuenias differentiam. Lingua Gallorũ differt à lingua Italorum; nec tamen adeò ab ea recedit

*Saraceni in Hiſpaniam.*

**Orlãdus *Rinaldus*

cedit, vt eam aliam ab Italorum lingua dixeris. Primas ſemper ferre voluot, quaſcumque Occidentis acceſſerint gentes. Verùm aliquantulum de iſta inſcitia remiſerunt, poſtquam Angli, genus hominum Britanniam incolens, illam gentem debellauerunt, regionemq; & ipſos ſuæ ditioni iunxerunt. Cùm eos regno ſpoliaſſent, exercitum Lutetiam adduxerũt, eamq; vrbem obſidione circundedere. Diſcordia autẽ inter Gallos Angloſq; exorta, huiuſmodi principium habuit. Vrbs eſt, * Caledam nomine vocant, ſita in maritima Celticæ Galliæ regione, iuxta Oceanum. Claritate nõ admodum celebris habatur: verùm locus vbi ædificata eſt, natura cenſetur munitiſsimus. Cõmodiſsimè hinc ex Gallis in Britanniã nauigatur. Tanta quoq; portus commoditas eſt, vt præbeat viam facilem irruendi in Galliam. Rex Britannorum proditionem paciſcens cum oppidania, iſtam vrbem per Inſidias in poteſtatem accepit: captam ſuo imperio rexit. Gallorum regi oranti vt ſibi reſtituatur ea vrba, reſpondit: Nunc non eſſe ſibi in animo vt reddat vrbem. Præſidio quoque eam firmarunt Angli, traijcientes eò ab inſula. At vbi Gallus copias vrbi admouit, eá lõgo tempore obſidione preſſit. Poſtea cũ oppugnatio parũ procederet, exercitum reduxit domum. Tranſeuntes itaq; Britanni cum ſuo rege, denuò Gallorum regionem populabantur: & adcurrentes cum Gallorum manu non modica, prælium commiſere: ac maximam horum partem penitùs deleuerunt. In hunc modũ iſta cladea accepta eſt. Angli cùm ad regionis prædá eſſent conuerſi, quicquid rapuiſſent, portabant retrò, vt in ſua ca deportarant, Galli, vbi deprehendiſſent eos in hũc modum agere, inſequi ſtatuêra. Priuſquam tamen iu conſpectum hoſtiũ veniſſent, Angli Caledam in locum munitiſsimum ſeſe receperõt. Verùm Galli deinceps cinxerunt eos ſuis copijs, conſtitutos in colle quodam. Angli in ancipiti verſaotes diſcrimine, & quò ſe verterent neſcij, dicere iubent Celtis, ſe prędam reddituros, armáq; tradituros, ſi incolumes in ſuam regionem redire permittantur. Galli reſponderunt, ſe non prius eos dimiſſuros, quàm pœnas iniuriarum vaſtatæq; regionis dederint. Hinc ſentientes Britanni in extremo ſe verſari periculo, manus conſerentes cum Gallis, pauci cum multis, viros fortiſsimos ſe exhibuêre. Hoſtes fugã inire compellunt: fugientes perſequuntur, plurimoſq; eò loci trucidant. Verùm quidam docent, nequaquam fas eſſe Gallis fugere: proinde nec fuga ſibi conſuluiſſe, ſed fortiter præliantes ibi occubuiſſe. Hinc exiſtimant Galli, ſe fortitudine gloriæque ſplendore anteire reliquas gentes. At Britanni cum victoria eſſent potiti, minore iam cum metu arma mouêre cõtra Gallorum vrbes, quas obſederunt: paulatimq; progreſsi, tandem prælium fecerunt in campo Lypæ (mœroris) ſic dicto. Verùm cum eo victoriã non eſſent aſſecuti, caſtris poſitis quieuerunt. At die poſtero prælium redintegrantes, Gallos conſtipatos & confertos, ſeparatos quoque, vt quemq; enacti erant, neci dant. Hinc regionem

*Intelligit Cales, ſiue Calletum.

Cales occaſio bellũ inter Anglos & Gallos.

Bellũ Angli Galli-capum.

Cales captum ab Anglis, 1347. Recuperatum verò à Gallis, 8. die Ianuarij, anno Domini 1557.

Galliæ propemodum vniuerſam ſubijcientes Britanni, profecti ſunt contra Lutetiam regni ſedem. Iam periculum grauiſsimum Gallis impendebat: proinde ad ſuperſtitiones, vt huiuſcemodi fortunis fieri ſolet, conuertuntur. Erat mulier forma haud illiberali, quæ dicebat ſibi cum Deo eſſe colloquium. Hæc regebat Gallos, qui ipſam ſequebantur. Mulier autem cùm foret militiæ dux, indicabat numinis indicio ſe ſcire, Britannos cum exercitu aduenire. Commiſſa tandem pugna, cùm victoriam Angli non eſſent adepti, in caſtra ſe receperunt. Poſtero die freti virtute mulieris, quæ exercitum ductabat, prælij poteſtatem faciunt. Eo in prælio hoſtes fugarunt, fugientes perſecuti ſunt. Mulier illa in eo prælio deſiderata eſt. At Galli cùm recepiſſent animos, iamq; fortitudinis collegiſſent famam, fortiter contra Britannos dimicantes, vrbes ſuas recuperarũt, regnũq; tutati ſunt, quamuis plurimi & maximi exercitus à Britannia in Galliã tranſirent, tamen Galli ſemper victoriam pugnantes inuenere. Hoſtes fugere coegerunt Caledam, tandemq; penitùs eos è Gallia pepulerunt. Britannia & inſulæ tres ſunt è regione Flandriæ, longè lateq; Oceanum occupantes. Vna ſita eſt eò loci, vbi maria inundatio ſiue æſtuatiũ conſpicitur. Reliquæ tres ſunt, vbi aquæ in gurgitem conuerſę reuertuntur. Rectius quis dixerit, iſtas inſulas vnam eſſe: quoniá vna exiſtens, & ad eãdem ſeſe extendens, ijſdẽ legibus & moribus ijſdẽ gubernatur: & vni ſubiecta magiſtratui, quæ ſibi vtilia ſunt ꝓſpicit. Inſulæ huius ambitus continet quinq; maximè millia ſtadiorũ. Eam tenet gens populoſa & fortis. Habet vrbes magnas, & opib. florentes, necnon vicos quàm plurimos. Rex eam gentem imperio temperat. Londras regni metropolis & ſedes habetur. Sunt in iſta regione principatus non pauci, qui obtemperant regi, nõ ſecus ac in Gallia fieri ſupra memorauimus. Nec quiſquã rex facilè his principatũ eripuerit: nec etiam præter ſuas conſuetudines ſtatutaq; regi obſequi tenentur. Ea inſula plurimas calamitates experta eſt, gerens inimicitias cum multis principibus, cum rege quoq; inimicitias ſuſcipiens, & inteſtinis ſeditionibus interdũ laborans. Profert regio iſta vinum nullibi: nec etiá reliquorũ fructuũ admodũ fertilis eſt. Frumenti autem & hordei & mellis, lanæq; plurima eſt affluentia, adeò vt is lõgè reliquis regionibus vberior ſit: plurimas itaq; veſtes contexunt. Lingua vtuntur propemodum peculiari, qua nec Germanos, nec Gallos, nec alios finitimos populos referunt. Quotidiano vitæ vſu, moribus quoq; & victu nihil à Gallis diſcrepant, parua ipſis vxorũ liberorumq; cura eſt: Itaq; per vniuerſam inſulam hic mos ſeruatur, quando quòs amici domum vocatus ingreditur, vt primùm cum amici vxore concumbat, deinde benignè hoſpitio excipiatur. In peregri nationib. quoq; mutuis vtũtur vxoribus amici. Eadem cõſuetudo obſeruatur in † Phrantalorũ regione ibi maritima, vſq; ad Germaniam. Nec ꝓbroſum ducunt, vxores & filias in hunc modũ imprægnari. Metropolis eius inſulę, vitis, opib.

Anna, ſiue Ioãna Francæ puella, quã viuam eſſe combuſtã tradũt, 1411.

Britanniã deſcriptio mores, conſuetudines.

Londra Londiniũ hodie.

Platonica reſpub.

† Al. Vandalorum.

potentia reliquas vrbes antecedit: diuitijs quoque & reliqua felicitate omnes vrbes Occidentem ſpectantes facilè ſuperat. Fortitudine & virtute bellica ea gens melior finitimis, & alijs plurimis Occidentis populis cenſetur. Quantum ad armorum habitum attinet, ſcuta Italica, & gladios Græcos geſtant. Miſsilibus vtuntur oblongis, adeò vt pletunque ea ſtantes in terram defigant. Flumen Themeſis nomine, iſtam vrbem alluit, magnum & rapidum, quod in gallicum mare effunditur ab vrbe ſtadijs decem & ducentis: ibiq; reſtagnat adeò, vt facilè nauibus hinc ad vrbem accedere liceat. Et ſanè aqua refluit ægrè in fluuium aſceudens ptopter vrbia obiectum, fluens per gurgitem, qui eſt in regione maritima Gegeutiæ. Vbi autem aqua in inſula ſe receperit in gurgitem, naues in ſicco deſtitui conſtat, expectanres donec inundario aquarum ſolita redeat. Inundatio aquæ excreſcit, vbi plurimum, ad cubiros regios quiodecim: vbi verò minimum, ad vndecim cubitorũ menſuram augeſcit. Nocte igitur & die reeedentes, poſtea remeant aquæ, idq; bis in ſpacio XXIIII. horarum. Luna cùm fuerit in medio cœlo horizontis noſtri, & eius qui ſubter terram eſt, in contrarium motum aquæ diſcedunt. Verùm vt cauſas huius reclprocarioniainueſtigemus, in hôc modum nos inquiſitionem facete oportet. Lunæ ſydus adeò ordinarũ eſt, vt aquarum natura adminiſtret. Hinc credimus, Lunæ naturá & temperaturam, quam initio à Deo magno rege accepit, non abhòrrere ab aquarum natura. Nam cum ſuo motu ſe in altũ recipiat, attrahit aqoas ſub ſe exiſtenres, donec ad maximũ ſui motus aſcenſum peruenerit. Deinde ipſa deſcendenre, aquæ refluuot, non amplius quàm donec fuerit ĩu deſcenſu, ipſam ſequentes. Vbi autem ad ima ſui curſus deſcenderit, & in altum iterum aſſurgere inceperis, aquæ redeontes inundant. Verùm ſi acceſſerint venti, accidit vt aquæ magis mooeantur. Vudecunq; tamen motus principium aqoæ ſuſceperunt, conſtat eas duplici motu moueri, imitantes huius vniuerſi cœll motũ, qui partim naturalis, partim violentua cenſetur. Itsq; nlſi in harmonia aooi à parte ſibi cooſona motus iſte receſſerit plurimæ & variæ motus ſpecies exoriuntur. Er ſanè iu primis ſuauæ ſpeculationi, iucundumq; viſui & auditui ſpectaculum fuerit, ſi in debitam menſuram quandam huius vniuerſi anima contracta fuerit, quaſi ſentiat ſuos motus, & inter ſe cõmiſceat, debitamq; harmoniam, qoæ plurimò delectationia contineat, pulchrè conſtituat. Ab hoc metu dupliei etiam anima noſtra motum duplicem accipit, & duplicirer corpora mouet, partim quidem vt creſcant, partim verò vt decreſcant, nam dum huius vniuerſi motum anima noſtra comitatur, neceſsitas exigit vt motus oaturalia generationem & augmentum violentus verò corruptiouem & interitum naturalium corporum gignat. Hæc quidem, quantum attinet ad Oceanũ, & ad duplicem eorũ quæ animam habent, motũ, quocunq; tandẽ motu impellatur, dixiſſe ſufficiat. At humorem qui in nuſtro eſt mari, nõ neceſſe eſt iſto agitari motu: verùm pro natura ventorum, & locorum, quibus opportunus eſt, motus ciere ſolet humor. Illa commemoraoimus hactenus, quia ſpectare viſa ſunt præcipuè ad Oceani reliquorumq; marium plerunq; motum. Nunc vnde digreſsi ſumus, redeundum eſt. Rex Græcorum cùm in Galliam veniſſet, regem Gallotum phreneſi laborantẽ offendit: nec potuit à quoquam Galliæ ducum impetrare ea, propter quæ iter in Galliã intenderat. Quapropter conſulentibus id optimatibus, qui erant, moras trahere ſtatuit, donec rex curaretur. Cùm autem morbus in longum protraheretur, manere diutius non fuit auſus: proinde tranſita Germania & Pannonia, domum redijt. Paiazites ea rampeſtare oppognatioui vrbis Byzantiæ intentus erat. Miſit quoq; in Pelõponneſum exercitũ, qui complectebarur quinque mytiades hominũ. His præfecit Iagupem, eo tempore Europæ ducẽ. Ipſe autẽ incumbebat Byzautij oppugnationi, vt & id regnum ſibi ſubijceret. Iagupes, & Breuezes, qui tum clareſcere incipiebat, rebos fortiter geſtis, incurſionem fecere in Peloponneſum. Et quidem Brenezes, cùm ſæpius Peloponneſum tentaſſet, tandem ad populationes animũ conuertit, deuaſtana Peloponneſum: & alia Coronæ Methonæq; finitima loca. Iagupes Europæ dux cum exercitu accedens, Argos vrbem oppugnare aggreſſus eſt: eáq; eo tempore obtinuit. At Theodorus Spartæ dux hauc vrbem vendiderat, cùm Græci iam deſperarent de Byzautij Peloponneſiq; ſalute, ipſorumq; res in grauiſsima pericula adductæ eſſent. Tunc igitur, cùm Græcorũ res in ancipiti hæretent periculo, Argos vrbem Nauplio Græcorum oppido finitimam vendidit, haud magno precio. Spartam tamen, cùm in colloquium veniſſet cum Rhodi Nazaræis, ijs magna pecuniæ vi vendidit. Sparrani cognito ſe tradiros eſſe à ſuo duce, qui eo tẽpore aberat, Rhodi, admoniti à ſuo epiſcopo, qui id indicium fecerat, in comitiom eoocantur. Ibi multis vltrò citròq; iactatis, coniurarionem ſaciont, & vnanimiter conſpiraot, ſe nulli Nazaræorum aditum ad ſe conceſſuros: imò quiduis potins mali ſubitutos, quàm Latioorum Nazaræis parẽre veliot. Quò res iſta maiore auctoritate gereretur, epiſcopum ducem creant. Venientibua Nazaræis edicuut, vt continoò ſuis finibua diſcederent: ſin minus, ſe eos pro hoſtibus habituros. Hi igitut, cùm eonatus omnes caderent irriti, abiere, quaſi profecturi ad ducem Theodorum. Theodorus vbi reſciuit rem longè aliter quàm agitaſſet animo, eueniſſe, legatos ad Spartanos miſit, tentaturus eorum animos, ſi redeuntem denoò ſuſcipere vellent. Vt autem tentantis admiſerunt orationes, regreſſus eſt in vrbem, fidẽ dans, interpoſits iuriſiurandi religione, ſe nihil huiuſmodi amplius in animum inducturũ. Ea tempeſtate Veneti, præſidio arcem firmarunt, eamq; obtinuere. Contra Argos vrbem, vt eam oppugnaret, ſumma vi Iagupes copias duxit: aggreſſuſq; murũ ſæpius, nihil proficiebat. Nec multò poſt cum vrbem duobus in

*Aeſtuum cauſa.*

*Conſtantinopolis obſeſſa.*

*Argos Venetis vendita.*

*Rhodij Nazaræi dicti.*

locis

locis ſimul adortus eſſet, eâ capere ſumma ope nitebatur. Oppidanis autem, qui in ſiniſtra vrbis parte reſiſtebant, panicus terror, ſpecto viſo inijcitur. Putabant enim ſe vidiſſe virũ quendam indigenã dicentem, vrbem in dextra parte qua oppugnabatur, captam eſſe. Relicto itaq; loco iſto, citato agmine contenderunt ad dextram vrbis partem. Hinc hoſtes ſumptis animis muros ſuperarunt, vrbèmque illam gloria & vetuſtate præſtantem vi occupauere, penitùſque diripuere. Inde collegerunt Turci mancipiorum tres myriades: quæ omnia in Aſiã deportarunt, ibique habitare iuſſerunt, nec tamen potui inuenire, vt credam id verum eſſe: nec præterea cognoſcere potui, qui locus, vt eum incolerent, ipſis in Aſia à rege Paiazite aſcriptus ſit. Iagupes direpta Argo vrbe antiquiſsima, exercitum abduxit inde. Poſtea etiam Brenezes breui magnam potentiam nactus eſt, cùm intraſſet infeſto agmine Peloponneſum, & maritimam Macedoniã, contra Albanos fortiter dimicans, nec amplius electus eſt dux regiæ domus: verùm Turci eum ſequebantur promptiſsimè, quocunque exercitum duxiſſet, quia vbique felici rerum vtebatur ſucceſſu, exercituſque ditabat, quocunque militatum abijſſet. Equites enim Turcorum quidam, qui proprio nomine notantur, nec mercedem, nec quoque magiſtratus honorem à rege accipiunt: ſemper ſequuntur, quocunque quis eos eduxerit, conuerſi ad prædam & ſpolia diripienda. Horum ſinguli binos equos habent: vni inſident, alterum deſultorium abducunt ſecũ, cuius opera in prædis agendis vtuntur. Quando autem venerint in terram hoſtilem, accepto ſigno à duce, conſcendunt equos, quos ad id expeditos circumducunt: currunt citiſsimè, nihil morantes: & diſperſi rapiunt mancipia, & quæcunq; caſus obtulerit. Eo modo noui illos, qui cum Orchanis filio Amurata, & cum Paiazite ea tempeſtate in Europam tranſierant, ad prædas ſe conuertiſſe, & id viuendi genus ſibi elegiſſe: incredibiliq; incremento breui ſumpto, maximas acquiſiuiſſe opes, habitantes vndiq; per Europam, ab Scopiorum vrbe vſque ad Tryballorum Myſiorũmque regionem, etiam per Macedoniam diſperſos. Deinde circa Theſſaliam plurimos quoque ætatem egiſſe conſtat. Imperante Paiazite, fama eſt non modicam * Scytharum manum veniſſe in Daciam, & hinc legatos miſiſſe ad Paiazitem, qui peterent pecuniam & regionem: quibus freti, tranſituri eſſent Iſtrum cum Paiazite, & bella Europæ geſturi. Paiazites plurimũ delectatus illorũ ſermone, munera magna promiſit, ſi traijcerent, quemadmodum eſſent polliciti, Iſtrum: dicens, ſe ipſis aſsignaturum Europæ agas, vt ſinguli ibi viuentes ſuos duces ſectarentur. Qui in hunc modũ per Europam diſperſi, equites facti ſunt optimi, reiq; militaris peritiſsimi. Deinceps Paiazites timens vt duces illi Scytharum Europæ ſtatui aliquam innouationem inducerent, omnes comprehenſos, cùm in vnum conueniſſent, obtruncauit. Etiam hodie Scytharum magnam copiam vndique per

*Argos capta.*

*Miſera Chriſtianorum captiuitas.*

*Turcorũ equitũ deprædationes.*

** Tartarorum Scytharum in Daciã irruptio.*

Europam morantium videre eſt, quos ſedes capere in Macedonia Thermæ & Axio flumini finitima, Amurates iuſsit. Qui quoque plurimos Turcos in iſtam regionem induxit, vt eam incolerent. Campus Zagoræ nuncupatus, iubente Amurate, habitari cœptus eſt.* Etiam Philippolis regio, ab Amurate colonos accepit. At Cherroneſus Helleſponti iam antè ab Sulaimano fratre colonos ſortita eſt. Theſſalia & Scopiorum, necnon Tryballorum regio quà à Philippopoli vſq; in Hæmum, & Sophiam iſthoc nomine vicum patet, ab Amuratis filio Paiazite colonos nacta eſt: qui deinde Illyriorũ & Tryballorum regionem vaſtabat. Hæc loca omnia admodum opportuna fuère ad domandos hoſtes. Poſtea & alij plurimi in hanc regionem confluxerunt, cùm accepiſſent eam admodum eſſe idoneam recipiendis mancipijs, & alijs quæ hoſti extorſiſſent, ſeq; ibi tutiſsimos fore certò ſcientes. Paiazites in Aſiam tranſuectus, Ertzicam vrbem oppugnauit, & oppugnatam ſuæ ditioni fecit. Hinc progreſſus, Melitinen vrbem Euphrati impoſitam omni machinarum genere arietare aggreſſus eſt: at machinis aliquantulum fortiter reſtitit. Cùm autẽ oppugnatione vti nullo modo intermitteret Paiazites, pactionibus in fidem recepta eſt. Eo tempore quo arietes Melitinæ admouebantur, nunciatũ eſt Paiaziti, eam in deditionem acceptam eſſe. Tunc accedentes Aſianorum Turcorum duces, precibus fatigarunt regem Temirem, vt ſinguli ab ipſo in ſuam reducerentur regionem. Quoq; magis mouerent, religionem cõmunem, & generis propinquitatẽ, qua ipſum cõtingerent, prætendebant: addentes ſe, ipſum ſuę regionis & patrem & patronum elegiſſe. His adijciebant, vt cogitaret ſe propterea Aſiæ eſſe regem, vt nullo modo ſineret ſui generis homines, cùm nullas facerent iniurias, à quoquam contumelijs & iniurijs affici. Arbitrio autem eius permittebant, pœnas daturi quaſcunq; iuſsiſſet, ſi contra fœdera quid in Paiazitem commiſiſſe deprehenderentur. Temires Paiaziti non indignabatur, quia hactenus ſtrenuè res geſsiſſet contra hoſtes Turcicæ religionis. Vniuerſi enim orbis nobis noti religio potiſſimũ in duas diuiditur partes. Partim enim Machometanę, partim verò Chriſtianæ religioni adhærent. Reliquæ autem religiones, vt inutiles, nec in regnum admittuntur, nec etiam aliquam dignitatem merentur. Paiaziti autem nihil ſuccenſebat Temires, propterea quòd fortiter pugnaret pro herois Mechmetis religione: imò cenſebat ab omnibus ei plurimas gratias habendas. Hæc eius ab initio erat ſententia. Vbi autẽ à plurimis ad ſe veniẽtibus cognouit, eum neutiquã æquitatis eſſe ſtudioſum, nec contentum Aſiæ regno fore: verùm cùm eſſet vehementioris ingenij, vt facilè turbini aſsimilaretur, expeditionem contra Syriam, & Ægyptũ, & contra Memphiticum regem, eum moliri. His perſuaſus, legatos ad Paiazitem miſit, vt eum, ſi aliquo modo poſſet, reconciliaret ducibus. Miſit per manus legatorum etiã vellem, vt mos eſt regum Aſiæ imperiũ referentiũ, munus Paiaziti.

*Zagorenſis ager ſub Tixi philoſo Theodora imp. poſtquam ad fidem Chriſti cõuerſi fuiſſent, Bulgari acceperũt, circa annum domini 308.*

** Coloniæ Turc. in Europa.*

*Belli Tamerlanici occaſio.*

Legati

bet eius regionem in Aſie ſui iuris facere, & exiode in Europam tranſgredi. Nec prius redeũdi erat animos, quàm limites eius atrigiſſet, progrediendo vſq; ad Oceanum, qui eſt prope Herculis columnas. Ibi enim eſſe traiectũ maris anguſtiſsimũ acceperat, diſtinguentem Europam à Lybia. Hinc igitur in Aphricam tranſmittere decreuerat in ditioné recepra, domum tum demum remeare ſtatuerat. Hæc quidem Temires animo voluebat: verùm poſtulabát maioré fortunam, quèm Temiri è Deo toncelſa foret. Peiezites verò io ſpem erectua erat, ſe facilè victurũ Temirem, hoſtili animo accedenté. Spem iſtam faciebat coniectura, quam ab antiquis ducebat temporibus, quæ confirmabat, Aſianos reges ounquam quiuiſſe deuincere Europam: verùm Europæ homines in Aſiá progreſſos, regem ſuis principatibus ſpoliaſſe. Hæc animo ſecum verſans, ingentes coocipiebat ſpiritus, tanquã breuiſsimo bello etiem Temiris regnum diſiecturus. Cùm huc vſq; ſermonis ſerie ſim tractus, cogitemq; primem & ſecundam Temiris expeditionem, necnõ mala quæ iſtis temporibus contigere, cogitatio ſubit, Turcorum res incredibile intrementum eſſumere potuiſſe, ſi verſus Occidentem ire cupieotes, non iohibiri fuiſſent à rege Temire. Nec enim, ſi ſeditione regnũ Otomanidarum arſiſſet, & mutuis diſcordijs ipſi inter ſe concertaſſent, in adeò graue exitium res vergere potuiſſenr, vt contigiſſe tonſtat defuncto Paiazire, cum eius filij fœdè inter ſe contenderent, regiooemq; inuicem vaſtarent: vnde maximam & grauiſsimam Turcorũ genti calamitatem iouexère. Nunc aurem cùm ad anguſtiſſimam dignitatem à Deo Peiazitea fuerit euectus, contigit vt aliquantulum moleſtiarum experiretur, quo magis tandem modeſtię memor eſſet. Propterea enim ad Aſiæ regnom emerſit rex Temires, & Semarchandæ regno potirue eſt, quæ ſingula vt euenerunt, me cõmemorante accipieris. Fame eſt, hunc virum ab minimia & pcrobſcuris principijs profectum, magnam ſibi potentiam in Aſia pepcriſſe.

Europa Aſianis inuicta.

## LIBER TERTIVS.

TEmiris expeditio prima, eduerſus Sebaſtiá Cappadociæ vibé opulentam ſuſcepta eſt. Nem cùm accepiſſet Paiazité patum pacato eſſe animo erga duces Aſiæ, Turcorũ genere natos: nec voluiſſe eum his in gratiam redire, poſtqnem eos omnes ſtiis fortunis expuliſſet: præterea cùm ſæpius legatis miſsis, nihil æquipetrare poſſet, verùm audiret iſtũ vſq; cõtumelias ſonare: haud cunctandũ ratus, bello Sebeſtiá adortus eſt. Primordia auté regni hæc erant videlicet vt bellum gerens Paiazitem domaret, teliquos verò metu perculſos in ditioné redigeret: nec prios bello abſtineret, quàm totios Aſiæ dominiũ acquiſiuiſſet: quæ quidem omnie ecdiſſe cognouimus. Hic Temires ſuit filius Sangalis viri priuetam agentis, cui, vbi duxit vxoré, tale quid eccidiſſe comperimus. Temites cum

Temerlanis origo.

eſſet adultus, iamque per ætatem iſti officio idoneus foret, deſerentibus oppidanorum equorũ curam nactus eſt eſt. Tandem in colloquium veniens cum reliquis iſtius regionis paſtoribus eſſecit vt inter ſe coniurarent, ſe velle ſurtis colligere opes, & deinde ad eliam confugere regionem. Temires cùm ſurandi foret peritiſsimus, plurimos equos, & iumentorum ouiumque multitudioem immenſam nactus eſt: nequicquam integri & ſecris ſeni in iſto homine erat. Ferunt, eum quondam, vt petoris ſtabulum intrare poſſet, conſcendiſſe murum: enimaduertetq; ſe eſſe viſum à patreſamilias, deſilijſſe in terram (ſolent enim homioea in iſta regione iumenta & pecora muris circundare altiſsimis, quæ difficulter aſcendi poſsint) quo caſu fregiſſe crus, & hinc cleudicationem contrexiſſe. Nec deſunt qui perhibent, eum ſortiter pugnam cientem, vulnere in pedem eccepto, claudicare cœpiſſe. Prælio eutem ſacto cum finitimis, profecti ſunt paſtores, qui ab initio conuenerant, duce Temire, contra hoſtes, rapientes quæcunque caſus obtuliſſet. Conſilium dedit, vt capetent locum latrocinijs & furtis commodum, in quem queſi in munimentum tutiſsimum ſeſe receperant, Hinc profectus, latrocinando crudeliter graſſatus eſt in prætereuntes, nulli parcere ſtatuens. Corradens eutem magnam pecuniæ vim ex iſtiuſmodi latrocinijs, alios viros duos in ſocietetem pellexit, Chaidarem & Myrxem, quos Maſſagetas fuiſſe ectipimus. Quibus Temires adiutus, irruit in hoſtes tegionem deprædantes, eos fugauit, hoſtium equitatũ vniuerſum perimeos. Fame huius vt in vrbem deleta eſt, ciues non modicam manum ei tradiderunt, addentes etiam peconiá, qua militum animos conciliare poſſet. Deinde in hunc modum inſtructus, ſuos cõfirmans & iocitans, in hoſtiũ tegione verſetus eſt, mancipia & iumente plurima mittens in vrbé, quæ hoſti extorſerat. Rex Maſſegetarũ explorata viri virtute, eom in maximo honore habuit. Nem imperatorem declarauit, vniuerſoſq; ſuos exercitus ei cõmiſit, qui acceptis copijs regis, mirabili celeritete vſus eſt in deuincendis hoſtibus, ſubitò in eos incidés, etq; temporis momento omnes perdens. Temires, vbi ad menus ventum erat, hoſtes terge vertere coegit: ipſeq; fugientee inſecutus, compulit in Babylonem Pogdatim nuncupatem: quam obſidione cingens, dominum ſuum regem eccerſiuit. Dehinc tempore modico interiecto, rex mortuus eſt: eiuſque vxotem viduam connubio ſibi iunxit Temires, regniq; regimen ſortitus eſt. Cùm autem iam pro rege ſe gereret. Pogdatim & Semarcheodam oppugnauit. Nec multo pòſt cũ oppidani in militũ ſtationes excurrerét, nec vincerent, verùm vincerêtur, reuerſi in vrbem greuiſsima obſidione affligebantur. Qué cùm tolerare amplius non poſſeot, pactionibus intercedentib, ſe Temiri dediderunt. Cũ in poteſtaté veniſſet Semerchenda proditionis conſilia inijrcũ ijs qui erát in Babylone, vſus ad eam rem miniſtro Cheidare. Myrxes vir extitit equi ſtudioſiſsimus: edhortabaturq; Temiré, vt

Chaidares et Myrxes Temiris ſocij.

Pogdates, Baldas, quæ & Babylon, obſidetur, expugnatur.

Tamerlanes vxoré ducit.

Semarchãda deditur.

iram

iram ſupprimaret, nec ad rem conſarre pararat qoç ipſa dictaret. Non ipſi conuenira imparium Babylonis. Hinc eriam Temiram edocuit Syſſitiorum rationem.

*Diſciplina militaris Temerlani.*

Nam vniuarſum ſuum exercitum ſecarocns Temites in decumas & manipulos & cohortes, iubebat dacurioné præbentem ſuis alimenta, continuò, quandocũq; vſus poſtularet, præſtò eſſe cum ſuis miliribus, eoſq; manipolorum duci tradera. Hos præteraa volebat, vbi addiri fuiſſent manipulorũ duci, ſuo parêre ſinguloa ductori.

*Syſsitia.*

Cùm veniſſent io Syſsitia, nullus arar coi non eſſet locus deſignarus. Cibum marcari iuſsit io teliquom exercitum, iuxta ea quæ communi conſenſu decreta fuetant. Imperauit, vt ſinguli ducas minores frequanter, ſicut præcipetent maiores duces, ſuos monerét, ne eos ocio torpaſcere ſinerent. Hinc contingit vt nullus exploraror, vel peregrinus aliquia, clàm in Temiria caſtra panetrare, & in ijſdem morari poſſec.

*Proditio cauenda in exercitu.*

Ordinaoit virum, cui hoc negocij impoſuit, vt peregrinos, ſi qua re indigarent, aduenienras hoſpitio exciperet. Quapropter hæc diligens diſciplina effecit, vt vniuerſus iſte exercitus ad nutum & arbitrium ragis, quocunq; vellet, facilè moneratur: eoq; ducente exciti, vno ſigno confeſtim aduolarent, parati ſe regi vtandos dare quacunq; in re voluiſſat. Veſpera appetenre, accipientes ſignum à duca ſuo magno, ſinguli maturant itar ad tanroria, & ad contubernales ſoos.

*Machiauelli de re militari inſtitutio.*

Vbi aorem milites in tentoria ſua ſe receperunt, vigiles ad hoc creati in caſtris oberranr, ſi quam inuaniant extra tentoria morari. Si ralis occurrerit, eum capientas, ſupplicio capitali ſubdunt. Si autem quis explorator accaſſerit in caſtra, is, vt cui nullus ſit aſcriptus locus, extra tentoria cubare cogitur, proinde rarum omnium ignarus, dubiuſq; quò ſe vertat, cõtinuò à vigilibus in vincula ducitur. Hic modus & hæc eſt forma Syſsitiorum regis. Chaidares regis amicus, laborumque ſocins, ei admodum diligentar in naceſſarijs miniſtrara nouit. Regem quoq; incitare nunquam deſtitit, vt bella aggrederetur plurima, ne ocio & quiete corrumperetur. Aiunt Myrxiam, antequam Temiraa ad Semarchandæ regnum euaſiſſet, rala quippiam feciſſe.

*Myrxiæ vox temerè emiſſa exitialis.*

Cum Temites cum ſuis oberraret, latrocinijs gaudens, accidir vt familiares Myrxijs de felice rerum Tameris ſucceſſu diſſeterent, eoq; randem venirent, vt diccrenr, eom breui eriam Semarchandæ regnum conſecururum. At Myrxias raſpondit: Regnũ Samarchandæ firmius eſt quàm vt occupari poſsit à latrone, & priuato homine. Sin autẽ aliquando contigerit, vt Samarchandę regno iſta potiatur, precor non amplius ſupcrſtes maneam, ſed cooſeſtim vt mendax obtruncet. Hæc quidem ſeriò, non ioco loquutus eſt. Nac taman ſatis proſperum ſermo ille habuit eoantum. Deinde tempo ta interpoſito, cum vrbis ragimẽ Temiras aſſet adeprus, honnres maiores Myrxies quã Chaidares apud regem inuanit. Hinc cõmotus Chaidaras, dixiſſe fertur: Tempus iam aſſe, vt ſermo ille quam locutus fuarat Myrxies, ad rem conferatur, extara anim eius ſarmonia teſtes plurimos. Vt igitur ſermo ille affactũ ſortiratur, Myrxiam capitali ſopplicio ſubdi iuſsit Temiras, in memoriam redigans ſe nactũ eſſe Semarchandæ regoum, ipſumq; falſum eſſe animo, proinde mortis teum teneri. Dubirabat aotem qoo pacto eum mori cogeret, qui olim regi priuato adhuc dextrá ſocietatis dediſſet, ne pactis contrauenire videretur. Orationem igitur hoiuſmodi cõ Myrxia habuit. Haud arbitror latere eos, ô Myrxias, voſq; duo, & reliqui omnes, qoibus artibos imperium auxerimus. Duo illa ſemper ſumma diligentia ſectati ſumus, dum nobis regnum amplißimũ pararemus, nampe ſtudiom vehemens in rebus gerendis, & vt bona fide colletemus pacta, quæ cum amicis hoſtibuſq; feciſſemus.

*Fidei et pactorũ ſanctitas.*

Nec ſolum iuramento, vatùm & ſermone declarauimus, nos concordiam cum ijs agirare, quaſi nihil vbiq; rcrrarum & turius armiiq; omnibus firmius in vita humana inueniri poſſit, quàm concordiam amplacti, nec ab amicis diſſentire, non hoc, nuoc aliud ſequi conſilium proponentes, ſiquidem ſæpe commemorauimus, nos illo ſolo Dai imaginem repræſeorare.

*Princeps quatenus Dei imago.*

Si aurem quis mortalium nihil ſani vnquam dixerir, quomodo ſi qoid facere aggrediatur, ei bona obuenient? Meminiſtin a, meam cùm prehenderes manum, te diccre: Si Samarchandæ nanciſcerer regnum, paratum te eſſe opperere mortem? Hæc igitur, cùm ſub multis teſtibus ea pronunciaris, rempus eſt vt conficias, noſtrámque dextram iſto pacto liberes.

*Fides data, vel morte redimenda.*

Myrxies, vt dicendi finam fecit rex, talem exorſua eſt orationem: Verùm animuarò, ô rax, ad hoc imperium vt dauaneris, & tu noſti, & omnes quotquot præſtò ſont. Nec sriam horrũi ſumma vitæ adire diſcrimina, vt iſtam tibi parares felicitatem. Vulnera videre eſt, quæ accepi dum tibi inſeruire & gratificari cupio. At enim ſi quid temerè diximus, an non id æquum aſt mihi aduerſa fortuna vtenti, & amicis, à quibus beneficijs affectus fueris, condonare? Illud autem, ô rex, priuato homini non admodum impadimeoto fuerit. Vbi autem alia regni affulſerit forma, tum non fas eſt, ſi quid pactus fueris, irritum facera & tranſgredi. Etiam Daus plurima nobis bona largitur, ſi in nos delinquẽtibus veniam dederimus. Si igitur mihi peccari impunitatam concedſſaris, maiora à Deo tibi obueoient raodem bona.

*Errores venia digni qui.*

Hia dictis, non perſuaſit Temeri, qui raſpondcbat: Vania danda aſt erroribus eorũm, qui quid præter voluotarcm admiſerint. Quo pacto autam fortuoam retinere potero propitiam, ſi hoſtem meum non necauero? Hæc vbi locutus eſt, Myrxiem peremit. Peremptum regaliter ſepeliuir, longoq; tempore luxit. Poſt hęc bellum ſumpſit aduerſus Hyrcanos, & contra genres quæ mara Hyrcanum accolunt: quas omnes perdomuit.

*Caſpium mare, nũc Zabacca. Saccæ, Cadduſij. Maſſagetæ.*

Idem mare & Caſpiũ dicitur, verſus maridiem Saccas habens accolas, & Cadduſios: triginta millibos ſtadiorum verſus Orientem & Septentrionem accolas habens Maſſageras. genus hominum ballicoſum. Longum eſt viginti millibus ſtadiorum. Maſſagetę dicuntur profecti eſſe in Perſiam, ibiq; multas occupaſſe vrbes. Ferunt

etiam,

etiam, Temirem ex iſto hominum genere ortũ, cum Maſſagetis feſtinaſſe contra Semarchande regnum: & debellata Aſsyriorum monarchia, id obtinuiſſe. Mare autem iſtud cum ſit receptaculum multorum & magnorũ fluminũ, maximum Cirum nomine eſſe cognonimus: & ad plurima ſtadia excurrit, nullibi ĩ exterius mare, quemadmodum dicitur, ſe fundens, Attamen ego foſſã audiui ex iſto mari progredi, quã in Indicum mare effunditur. Accolunt mare iſtud gẽtes plurimæ, & bellicoſæ. Etiam piſces ſuppeditat plurimos, & bonos. Largitur & oſtreas, quæ margaritas habent. Supra hoc mare, Indicum mare viſitur. Naues onerariæ nauigant viciſsĩ nunc hoc, nunc illud mare. Mare iſtud verſus Orientem, maxime ea parte qua Aſia eſt, vergit. In hoc ſe effundunt, Araxes fluuius maximus, & alij fluuij plurimi. Gentes quidẽ illas quæ mari huic adiacent, à Caddusijs regnari, & tributa quotannis in Caddusiorũ vrbem inferre aiunt. Hos bello appetere inſtituit Temires, vbi deuicerat Hyrcanos, horumq́; regem è mortalium numero ſubtraxerat. Ad Caddusij contrahebant copias quàm potuêre maximas, fortiter repugnaturi accedenti Temiri. Temires, vt didicit Caddusios in armis eſſe, quam primùm Chaidarem mittit oppugnatum ipſorũ vrbem, & vt eam ſubitò caperet. Ipſe autem expectabat rei euentum, quàm proximè Caddusijs caſtra ſua locans. Caddusij vt intellexere hoſtem in ipſorum vrbem contendere, palantes nullo ornatu & ipſi in ſuam vrbem inſtituêre. Temires venientes ex inſidijs adoritur: acieq́; inſtructa eos aggreſſus fudit, fuſoſq́, inſequens ad vrbem vſq; tractus, eam, cum aliquanto tempore oppugnaſſet, tandem cæpit. His ita peractis, Arabiam cello petere ſtatuit. Arabes genus hominum opulentum, magnum, & antiquum, nulli quantum ad felicitatem attinet, cedens, eſſe certò conſtat: multamq́, Aſiæ partẽ occupat, vtens mari quod Rubrum nominamus. Eſt autem Arabum regio latiſsima, & ad habitandum omnium Aſiæ regionum pulcherrima. Viri iuſtiſſimi, & quantum ad religionem pertinet, ſapientiſsimi eam tenent. Creantes regem, non tyrannum, ſed virum ęquitatis amantiſsimum, & maximè æqualitatem reſpicientem, eligunt. Arabici regni ſedes eſt vrbs iuxta mare ſita, quã * vocant, magna, opibuſq́; vigens. Finitima eſt ea gens Aegypto, & Perſarum Aſſyriorumq́, regionem attingit. Nam à Colchide, & Pharus regione ad mare quod porrigitur in Cœleſiriam, vſq; ad vrbem Laodiceam dictam, fuerit iter dierum † viro expedito pedeſtri itinere regionẽ tranſeunti. Hinc inferioris Aſiæ iſtam partem ſcimus in Cherſoneſi formã redigi, Arabiamq́; extra Aſiam relinqui. Eſt autem Arabia plurimis arboribus, palmiſq́; conſita, & in medio duorum fluminum ſita, ab vtroq; vndiq; alluitur. Fructus profert ſuprà modũ tum magnos, tum multiplices. Hinc veteres occaſionem ſumentes, eam Felicem eppellauêre. Hanc regionem armis infeſtis aggreſſus eſt Temires, incolis crimini dans operam ſtrenuè nauatam Caddusijs, cum eos bello ſtatuiſſet domare. Bis conflixit cum Arabum exercitu. Cumq́; eos victos dare non poſſet, legatos mittens, militibus tributoq́;, quod quotannis penderent, imperatis, pacem cum eis fecit. Ea tempeſtate, priuſquam in fœdus coiretur, Arabum legati ad Temirem acceſſere, poſcentes ne regionem Herois, qui & ipſi ne genere legiſlatoris eſſent, vaſtare pergerent. Huic orationi adijciebant, vt velint eſſe patres eorum, qui Herois religionem ſectentur. Gens illa non profana, verùm ſacra ſanctaq́ue creditur, quia edidit Mechmetem legiſlatorem, qui illis ſtipatus, vt qui eius ſuſcepiſſent leges, progreſſus ſit ad Aſiæ imperium, quum Arabes vbiq; plerumque virtutis oſtenderent facinora. Aiunt, legiſlatorem Mechmetem fuiſſe filium Halijs, Arabiam Felicem incolentis. Initio legiſlationis ſuæ nihil vi egit, ſed perſuaſione primùm, Arabes, deinde Syros cæpit. Poſtea in ſuam ſententiam traduxit Haliem regionis adminiſtratorem, qui, cum ipſi foret intima familiaritate coniunctus, faciſè omnes terræ ſuæ incolas Mechmetis leges ſuſcipere coegit. Leges enim iſtæ nihil aliud quàm quietem, & numinis quendam furorem, perpetuamque meditationem continebant. Nam inter cætera lex eſt, vt quater diurno tempore Deum adorent: nec ſinant, quæcunque tamen inciderint, ab iſta lege ſe auocari. Veneris die omnes vno conſenſu frequentes in templa commeant, orationibus operam dantes. Legem habent, quæ ædicit, vt nullam imaginem, neque aliam picturam in templa admittant, precationem ad Deum tranſmittentes. Eligunt ſacerdotes, de quorum grege vnus extra templum in turris pinnaculum ad id comparatum aſcendit, magnaq́ue voce Deum adorat. Preces ſolennes ſemper maiore voce peragere ſolent. Hoc modo Turci preces ſuas concelebrant: atque tanta vtuntur diligentia in ijs perficiendis, vt interim nihil vel laboris, vel alterius rei ſuſcipiant, quò minus ipſæ interrumpantur. Quantum ad cætera, videlicet ad victus rationem, & ad reliquum vitæ modum attinet, conſtat eos nullis inhiberi pœnis: adeò feruntur, quominus voluptariam ſectentur vitam, affectibus nunquam non obtemperantes. Vxores enim ducunt, pelliceſque ex mancipiorum grege numero tot deligunt, quotquot quilibet alere poteſt: vxores autem virgines accipiunt nemine prohibente, donec quinque ſibi copulauerint. Liberos ex mulieribus captiuis natos, non ſpuriorum nnmero habent. Sin autem ex pellicibus liberos ferant, eos ſpurios cenſent, nec paternæ hæreditatis participes fiunt. Mercantur virgines, quando quis ſuam vult elocare filiam. Faces ipſis præferuntur, quando nuptiale feſtum celebrant. Maritus ſi parum dextrè erga vxorem fuerit affectus, ei edicit, ſe à tribus ſplenibus ab ipſa auellendum. Si ad iſtum modum

*Ita Pomp. Mela.*

*Tere[illegible] nes in [illegible] dusios.*

*Arabes.*

** fortè Adē, vel Ziden.*

** quindecim.*

*Arabia ſitus.*

*Arabia Felix.*

*Mahometis origo circiter annũ Chriſti 610.*

*Haligener. Mahumetus, cuius ſectã Perſæ & maior pars Africa amplectũtur aliquantũ à Turcica diuerſam.*

*Turcorũ mores religio, leges, &c.*

*Repudij ritus.*

vxor repudiata fuerit à viro, turpiſsimum eſſe creditur, eam, quam quis repudiauerit, recipere. Nec etiam recipere eandem niſi ab alio adulterio inquinatam, licet. Vino vti nefas ducunt Turci. Nec audet aliquis de iſto genere, niſi lotus, frequentare orationes. Etiam decimas quaſdam quotannis ſeponunt Deo.

*Ieiunia.*

Ieiunium Mechmetes imperauit iſti hominum generi, quod durat triginta diebus, aut etiam amplius. Diebus iſtis omnibus nihil vel eſculenti, vel poculenti admittunt. Veſpere demum, vbi iam coruſcarint aſtra, ad cibum capiendum congregantur. Nulli autem licet, vel in primis iſto tempore, vinum guſtare prorſus. Mentulam totam circumcidere ſolent.

*De Chriſto quid ſentiant Turci.*

Confitentur Turci, Ieſum Dei eſſe Apoſtolum. Deum etenim ex angelo Gabriele & Maria virgine, quæ nullum cognouerat virum, Ieſum genuiſſe, heroa quendam homine maiorem ſiue auguſtiorem. In nouiſsimo die, quando vniuerſale iudicium peragetur, aiunt Ieſum mundi iudicem ſiue arbitrum fore. Suem attingere Turci haud fas arbitrantur. Reliqua animalia edunt, ſi mactata fuerint, Deum vniuerſi eſſe moderatorem haud ambigunt, dicentes cum vti miniſtris mẽtibus (vt vocant) ignitis. Exiſtimant autem Mechmetem veniſſe miſſum à Deo, vt ea replerentur, in quibus defectum patiebantur priſci à Deo prodeuntes legiſlatores.

*Circumciſio.*

Circumciſionem iudicant eſſe purgationem omnium præcipuam: proinde circumciſionis tempore nuptias cõtrahunt. Solet iſtud hominum genus ſepulchra iuxta vias collocare, nec in vllo alio loco ſepelire licet. Sepulturæ autem mandant cadauera lota, & omni à parte raſa.

*Armeniorum priuilegiũ apud Turcos.*

Eſt & alia lex, quæ iubet parêre legiſlatori: non obtemperantem, gladio vltore ferit. Ex Armenijs ſolis, quamuis ab ipſis in religionis negocio diſſentiant, mancipia non rapiunt. Quia Armenus quidam vaticinatus eſt, gloriam Mechmetis per vniuerſum orbem propagandam. Eſtque hæc vnica cauſa: viri honori id tribuentes, quod nulla ab Armenis mancipia abducant. Hæc quidem vbi Mechmetes legibus ſanxiſſet, plurimam orbis partem occupauit. In Aſia, Libya, & Europæ regione non modica, quæ ſe extendit ad Scythas, & ad eos qui hodie ſunt Turcos vſq; ad Iberiam, non parua Mechmetis extitit auctoritas.

*Mechmetis mors.*

*† Hali.*

Mortuus eſſe traditur filio ſuo † Aliæ Arabiam regente. Hunc enim legiſlatorem vbi promptis animis aſſumpſiſſet, ei obedierunt ei omnibus quocunque tamen ipſos eduxiſſet. Etiam rerum ſuarum ſummam iſti commiſerunt, vt ipſis pro ſuo arbitrio vteretur. Hinc copias contraxit plurimas, quas contra Aegyptum duxit, & reliquæ Arabiæ quædam ſubegit. Tranſiens autem loca arenoſa Arabiæ, gentes ibi morantes ſuo imperio adiunxit.

*Mecha.*

Cum regnaſſet annis * defunctus eſt, in loco quodam cui nomen eſt Mecha. Milites regioniſque incolæ magnificè exequias duxerunt, & grauiter eum luxere. Quotannis in eius honorem ſacra faciunt Arabes. Heroa etenim quendam eum eſſe putant, eundémque vt virum ſanctum à Deo ordinatum, vt ipſis leges ferret, quem in dandis legibus non Tyrannum, at virum quendam æquitatis vel inprimis amantem iudicarunt.

*Homures.*

Mortuo Mechmete, Homures diſcipulorum ſpectatiſsimus, à filio eius regni moderamen accepit: aſſumptóque exercitu, contra Syriam profectus eſt: regionemq; plurimam partim vi, partim perſuaſione fœderibusq; in ditionem acquiſiuit. Hinc in ditionem venêre Cilices, Phryges, Medi, & Iones. Ad hæc ſuo imperio adiunxit quaſdam ſuperioris Aſiæ regiones. In religione ſua gentes Aſiæ Barbaras confirmauit, & quoſdam diſcipulorum ſuorum in alias regiones dimiſit, cupiens eaſdem in ſuam religionem recipere ſu[illegible]dela.

*Mechmetis ſepulchrum.*

Sepulchrum quoque precioſum in honorem Mechmetis adornans, ibi manebat. Sacra quoq; magna quotannis in honorem Mechmetis fieri procurauit. perſuaſit alijs plurimis, vt Mechmetem adorarent. Eos quoq; iuſtos [illegible] aſſeuerabat, qui ipſius ſepulchrum inuiſeru[illegible] Etiam hodie non pauci ab Aſia & Libya, Eur[illegible]paq;, Mechmetis ſepulchrum adeunt, putantes ſe hinc maximam colligere religionem, & probiores fieri. Quidam ex ipſis iſtam peregrinationem ingrediuntur: quidam argentum numerant ijs qui pro ipſis peregrinationem ſuſcipiunt. Via autem quæ ad ſepulchrum ducit, eſt aſperrima & difficillima. Eundem enim eſt per arenam, non citra camelorum alimenta portantium opem. Nec etiam aqua, qua vtantur, ad manum prompta, eſt ſufficiens omnino. In hunc igitur modum neceſſaria præparantes, camelos conſcendunt, vtentes ſignis quæ viam commouſtrent, magnetis demonſtrationibus. Colligentes igitur ab Septentrionali plaga, qua orbis parte eundum ſit, eò viam coniectantes pergunt. Vbi autem acceſſerint loca in quibus aquarum fuerint ſcaturgines, aquantes inde abeunt: tranſitaq; arena, intra quadraginta dies ad Mechmetis corpus perueniunt. Sepulchrum eius compertum habeo extructum eſſe ex lapidibus precioſiſsimis, & ſublimè pendêre in medio templo. Interuallum autem eius loci vbi ſepulchrum conſpicitur, vſque ad hunc locum *ſtadia continet circiter nonaginta.

** Forte Aſeptum.*

Inde egreſſi, ad eum locum contendunt.

*Alcoranũ.*

Ibi ſiquidem leges & Alcoræ explicantur. Animæ quoq; immortalitatem aſtruunt. Nec numini ignorantiam adſcribunt. Hęc quidem hactenus, quantum ad Mechmetis religionem attinet, annotauimus. Temires autem cum regionem populationibus afflixiſſet, vrbeſq; aliquot occupaſſet, Semarchandam ſe contulit. Scythas acceperat, profectos à Tanai, in regionem ſuam impetum feciſſe, prædaſq; egiſſe non modicas, quam quidem rem grauiſsimè tulit. Hinc redacta iter inſtituit contra Chataidas, ijs peſtem minitans. Hi antiquitùs Maſſagetæ extitiſſe creduntur: & traijcientes Araxem, regionis partem flumini adiacentem non modicam occuparunt: in qua

& ſe-

271

& ſedes ſuas fixerunt. Hos domare parabat Temires. Proinde comparás exercitum, qui complectebatur octuaginta myriades hominum, bello eos aggrediebatur. Collatis tandem ſignis, prælio vicit Chataidas. Dehinc arma cõtra † Agoram, regniq́ue eorum ſedem ferens, pactionibus eam in deditionem accepit. Conductis quoque inde mercede plurimis & optimis militibus victor diſcedebat. Etiam obſidibus acceptis, imperatoq́ue tributo annuo, domum reuerſus eſt. Chataia vrbs eſt Hyrcaniæ, verſus orientem, magna & opulenta. multitudine hominum, & diuitiarum copiæ, reliquaq́ue fœlicitate ſuperat reliquas, præter Semarchandam & † Memphim, Aſiæ vrbes. Optimis legibus eam fundauêre iam olim Maſſagetæ. Mercede itaque ſibi parauit Temires Perſarum plurimos, vt qui eſſent gnari rerum Scytharum, quia plerunque cum his conſeruarentur, nec amplius forent in victus ratione delicatuli. His munitus, animo agitabat vim belli vertere omnem in † Agoram eorum, quam * Vrdam nominant. Audiens autem, eam gentem omnium qua orbis habet, eſſe antiquiſsimam, nec vllum qui præceſſerant regnum domare eam quiuiſſe, quamuis magna damna dediſſent Europæ Aſiæque ſuis incurſionibus, & hinc plurimas coraſiſſent opes, eò magis ad eam expeditionem accendebatur. Præterea animo verſans, etiam Darium Hyſtaſpis filium regem electum, & arma iſti genti inferentem, nihil effeciſſe: ipſe ſibi hoc decus eximium petere ſtatuit. Vt iſtam verò rem ad optatum duceret finem, optimum eſſeratus, vt quàm proximè ad ipſos accederet, in Cheriam vrbem coloniam ducere decreuit, transferens eò milites alioſq́; homines plurimos ex Samarchanda. Huc vt regis ſententiam intellexêre, conuenerunt, & alij plurimi proceres regni. Cum autem ipſe in eadem vrbe verſaretur, optimates, Aſiæq́; milites optimi ad ipſum quotidie confluebant. Hinc vrbs illa breui incredibiliter aucta eſt. Etiam bonis & ſaluberrimis legibus gubernabatur, ſuperſtite adhuc Temire. In qua autem Aſiæ parte vrbs ea ſita ſit, an in Syriorum, an in Medorum regione, aſſequi nequeo. Sunt quidem qui tradunt Ninum antiquitùs Cheriam extitiſſe, & in Aſſyriorum regione locatam eſſe, coniecturam facientes à Padagtina Babylone. Temires vt vrbem Cheriam habitatoribus repleuit, & in ea regni ſui ſedem parauit, in animum induxit bellum inferre Aegypto, Scythis, & horum Agoræ, quàm † Vrdam nuncupant. Conſcripto igitur exercitu maximo, & aſſumptis Charaidis, rectà ad Tanaim contendit. Scythæ, vt acceperunt Temirem cum copijs accedere, vt montium anguſtias, quà Temires exercitum traducere cogitabat, præoccuparent, miſerunt & ipſi exercitum hoſti obuiam. Scythæ quidem iam olim in tribus quaſdam diſcreti, tenebant regionem ab Iſtro excurrentem vſque ad Caucaſi accolas. Nunc aũt genus quodam illorum hominum in Aſiam aduenit, & ibi ea loca quæ Orientem ſpectant, inhabitauit, & hinc ad reliquam Aſiæ penetrauit regionem. Iſtud hominum genus Sachatæos vocant. Supra Perſarum regionem vſque ad Sanctas & † Caddæos domicilia habent. Quidam ex his originem ducere Temirem aſſerunt. Gens iſta fortitudine & bellicarum rerum gloria vincit reliquas omnes Aſiæ gentes. His auxiliaribus Scythis Temires, vt quidam docent, ad Aſiæ imperiũ euaſit, deuictis omnibus præterquàm Indis. Reliqui Scythæ à prædictis nihil differunt. Regem vnum habent. Regni ſedem Vrdam conſtituere: creaueruntq́; regem, qui ex vetuſtiſsima deſcenderet proſapia. Extat & alia pars eorum non exigua per Europam vſque ad Boſphorum Tracium habitans, per eam regionem diſperſa: quibus & ipſis rex eſt, qui ex antiquiſsima regum gente proceſsit. Atzicerics ei nomen eſt. Hi itaq́;, vt ſe commiſerunt regi, in hanc venere regionem, progreſsi vſq; ad Iſtrũ. Hinc manus quædam horũ non modica Iſtrum tranſuecta, Thraciá vaſtauit, plurimas incurſiones faciendo. Relicta Sarmatia, Tanaim verſus iter ingreſsi ſunt, et pleraq́; gentis huius pars in regione Iſtro adiacente manſit. Eorum quoque non pauci tranſuecti Iſtrum, ſub rege Paiazite ætatem egerunt. Scytharum genera ſingula habitant ſeparata ab reliquis. Pars quædam eius gentis relicta cis Iſtrũ, ſub Cazımiro Lituanorũ rege dedit. Eandem regionem etiámnum tenent, ſtrenuè operam nauaotes ſuo regi in bellis quæ cum finitimis gerit. Genus enim iſtud hominum quócunque acceſſerit, primas in rebus bellicis tenẽt, fortitudiniſq́; gloria emicat. Qui autem Boſphorum & Tauricam inſulam, quæ dirimit Mæotim paludem & Euxinum pontum, accolunt, imperio Arzicerijs reguntur.

Subegerunt Gothos & Ianuenſes vrbem Capham inhabitantes, vt cogerentur tributum pẽdere. Etiam Sarmatiæ quædam pars huic regi tributaria eſt. Sarmatæ, qui incolunt regionem verſus Euxinum pontum & Oceanum, magno Scytharum regi, qui in Agora regni ſedem habet, tributum penduut, iam inde ex illo tempore quo in Sarmatiam populabundi curſitantes, partim hominum, partimq́ue aliarum rerum prædas egerunt: eamq́; diu obtinuere, impoſito tributo quod ſingulis annis magno Scytharum regi tribuerent. Sarmatia à Scythis paſtoribus vſq; ad Dacos & Lituanos ſe fundit. Sarmatæ Illyriorum linguã in vſu habent plerunq;. Victu moribuſque & Chriſtiana religione magis Græcos ſequuntur: nec perinde ipſis cum pontifice Romano conuenit. Habent Græcum epiſcopum, cui in religionis ritibus auſcultant. Viuendi rationem moreſque Græcorum imitantur. Suppellectilis apparatu repræſentant Scythas. Sarmatæ, qui loca verſus Euxinum pontum ab † Leucopolichna vrbe tenent, plerunque non regibus, verùm ducibus vtuntur. Moſcouiorum Kionenſium, Toſarienſium &

*Marginal notes:* † Emporium. — Cataia. — † Alcaitum — † Emporium. — Hordam. — Darius. — Cheria. — † Hordam. — Scythæ, qui nunc Tartari. — † Caddusios. — Sarmatia, quæ Ruſſia. — Tartari Precop. in Taurica Cherſoneſo. — Moſcouia, Ruſsia Lituania. — Sarmatia nigra & alba. — † Leopoli.

Chorobiorum vrbes à tyrannis reguntur, tritumque ſoluere coguntur Nigræ, ſic appellatę, Sarmatiæ. Ea antem Sarmatia quæ ſub Septentrione colitur, Alba Sarmatia appellatur. Verſus Oceanum vrbs eſt † Vcratis nomine: hanc optimates adminiſtrant, diuitiaſque plurimas ſuppeditat. Opibus facilè vincit omnes tum nigræ tum albæ Sarmatiæ vrbes. Ea regio extenditur vſq; ad Oceanum, Euphraſtæ ſiue inflaſtæ nuncupata. Huc appellunt à † Dacia & Germania naues, merces Gallicas & Anglicas in eam regionem aduehentes. Ab Tanai vſque ad Oceanum Britannicum fuerit iter, vbi longiſſimum, per eam regionem, quæ habitatu[…] ſecundum longitudinem, dierum trigintaquinque. Latitudo ſupra Tanaim amplectitur regionem maximam à Sarmatia vſque ad Aſſyrios, quam Scythæ colunt. Eſt quidem, vt mihi videtur, ea regio quæ vltra Tanaim habitatur, longè lateq; ampliſsima. Permij verſus Boream ſupra Sarmatas morantur. Sarmatis finitimi ſunt eius linguæ commercio vtentes. Permios ferunt gentem eſſe antiquiſsimam, venationibuſque viuunt, & plurimam vitæ partem eo in ſtudio coſumunt, &c.

*† Fortè Nonigrandũ, vel Vuigradium.*
*† Dania.*
*Permij.*

*Deſunt quedam in Græco.*

Sarmatia verſus Oceanum excurrens, ad regionem Pruſiam dictam ſe extendit. Finitima eſt Nazarei, qui ibi ſunt candido amictu gaudentes, & eorum monaſterio quod in ea regione ſitum eſt. Iſti homines Germani eſſe creduntur, quia eorum victum moreſque, necnon & linguam ſectantur. Incolunt vrbes pulcherrimas & legibus optimis inſtructas. Eſt his monaſterium, quemadmodum Iberis ſiue Hiſpanis & Rodijs, quod Nazarei inhabitant. Nam tria iſta monaſteria Ieſu religionem amplecti vel in primis per totum orbem, & contra Barbaros ordinata eſſe, omnibus manifeſtum eſſe reor. Monaſterium namque quod Iberia habet, arbitror Afris ea traijcientibus oppoſitum eſſe. Idem Pruthenum monaſterium opponitur Samogetis, necnon Scytis paſtoribus, qui & Tartari, ibi in propinquo iam ab antiquo ſedes habentibus. Rhodios conſtat ibi morari, vt reſiſtant Aegyptijs & Paleſtinis, propter Ieſu ſepulchrum: etiam, vt obſiſtant Aſiæ barbaris, Rhodi ætatem agunt. Pruſsio attingunt Samogetæ, gens robuſta, victus ratione & lingua nulli finitimarum ſimilis. Deos venerantur, Appollinem & Dianam. Victus rationem ſequuntur, quam Græci vetuſti tenuêre: eoſdem & moribus repræſentant. Supellectilis apparatu imitantur Pruſsios. Ijs confines ſunt Boemi, ſequentes ſuperſtitionem Samogetarum, necnon Germanorum, qui ibi colunt. Supellectilis apparatu nihil differunt à Pannonijs. Metropolim ea gens habet opulentam & populoſam, quam Pragam appellant. Nec multum temporis interceſsit, ex quo ea vrbs ceſſauit colere ignem & ſolem. Sola hæc gens earum quæ intra extraq; Europam ſunt, quas nouimus, adhæreſcit Ieſu, Moſis, Mechmetiſque religioni. * Nam omnes has religiones, quamuis nos in ignorantiæ tenebris plerunque verſemur, gentem iſtam tenere compertum eſt. Eſt quidem, quemadmodum audio vltra Caſpium mare & Maſſagetas, gens quædam indica, dedita Appollinis cultui. †† Colit et alios deos gens eadem, videlicet Iouem & Iunonem, vt infra fuſius dicetur. Hęc quidem hactenus. Poloni contermini ſunt Sarmatis, quorum & linguam in vſu habent. Victus ratione moribuſq; nihil diſcrepant ab Romanis. Polonis annexi ſunt Lituani, qui & ip[…] vſq; ad Euxinum pontum Sarmatiamque pertingunt. Et quidem * Pogdania nigra, quæ regni ſedem habet † Leucopolichnam, à Dacis Iſtrum incolentibus, ad Lituanos & Sarmatas ſe proijcit. Gentem autem iſtam ſatis eſſe probatam, vel hinc quis conijciat, quòd linguam ſuam retinuere. Iam olim ea gens in duas partes diuiſa, partim quidem à principibus, partim verò à ducibus regitur. Lituanis quantum ad linguam attinet, nihil conuenit cum Sarmatis, cum Pannonijs, cũ Germanis, nec etiã cum Dacis. Nam quaſi peculiarem linguæ vſum tenent. Vrbs quam regni ſedem conſtituerunt, magna & opulenta, populoſaque eſt. Apparet facile, iſtam gentem eſſe maximam omnium, quę in hac regione verſantur. Fortitudine nulli poſtponenda creditur, ſtrenuè prælians aduerſus Pruſios, Germanos & Polonos, gentes finitimas, vt ſuos tuetur fines. Sequitur mores & victus rationem Romanorum: ſuppellectilis apparatu nihil à Sarmatis differunt. Quùm autem ferè vndique Nigram † Pogdaniam attingant, plerunque aduerſus eius regionis incolas pugnas ciere ſolent. Sarmatarum lingua ſimilis eſt Illyriorum Ionium ad Venetos vſque accolentium. Vtri autem horum vetuſtatis pręrogatiua gaudeant, & vtri alterorum regionem teneant, an videlicet Illyrij in iſtam Europæ partem recedentes, Poloniam & Sarmatiam incoluerint: aut an Sarmatę ad hæc Iſtri loca adeuntes, Myſiam & Tryballorum Illyriorumque regionem, qua verſus Ionium patet vſque ad Venetos, inhabitarint, neque quenquam audiui veterum commemorantem, nec ipſe poſſum ea quàm veritiſsimè explicare. Redeo nunc ad Scythas Nomades: quę gens numero, fortitudine, nec non generoſitate, ſi comparationem facere libuerit, facilè omnibus per orbem gentib. ſuperior eſt: niſi quòd per Aſiam & Europam diſperſa, & nunc in hac nunc in alia regione à regno remota habitet, vt quæ incurſionibus faciendis ſemper inuigilet, & in ea regione morari, quæ forte arriſerit, in animum inducat. Si ea gens concordiam inter ſe celebraret, vnamque regionem regemque eam plecteretur, non arbitror aliquam gentem in toto orbe adeò ferocem eſſe viribus, quæ Scythis bellum indicere auderet. Nunc autem cum vndique per Aſiam & Europam, nec non per Thraciam vſque ad Boſphorum diſsipati habitent, quàm longiſsimè à ſua regia ſubmoti cernuntur.

*Pruſsia.*
*Teutonicorũ ordo.*
*Calatrinẽſes Rhodij.*
*Samogetiæ.*
*Bohemi.*
*Praga.*
** Ieſu religionẽ pro Pontificis ritibus ponit: Moſis verò quod multi Iudæi apud eos habitant: quod autem hæreſeos inſimulantur propter Huſsitas, Machumetis etiã religioni deditos inquit.*
*** Pillapicorum Lituonum ſuperſtitio.*
** Podolia.*
*† Leopolim.*
** Podoliã.*
*Illyrij, qui Sclaui, & Vuindi.*
*De Tartaris.*

272

nuntur. Qui regionem, quæ ſe ad Boſphorum pandit, tenent finitimis † Tzarcaſis, & Micrelijs, Sarmatiſque multa negocia faceſſunt prædis agendis. Abducentes igitur inde mancipia plurima, pergunt ad Boſphorum, & ad vrbem † Caream. Poſtea agentes mancipia ad Mæotim paludem, ea paruo ære vendunt Venetorũ & Ianuenſium mercatoribus. Hunc vitæ modum tenent. At Scythæ, qui morantur in Agora, plauſtris & iumentis vehuntur. Lacte plerunque, etiam equina carne victitant. Nec frumenti, nec hordei vſus apud hos, quod ſciam, frequentatur: verùm vtuntur panico, & ficis.

† Circaſsis Mégrelijs Ruſsiſque.

† Capham.

* Chlænis ſiue lineis veſtibus veſtiuntur. Quantum ad margaritas lapideſque precioſos pertinet, fœlicisſimi & ditiſsimi cenſentur. Sagittæ eorum, nec non gladij barbariem redolent. Scuta habent qualia geſtãt Daci. pileis autem plerunque vtuntur neque * quia attingunt Sarmatiam: neque veſtitus ipſis eſt ex filis contextus, verùm ouium vellera induunt. Agora Scytharum magnique eorum regis, patet itinere quindecim dierum. Itaque regione fruuntur, quà ipſis commodiſsimum viſum fuerit. Quidã numero pauci, diſperſi ab vtroque latere, vnum habentes ducem, Agoramque faciunt longiſsimam, & regionem depaſcunt, iumentis larga præbentes pabula. Reliqui in eum ordinẽ rediguntur, qui penes ipſos optimus eſſe creditur. Nam, regem ſolum regnique proceres circulo circumdant: munimentáque facientes, regiam ſedem regi præbẽt ex ligneis compagibus præparatam. Deinde partientes Agoram hanc vniuerſam in quaſdam partes, ſingulis magiſtratus ſeu duces præficiunt: & quando imperauerit rex, confeſtim omnes aduolãt imperata facturi. Ea igitur tempeſtate cum Temires ductaret Aſiæ exercitum Scythæq́ue intelligerent eum aduerſum ſe hoſtiliter proficiſci: rex vniuerſa Agora in exercitum allecta, imponens onera plauſtris, proprijs viribus hoſti obuiam procedebat. Exercitus partem præmiſit ad præoccupandas anguſtias montium, quà traducturus exercitum Temires erat. Hos iuſsit fortiter reſiſtere hoſtibus eos aditu prohibentes. Qui dicto audientes fuêre. Temires accedens, exercitum rectà verſus † Tanaim mouebat, à dextra habens mõtem Caucaſum. vbi autem irruit in Scythiam deprehẽdit Scythas caſtrametatos eſſe. Qui vt acceperunt aduentum Temiris, aciem inſtruunt, prælij copiam facturi. Ipſe quoq; Temires ſuos in aciem educebat. Tandem in anguſtijs commiſere prælium: non tamen vicit Scythas Temires, verùm propemodum æquo Marte eſt pugnatum. Dehinc cum receptui cecinissent, die poſtero iterum ad prælium accingebantur. Adeò autem fortiter dimicarunt Scythæ, vt pellerent Temirem, planéque vt deſperaret ſe in ipſorum regionem intrare poſſe. Clades maxima ibi Temires exercitus illata eſt à Scythis. Deinde cum non poſſet ſuperare anguſtias, exercitum abduxit, et domum reuerſus eſt.

Temiris in Tataros expeditio.

† Qui & Don.

Aeſtate autem in ſequenti conſcribens exercitum quàm potuit maximum, bello petere Aegyptum ſtatuit. Poſtea inito conſilio, tranſuerſis itinerib. peragens curſus quàm maximos, omnem belli tempeſtatem in Scythas denuò vertit. Et quidem ſua celeritate Scythas præueniens, Scythiam ingreſſus eſt: & dimicans cum ijs qui ad anguſtias tutandas properabant, eos vertere terga coegit: neque id flagitium militiæ ducitur. Ita habent mores. Scythæ namq́ue maximam iſtam commoditatem habent, vt in fuga ſe conuertere poſsint, præliumq́ue cum hoſte redintegrare, nihil interim periculi in fuga ſuſtinentes. Deinde cum Scytharum regem infeſto animo peteret, longius progreſſus eſt, & ad prælium ſuos inſtruebat. Scythæ eludentes Temiris conſilium, nocturno itinere profecti ſunt à caſtris eius ſtadijs circiter centum & viginti. Horum veſtigia toto die ſequutus Temires, tandem eos aſſequutus eſt. Quemadmodum igitur antea, ſic & nunc noctu diſcedunt Scythæ. Itaque inſequendi ſtudio grauiter affligebatur Temiris exercitus. Hinc motus Temires, Scytharum regem ad prælium prouocat. Scythæ caſtra locantes eo die qui ſequebatur, ordines explicant, aciemq́ue contra Temirem dirigunt, in turmas collecti. Temires & ipſe ſuos in aciem educit: aciem mediam occupat ipſe. In dextro cornu Chaidarem cum Maſſagetis ponit. In ſiniſtro cornu filium ſuum Saruchum curare iubet. Hinc additi ſunt Perſæ, Aſſyrij & Chatagij, quotquot militantem Temirem ſequebantur. Cum iam vtrinque ſatis inſtructi exercitus concurriſſent, tandem vehementi prælio commiſſo, Scythæ nequaquam victoria potiti ſunt. Proinde quaſi vi propulſaturi hoſtem, cooriuntur in Temeris exercitum. Cum autem nec ſic quidem cœpta ſuccederẽt, fugam ineunt, plurimis in eo prælio deſideratis. Ceciderunt quoque non pauci Perſæ. Poſtea cum præliando nihil efficerent contra Temiris exercitum; circumducere parant hoſtes, vt eo intra regionem concludant. Verùm Temires cognitis Scytharum inſidijs, ſententiam mutauit atque ex infeſta regione copias ducere inſtituit, priorq́; ad Tanaim peruenit. Poſtea in Iberiam Aſiæ delatus, iter per Colchiden intendit, tranſito fluuio Phaſide: qui ex Caucaſo mõte fluens, vadit in Euxinum pontum. Tandem cum attigiſſet Armeniam, maturato itinere Cheriam venit. Exercitus verò quem armatum in Scythas mouerat, grauiter afflictus eſt. Anno abhinc tertio Scythæ ad arma conuolant, & vlturi temeritatem Temiris, impetum dederũt in regionem quæ ſupra Aſſyrios colitur. Temires res acerbitate coactus, legatos miſit qui peterent pacem. Promittebat rex Temires, ſi pax daretur, & in fœdus reciperetur, ſe affinitatem iuncturum cum rege Odieo, & cum vniuerſa Scytharum Agora. Fœdus ergo ictum eſt, quo iubebantur eſſe amici hoſpiteſque inter ſe. Compoſitis

Temerlanis celeritas.

Tartaricæ fugæ inſidioſæ.

Temires cedit.

Phaſis flu.

cum in animo agitaret, Paiaziti Amuratis filio arma inferre hoſtilia. Pax autem hac conditione compoſita eſt, vt tributum magnum, quotannis penderet pro Maſſagetarum regione, quã armis ſubegerat. Bellum hoc vt intercedente fœdere fuit ſopitum, accidit vt cauſam ducum inferioris Aſiæ ſuſciperet. Venerant enim numero circiter centum, & Melitinem vrbem auſpicijs Paiazitis obſidione circumdederant.

*Sebaſtia obſeſſa & expugnata.*

Comparato itaque quam potuit exercitu maximo, hoſtili animo profectus eſt contra Sebaſtiam, Cappadociæ vrbem opibus vigentem: quæ quondam, vt apparet regis Turcorum ſedes regia extitit. Ex hac enim antea prodeuntes Turci ſubegêre regionem Aſiæ non modicam vſq; ad Helleſpontum: & iam magna manu aduenientes, incurſionem fecêre in regionem quæ ex aduerſo Byzantij ſita conſpicitur. Temires itaque vt aduenit, vrbem exercitibus circumſedit. Paiazytes fortè tum aberat, quia expeditionem ſuſceperat contra Lebadiam Bœotię, & & contra Peloponneſum, Theſſaliamq;. Reliquit tamen Sebaſtiæ Orthobulem filium cum exercitu.

*Orthobules Paiazitæ F.*

Quæ omnia cum in eum modum diſpoſuiſſet, ipſe contra Peloponneſum copias duxit. At vt accepit, Sebaſtiam à Temire oppugnari, mutato conſilio reuerſus eſt: nec potuit irrumpere in Peloponneſum. Cum mutaret iter in Aſiam, audiuit Sebaſtiam eſſe captã. Temiremque mancipijs collectis plurimis abijſſe Cheriam. Vt enim Temires imperium in murũ dedit diebus aliquot, oppidani vim hoſtilem fortiter propulſarũt. Cum autem haberet octo millia foſſorum in caſtris, is negocium dedit, vt cuniculos agerent ſubterraneos, per quos vbique poſſent emergere in vrbem. Et quidem oppidani ſenſerant id parari. Proinde & ipſi fodiendo hoſtibus occurrebant: verùm pellebantur. Amplius enim efficiebat Temires, vt qui foſſorum numero excelleret. Muri cum iam vndique eſſent ſuffoſsi, hoſteſq; ſtarent in aggere excelſo & ligneo, ignem iniecerunt, murique ſua ſponte corruerunt. Deinde per loca ruinis patentia irruentes Temiris milites in vrbem, eam in hunc modum occuparunt.

*Temiris in Sebaſtianos crudelitas.*

Oppidanos, ſic imperante, Temire, capta iam vrbe, illicò occiderunt. Liberos & mulieres eius vrbis, in vnum locum agens, immiſſo equitatu omnes trucidauit. Vrbis iſtius adeò miſerabilis clades fuit, vt nec vir, nec mulier, neq; etiam puer aliquis potuerit exitium ſubterfugere. Homines in iſta vrbe fuerunt plurimi adeò vt penè ſuperarent numero duodecim myriades hominum. Præterea reperta magna leproſorum multitudine, omnes interfici curauit. Hos enim vbicunq; adeptus foret, incolumes abire haud ſinebat: nequaquam fas eſſe dicens, vt hi ſuperſtites ſint, reliquoſq; homines interficiant, ipſe plerunq; miſerrimè viuentes. Fama exit, excidium vrbis iſtius miſerrimum, ſuperaſſe calamitates omnes, quæ in vllas vnquam redundarũt vrbes. Orthobulem Paiazitis filium, cũ viuus in manus veniſſet, aliquot diebus ſecum circunduxit: poſtea cuidam negocium dedit, vt eum interficeret.

*Orthobulis cædes.*

Paiazitem, vt vrbis excidium miſerabile, filijq; interitum accepit, calamitas luctuſq; apprehendit maximus. Tranſiens enim in Aſiam, vt vidit paſtorem quendam tibia canentem, fertur dixiſſe, mœrorem ſuum indicans quàm acerbus eſſet: Cane cantilenam, cuius argumentum ſit: Neque Sebaſtiam amittas, nec etiam filium Orthobulem. Erat enim Orthobules æqualium ſuorum optimus etiam belli dux haud contemnendus. Quapropter non ab re relictus eſt à patre in Aſia, vt regnum adminiſtraret eo modo, quo ſibi putaret commodiſsimè habere. Expeditio Temiris contra Sebaſtiam hunc finem ſortita eſt. Nec multo pòſt legatio miſſa eſt ad Paiazitem †Lælapa, quæ iuſsit vt ducibus reſtitueret regionem. Daret tantum butyri, quantum ferunt duo millia camelorum. His adderet duo millia tentoriorum, cuiuſmodi in vſu habent paſtores per Aſiam. Poſtulabatur quoque vt per vniuerſum Paiazitis regnum Temirea pronunciaretur rex. Volebat quoq;, vt Paiazites in ſuam regionem Temiris numiſma reciperet, & ſuum irritum faceret. Poſtremò imperabatur, vt vnus de numero filiorum Paiazitis militaret in Ianuis Temiris. Quod ſi Paiazites hęc faceret, fore eum amicum & neceſſarium regis Temiris: ſin autem has petitiones auerſaretur, ſciret Temirem ipſum pro hoſte habiturum.

*†Lælaps vulgo dicebatur, id eſt procella ſiue turbo, Turcica lingua Hyldrum.*

His auditis, ferunt Paiazitem ira commotum, illud reſponſum dediſſe, quod ſuprà declarauimus, videlicet: Si non veniat, quemadmodum minitatur, precor vxorem ſuam ter repudiatam recipiat. Quod quidem dictum magnam infamiam importat ei, in quem dicitur. Cum igitur cum tali reſponſo legatos dimiſiſſet, Temires expeditionem ſuam, quam animo verſabat, non amplius differt contra Paiazitem. Sed confeſtim contractis copijs quam potuit plurimis, Scytharum & Tzachaidarum, qui præſtò erant, delectu habito, conſcripſit exercitum qui complectebatur octuaginta myriades hominum: & profectus eſt contra Paiazitem, per Phrygiam Lydiamq; iter faciens.

*Paiazitæ copiæ.*

Paiazites vt hoſti obuiam procederet instructus, comparauit & ipſe quàm potuit exercitum maximum, aſſumptis etiam Tryballis ſatellitibus ſuis, qui numero erant quaſi †decem mille.

*Al. mille.*

In his ſpem maximam habebat Paiazites, vt qui fortitudinis eſſent ſemper memores quocũq; veniſſent. Quos cohortabatur, dicens: Alexander, Philiopi Macedones * habens, tranſgreſſus eſt in Aſiam, crimini dans Dario Xerxis in Græcos expeditionem, pauca ſuorum manu pergens in hoſtem, Darium deuicit, & Aſiam ſubegit, peruenitq́ue vſque ad †Phain Aſiæ. In ſpem erigor & ipſe, me facilè noſtro exercitu deſtructurum Temiris regnum & deinde acceſſurum ad Indos vſque. Aſſumens itaque Europæum Aſianumq́ue exercitum, qui complectebantur quaſi duodecim myriades hominum, rectà iter inſti-

** Numerũ non habet exemplar Græcum.*

*† Al. Emphainal; Hyphaſin.*

tuit aduerſus Temirem, cupiens eum præuertere,& in ipſius regione caſtra locare iuxta Euphratem, animo agitans ibi dimicare cum Temire. Temires quidem exercitum per Phrygiam ductabat: at Paiazites citato agmine ferebatur per Cappadociam, præoccupare volens Euphratem per Armeniam. Vt autem, cum foret in Armenia, accepit Temirem iam in ſuam acceſsiſſe regionem, iter per Phrygiam facientem, mutato conſilio rectà in Phrygiam contendit: vbi obuiam progredi Temirem intellexerat. Cum autem acceleraret iter, accidit vt exercitus longo itinere grauiter vexatus, Paiaziti indignaretur, quòd ipſorum opera, etiam ſua audacia, cum nulla neceſsitas moneret, abuteretur. Præterea contigit, vt exercitus affligeretur maxima frumenti & hordei inopia, propter Pruſam Hinc equitatus grauiter periclitabatur. Exercitus rem iſtam iniquè ferebat,& iam detrectabat militiam. Seueriter enim interdictum erat, ne quis manus admoliretur frumento: addens, ſe acerbius vindicaturum eum, qui fraudem huic ſuo edicto feciſſet. Fama eſt, cum caſtrametatus eſſet in Cappadocia, venti turbinem violentiſsimum incubuiſſe exercitui, adeò vt tentoria diſiecta,& in ſublime tracta deſtrueret planiſsimè, quod quidem exercitus pro omine parum fauſto accepit. Poſtea cum in Phrygiam mouens caſtra commnniuiſſet, tentorium ſuum in tres pueros, qui ibi aderant, ſua ſponte ceciderat: ſiue quòd terra nequiuerit ſuſtinere retinacula, ſiue alia eſt cauſſa in quam caſus ille reduci poterit. Quidam Græci & Tryballi qui præſtò erant, omen id eſſe dicebant, ne aſcenderet in Phrygiam Ferunt tamé, priuſquam tranſiret in Aſiam, Aliem Charatinis filium, virum eorum qui cum Paiazite erãt prudentia primarium, conſuluiſſe, nec exercitum contra Temirem duceret: verùm anniteretur vt iſta controuerſia quàm tutiſsimis rationibus diſſolueretur & componeretur. Se legatum fore is hac re promittebat, & iuxta animi ipſius ſententiam Temirem reconciliaturum.

Paiazites ſana conſilia contemnit.

Paiazites reſpondit: Nunquam tantum fœlicitatis conſcendiſſem faſtigium, nec etiam tot duces imperium accipere coegiſſem, ſi tuæ prudentię me cõmiſiſſem. Impetu vehementi, meaque generoſitate ductus, tanta opera deſignaui. Præterea quidam reges fortunã & audaciam ſequuti, neglecta prudentia, eximia fecêre opera: cũ reliqui interim, qui in omnibus prętulerunt prudentiam, turpiſsimè perierint. Cum in Armenia foret, animus erat vniuerſis copijs in acié eductis, ſumma vi certare cum hoſte. Adhibitis igitur in conſiliũ optimatibus, vt prælium faciendum eſſet deliberabat. Cum eſſent quorum ſententiæ in vtramq; partẽ inclinarent, fama eſt *Praiem †Alcis filium, qui plurimum pollebat apud Paiazitem, ſic loquutum eſſe: O rex, cõtra viros adornas prælium, qui peritia rerum bellicarũ feruntur eſſe primi ab ijs qui eorũ animos & virtutum ſunt experti. Cũ his ego quoq; ſæpius in colloquiũ veni, audiuiq; virtutẽ eorum miris modis celebrari.

* Chaiambeus Haliæ F.

† Al. Hali.

De bello conſultatio.

Prætera annuntiatur, Temiris copias multis modis numero ſuperare noſtras. Itaque vt modò vtrorumque intellexi ſententias, ſi & meum dandum eſt conſilium, conſuluero, noſtro exercitui fidens, irruere in caſtra Temiris. Veruntamen & ſi prælij aleam iecerimus, præliumque nos victores declarauerit, neſcio ſi quæ inde nobis ſit futura vtilitas. Sed ſi hoſtium regionem fuerimus ingreſſi, ibique prælij fortunam fuerimus experti, commoda plurima feremus, pugnaturi videlicet pro regno & potentia Temiris acquirendis, Nunc autem ſi ſummam rei certamini commiſerimus, ea nequaquam euenient. Sin autem, abſit omen, in contrarium res ceciderit, vide quæ damna paſſurus ſis, amittens potentiam tantam, regnumque tantum? Apparet igitur, quòd tu & ille non ex æquo pugnetis. Arbitror autem nec Temirem, ſi modò ſapit, cum vniuerſo exercitu prælium initurum: verùm copias ſuas diſtribuet in turmas magnas & multas, & in hunc modum nos tentabit. Et ſi reſiſtentes fortiter turmam vnam vicerimus, alteram & recentem nobis opponet tamdiu, donec laborantes deficiamus, illis ſtrenuè pugnantibus. Haud enim ſic Temiris copiæ ſunt comparatæ, vt, vbi ad prælium ventum fuerit, ſtatim in fugam abeant: verumetiam in fuga nobis meliores ſunt, & facilius in vnum colliguntur diſperſi, magna virtutis edentes opera. Cenſeo itaque non obuiam eundum eſſe Temiris exercitui: verùm melius & vtilius mihi videtur, vt eum ſubſequamur, per montes quàm proximè ſemper inſtantes, eiuſque exercitum lædentes, vbicunque occaſio ſe dederit. Hinc apparebit à populationibus eum cohibitum iri, dum nos ei vſque incubuerimus, nullibi ſubmoti longius. Nec etiam ſatis frumenti acquirere poterit: proinde commeatus ſufficiens deerit. Vbi autem in hoſtilem venerimus regionem, ſequuturi Temiris exercitum, ibi demum manus conſeremus cum hoſte, cupiente redire domum. Hæc cum peregiſſet Praimes, reliqui duces pedibus in hanc ſententiam ibant.

Praimi Halis ſententia.

At Paiazites talem exorſus eſt orationem: Multitudo hoſtilis exercitus, quantum intelligo, vobis terrorem infert. Verùm & vos noſtis, multitudinem inconditam nihil ſani vel momenti habere, ſi virtus ei opponatur. Scitis Xerxem Darij filium, regem Perſarum, copias quantas in Europam tranſiens ſecum adduxerit, & propemodum peremptus abierit, niſi Mardonius periculum ſubſtitiſſet, & indicaſſet ei mortem imminere niſi confeſtim rediret Suſa. Etiam haud nos fugit, vt Alexander deuicto regi Dario regnum ademerit, ipſumque interfecerit. Plurimos audiuiſſe reor, paucam Turcorũ manum ſæpe ſtrenuè rem geſsiſſe, magnaque fortitudinis opera patraſſe. Et nos frequenter in Europa prælian tes, Gallos & Pannones, gentes earum quas orbis

Paiazitis oratio.

habet

habet generoſiſsimas, in fugam conijecimus. Quapropter ne nos contempſeris, & ne peiores contemptioreſque, quantum ad fortitudinem attinet, nos Scythis & Tzachetæis oſtenderis: qui nunquam gladijs rem gerunt, ſed ſagittas & iacula emittentes, nunquam libenti animo ad pugnam accedunt. Vt dicendi finem fecit res, vnus de numero nouem ducum huiuſmodi ſermonem habuit: Quoniam igitur, ô rex certum eſt, & animo tuo iam fixum, vt in hoſtem pergamus, agè theſauros tuos reclude, & diſpartire eos per exercitum laborantem. Vtcunque inde belli ceciderit alea, ſi in eum modum theſauros militibus diſtribueris, nobis hi lucro erunt. Si victoriæ caſum inuenerimus, immenſa bonorum aderit copia. Si Perſa vicerit, non pœnitebit, quemadmodum conſulo, cum theſauris egiſſe. Paiaziti tamen perſuadere nequiuit. Hinc fertur dux dixiſſe: Ergo Temiris ſignum Paiazitis numiſma tenet. Qua re permotus, non audet id diſtribuere per milites. Hæc quidem hactenus deliberabat Paiazites. Poſtea proficiſcẽs cum nihil perficeret, peruenit † Vncram Phrygiæ vrbem. Ibi cum exercitu erat, & Temires bellum promouens contra Myſiam, animo agitans bello petere Pruſam, regiam Paiazitis ſedem. Cum autem appropinquaſſet Temiris exercitui, etiam ipſe caſtra poſuit ſpacio inter vtrorumq́ caſtra relicto ſtadiorum quindecim. Fama eſt, Temirem, vt accepit in propinquo eſſe cum exercitu Paiazitem, viri audaciam admodũ eſſe miratum, videlicet quòd tanta celeritate ex Armenia veniſſet, & iam ex aperto ſecũ bellum gereret. Conſcenſo igitur equo, profectus eſt, et quam proximè potuit ad Paiazitis caſtra acceſſit. Vt autem cuſtodias & vigilias, necnõ ſitum caſtrorũ eſt ſpeculatus, cum riſu fertur dixiſſe: Dignus profectò vir ille eſt, vt † turbini conferatur, non propter ſuam virtutem, verùm magis propter inſignem audaciam. Attamen præclarè ſecum actum eſſe putabit, ſi poterit incolumis effugere. Genio ſuo parum dextro inſtigatur, adeò planiſsimè inſanit vir ille, nec rationis amplius compos eſt infelix. His dictis vt finem ſtatuit, celeriter in caſtra ſua reuerſus eſt. Poſtero die cum delecta manu militum numero circiter * miſit Sachruchum filium cõtra Paiazitem. Qui, vt accepit aduerſum ſe properare hoſtem, aciem inſtruit in colle quodam, quaſi pugnæ copiam facturus. Siniſtrum cornu tenebat dux ab Oriente, dextrum regebat dux Europæ: in medio autem curabat Paiazites cum peregrinis & ſatellitibus ſuis. Sachruchus habens Tzachataidas & Perſarum optimates, pergebat agmine compoſito cõtra Paiazitem: nec tamen eos circumuenire ſtatuebat, concedens ipſis abeundi, ſi vellent locum: ne ſcilicet circumuenti ab omni parte ex deſperatione, quaſi incluſi, animo ſumerent, & acrius pro ſalute deinde certantes victoriam inuenirent, primò aggreſſus eſt Europæ exercitum. Vt autem pugna ad multum diei eſt extracta, neq; quietem à pugnando Paiazitis milites haberent, ibi Triballi priſtinæ ſuæ virtutis memores, prælium ciebant magna cum fortitudine & gloria: impetumq́ue dantes in Tzachataidas, haſtas infregerũt, magna cum vehementia prælio incumbentes. Paiazites vt conſpicatus eſt Europæum exercitum longius à ſe euectum cupidine pugnæ, illicò ducem Europæi exercitus reuocat, timens, ne ſi eius exercitus eſſet longius à monte ſubmotus, ipſe ab hoſtibus circumduceretur, & in periculum vitæ veniret. Iubebat igitur eum regredi in eum locum, vbi ab initio collocatus erat. At dux primò nequaquam dicto audiens fuit, veritus rem quæ parabatur. Deinde cum Rex violentius ſæuiret, nec conuicijs abſtineret, paruit acieſque reuocata eſt. Ibi tum Tzachataides acriter inſtantes, occidebant Turcos plurimos, donec terga darent. Qui cum fugerent perſequentibus hoſtibus, etiam exercitus Aſianus haud ſtetit, verùm continuò fugam arripuit: Paiazites, videns in quo ſtatu res ſuæ eſſent, conſcendit equam, totiſque viribus fugit. Temires, cum prius præconium dimiſiſſet per caſtra, ne quem de Paiazitis exercitu caperent, & ad mancipiorum conditionem miſeram deducerent, curauit vt ſpoliatis abire liceret. Non enim fas eſſe ducebat, vt gentiles ſuos ad mancipiorum formã redigerent. At Paiazites contrarium, antequam prælium iniretur, per caſtra voce præconis nunciari iuſſerat, nempe vt quencunque de Temiris militibus fuerint nacti eum illicò obtruncarent. Sachruchus igitur vt in fugam verterat hoſtem, iam Temiris copiæ, quæ in caſtris expectarant, iunctæ pugnantibus impetu ferebantur, volentes præuertere Paiazitis exercitum. Conuerſi itaque ad populationes, maximam vaſtitatem fecere in Ionia & Helleſponto. Vici occupati ſunt plurimi: oppidula in deſolationem migrarunt plurima, vbique equitibus Temiris in Paiazitis regione graſſantibus. Interim autem hæc accidere Paiaziti fugienti. Cum fugeret perniciſsimo curſu fugientem inſequebantur Tzachataides, affectantes eum capere. Iam multum itineris fugiendo confecerat, vt qui velociſſima veheretur equa. Poſtea quum forte veniſſet ad flumen, equa intoleranda ſiti ſtimulata, bibere cupiebat Paiazites autem chiragra & podagra grauiſsimè laborabat. Proinde equam à potandi cupidine inhibere haud poterat. Equa igitur vt bibit, parum diſſoluta, nonnihil de curſus pernicitate remiſit, adeò vt milites Temiris Paiazite potirentur captumq́ue ad ſuum regem traherent. In hoc prælio captus eſt Moſes: capti ſunt reliqui penè omnes Paiazitis duces. Nec tamen quicquam periculi paſſi ſunt, niſi quòd veſtibus ſunt ſpoliati. Etenim Moſes videbatur reliquis præſtantior robore: proinde eum circunductum ſecundum in caſtris habuit, victum miniſtrans. Paiazitis vxor in hoſtium manus venit Pruſæ. Nam incurſionem etiam in Pruſam fecerunt, & gynæceum inde rapuerunt. Eleazari filiam, Paiazitis vxorem,

*In auarum principẽ ſcomma.*

*† Olim Ancyra, nunc Angori.*

*† Dictus enim eſt Paiazites Lelaps.*

** Numerus non eſt in exẽplari Græco. Sed Schilsperger, qui interfuit, ponit ſedecies cẽtum milia virorũ, & mille camelos Paiazitæ verò attribuit quater decẽtũ milia virorũ,*

*Tamerlanis victoria circa an. Chriſti 1397.*

*Paiazitis fuga.*

*Paiazites captus.*

*Pruſæ regia capta.*

rem, rapientes abduxerunt ad regem Mulſumanes, *Ieſus, Mechmetes, & reliqui Paiazitis filij, in hoſtium poteſtatem venere. Qui in Europa & Aſia erant, vt poterant, ſaluabantur. Paiazitem cum adductus eſſet in conſpectum regis, ſic Temires alloquutus: O infelix, quid adeò malum tuum coegiſti genium, vt nos bello laceſſeres? Annon audiuiſti, quòd meo exercitui miſerorum filij reſiſtunt? Paiazites reſpondens: inquit: Nequaquam ad tantam fœlicitatem veniſſem, ni tu mihi negocia feciſſes, cætera quoque prouocatus à gentibus Heroi noſtro infeſtis. Verùm ait, ait Temires, ſi non adeo ſublati tibi eſſent animi nunquam ad iſtam pręcipitatus eſſes miſeriam. Sic namque ſolet numen plerunque faſtuoſos deprimere, & ad humilem fortunam deijcere. Deinde miſit Temires Paiaziti accipitres & canes, & reliquum huiuſmodi apparatum, vt qui venatori potius, quã Imperatori in hoſtes ducenti comparandus eſſet. Aiunt Paiazitem habuiſſe ſeptem millia virorum, qui accipitres curarent: præterea aluiſſe canes ſexies mille. Reſpondens itaque Temiri Paiazites, inquit: Verùm, ô Temires, qui Scytha & latro, latrocinandíque artem vſque ſatis exerces: ſcio parum tibi conuenire, cum canũ ac cipitrumq; ſtudio. Mihi verò, qui ſum natus & educatus ab Amurate Orchanis filio, qui ambo reges extitêre, congruit canum & accipitrũ ſtudium. Rex temires hoc reſponſo grauiter offenſus, impoſitum mulo per caſtra agi iubet, propinans eum militibus deridendum. Vt autem iam omnibus ſatis ridiculo fuit, reductum ad ſe interrogauit, an etiam ſui generis & iſta ſtudia ſint, quemadmodum accipitrum & canum? Deinde Paiazitem in vincula cõniecit. Motis poſtea caſtris, iter in Ioniam & finitimã eius regionem intẽdit, in animo habens ibi hybernare. Vere appetẽte, in Europam profectionem parabat, quemadmodum ſuprà docui, vt in eam tranſuectus, vniuerſam in ditionem acciperet, vſq; ad Herculis columnas progrediens. Inde in Libyam iter auertere, & ex Libya in ſuam regionem redire in animum inducebat, vniuerſa iſta orbis continente imperio ſuo iuncta. Miſit legatos ad Byzantij regem, petens liberum tranſitum, & naues triremeſque, quibus copias ſuas tranſmittere poſſet. Etiam iſtam iniuriam Temires Paiaziti fecit. Vt enim Eleazari filia, Paiazitis vxor, quàm præ cæteris ardentiſsimo amore complectebatur, & ſecum in caſtris ſemper habebat, captiua abducta eſt ad Temirem, iuſſa eſt in conſpectu mariti ſui vinum infundere. Hinc Paiazites ira accenſus, in hæc verba prorupit: Neque paterno, neque materno tuo genere digna facis. Cum enim natus ſis ex parentibus idiotis, & inglorijs pauperibuſque, haud tibi decorum eſt adeò turpi, ter inſultare regum liberis & vxoribus. Hoc modo etiam eos qui tibi natura ſunt domini, probris oneras. Hæc dicens, ingentem riſum mouebat Temiri qui hominem pro ludibrio habebat, vt qui nihil ſani nec diceret, nec ſaperet. Paiazitis duces cum in colloquium veniſſent cum Temiris foſſoribus, eos promiſsis accendebant, daturi immenſam argenti vim, ſi cuniculo acto in eam caſtrorum partem, vbi vinctus aſſeruababatur Paiazites, emerſiſſent, eumque inde eripuiſſent. Fodientes itaque verſus caſtra & tentorium, vbi in vinculis erat Paiazites, tandemque prorepentes, viſi ſunt à cuſtodibus, & capti. Non enim intra tentorium, vbi Paiazites erat, ſed extra ex cuniculo prodierunt, vbi viri erant quibus Paiazitis cuſtodia à Temire erat mandata. Ea igitur parte ex cuniculo foſſores egreſſos & captos, Rex iuſsit obtruncari. Veniens autem Smyrnam, eam vrbem rotis cepit. Prætere arcem in littore ſitam, in qua erat Romanorum præſidium, ſuffodiens, penitùs ſubuertit. Hanc vbi occupauit, etiam à reliquis eius belli non abſtinuit: verùm accedens oppida, quà ſibi videbatur aptiſsimum, aggrediebatur. Vt autem ver iam appetierat. *

** Ieſue.*

*Temiris arrogantia.*

*Seruilia ingenia liberis inſultant.*

*Turcorũ in dominũ pietas.*

*Smyrna capta.*

Rotis vrbes capiebat Temires. Hæ erant circuli, & intrà ſcalas habebant quibus aſcendebatur in muros. Et quando in foſſam dirigebantur, recipiebant viros ducentos ſeparatim poſitos, donec ſinguli rotas intrarent. Poſtea veniebant in alteram, quæ ex aduerſo erat, foſſæ partem, ſatis muniti & recti a rotis. Quò cum veniſſent, ſcalas conſcendebant, & eo modo capiebant vrbes. Deinde reliqui, qui erant in caſtris, vrbem vallo cingebant, aggereſque fundebant, qui facilè murum ſuperarent: ex quibus deinde muro facilè potiebatur. Præterea foſſores habuit Temires circiter decem mille, qui ſuffoſum murum ſuſtentabant excelſis lignis, quæ deinde accendebant: quibus concrematis muri nemine impellente procidebant: per nudata inde muro loca milites ruebant in vrbem. His tribus modis Temires in oppugnatione vrbium vtebatur. Ver vt iam illuxit, legati veniunt, qui referebant Indorum regem cum magna manu àdueniſſe, vrbemque Cheriam in tolerandis malis affeciſſe. etiam ad theſauros regios procedentem, tributo anni adempto, domum abijſſe. Minæ quoque ferebantur, Indorum regem nolle amplius fœderatum eſſe Temiri. Hæc vt Temires intellexit, terror ingens iniectus eſt, ne ſi redijſſet legatio ad regem Indorum, ipſe exercitum armaret, regionemque hoſtiliter accedens occuparet, ſe interim externis occupato bellis. Simul etiam rerum humanarum conditio mentem tangebat, quæ nullo in loco ſatis firmas tutaſque res conſiſtere patitur. Deinde grauiter ferens, Indorum legatos adeò impudenter ſibi contumeliam feciſſe citato agmine Cheriam properauit, Paiazitem & filium eius ſecum vehens, cuius paruum reſpectum egit. Proinde in patriam fuga euaſit regionem. Paiazitem autem tradunt præ nimia ægritudine ægrotantem, fato functum eſſe. Hunc vitæ exitum habuit Paiazites, mirabilem tum impetum audaciamque oſtendens quó-

*Ratio expugnandarum vrbiũ triplex.*

*Foſſores.*

*Paiazitis mors.*

cunque

245

cunque perueniſſet. Annis regnauit vigintiquinque, res præclarè in Aſia Europaque gerens, Adeò autem præfractus & temerarius erat vt neminem monentem ſequeretur, ſed ſibi ſoli confideret, quando eundum erat in hoſtes. Expirauit in Ionia, cum eò in hyberna moniſſet Temires. At Indorum rex de quo nunc verba facimus, vnus eſt de numero nouem regum, & Tzachataæ rex appellatur. Conſtat eum fuiſſe de grege nouem iſtorum regum, qui per Maſſagetas exercitum magnum contra Temirem miſit. Qui tranſito Araxe, & pleraque regionis parte quæ ſubiecta eſt Temiri, ſubacta, domum reuerſus eſt. Suo imperio parent Syena, India, & † Chypriſa. Huius regio patet vltra Taprobanem inſulam, vſq; in Indicum mare, in quod deferuntur Ganges, Indus, Anythines, Hydraſpes, Hydraotes, Hyphaſis, fluuij regionis iſtius maximi. Indiæ autem regio multa ſuppeditat bona, magnamque fundit fœlicitatem: ſed totius Indiæ imperium penes hunc regem eſt, qui profectus ab ea regione quæ ſupra Gangem eſt, & à maritima Indiæ regione, necnon à Taprobane inſula, venit ad regem Achatagiæ, quæ intra Gangem & Indum eſt ſita. Qua deinde ſuæ ditioni adiecta vrbem eius regionis regni ſui ſedem declarauit. Exinde vnius imperio vniuerſa gubernatur India. Rex iſte, & qui Chatagiam regionem incolunt, Deos eſſe cenſent, quos colunt, Apollinem, Dianam, Iunonemque. Diuerſa inter ſe vtuntur lingua: haud enim omnibus eadem eſt. Siquidem in plurimas diſcreti gentes reguntur, abundante hominum numero tam in vicis, quàm in vrbibus. Victimas immolant equos Apollini, boues Iunoni, Dianæ pueros iam pubeſcentes. Hæc ſacrificia frequentantur quotannis. Regio iſta producit, vt fama eſt, frumentum, cuius altitudo excedit quindecim cubitos regios. eadem etiam hordeo altitudo eſt, ſimiliter & panico. Arundineis autem nauibus vtentes, flumen traijciunt. Fert regio illa, ſicenim fama habet, arundinem tantæ magnitudinis, vt ex ea ædificentur naues quę capiunt mediamnos Græcos quadraginta. At genus iſtud hominum cum nobis parum ſit cognitum, fit vt plurima quæ de illis feruntur, nullam apud nos fidem inueniant. Nam cum India à nobis quàm longiſsimè ſubmota habitetur, ignoratur quibus moribus, & qua victus ratione Indi vtantur. Hoc hominum genus cum robore plurimum præſtaret antiquitùs, Perſarum & Aſſyriorum reges qui Aſiam imperio temperabant, coluiſſe fama tenet. Semiramis & Cyrus Cambyſis filius Araxem tranſeuntes, quondam magnam belli molem eò verterunt. Nam Semiramis Aſſyriorum regina, arma contra indorum regem maximo apparatu mouens, vbi flumen ſuperauit, clade ſuorum maxima accepta, occubuit. Præterea Cyrus filius Cambyſis Perſarum rex, traiecto fluuio cum Maſſagetis congreſſus, in grauiſsimum præcipitatus eſt periculum, ibi peremptus à muliere * Mæra Maſſagetarum regina. Temires, vt allatum eſt quæ feciſſet Regis Indorum legatio, maxima celeritate Chemam ſe recipit. Paiazites, vt ſuprà diximus, in itinere præ ægritudine naturæ debitum ſoluit. Moſes, Paiazitis filius, dimiſſus à Temire, in patriam profectus eſt regionem. Rex Temires vt peruenit in ſuam regiam, quæ ad regni curam attinebant, ſumma diligentia exequutus eſt. Deinde hoſtili animo ſumpto, bellum cum Indorum rege ex profeſſo gerebat. Haud multo pòſt pax inter vtrumque conuenit. Temiri nati ſunt filij, Sachruchus, Paiamgures, & Abdulatriphes. Sachruchum filium natu maximum reguo præfecit. Ipſe autem amori operam dans, totumque huic rei curioſius ſe mancipans, mortem tandem obijt. Aiunt, Temirem libidine reliquos mortales longè ſuperaſſe. Nam adoleſcentes in conſpectu ſuo mulieres conſtuprare iubebat, ſic prouocans naturam, vt & ipſa deinde coire poſſet. Quando autem relictis amoribus ad bellum protrudebatur, bello confecto ad ſolitam redibat libidinem nullo modo quietiorem vitam ſectatus. Etiam naturæ ſuæ vim facere non erubuit, luxurioſiorem ſequutus victus rationem, quo magis rei venereæ indulgere poſſet. Temire defuncto, achruchus vir cæteræ æquitatis ſtudioſus, & plerunque cum finitimis fœdera iungens, tranquillitatiſque amator, regni gubernacula tenuit. Haud tamen multo pòſt, excedente è viuis Sachrucho, Paiangures Temiris filius natu minimus, regno potitus eſt. Vnde ei non admodum bene cum fratribus conuenit: verùm inimicitiæ inter ipſos exarſerunt. Vlies enim Caddiuſiorum regionem & Hyrcaniam retinens, inimicitias ſuſcipiens aduerſus fratrem Abdulatriphem, cum eo bellum gerebat. Paniangures adueniens, regionem ei adimebat, & ipſum captum in carcerem miſit. Mortuo deinde Paniangure, ad regni moderamen euaſit Trokies. Cum hoc affinitatem iungens Pæampures, vnus de numero nouem regum, & conuerſus regnum occupauit. Oppreſſis enim & occupatis Semarchandæ rebus, contractis etiam Indorum auxilijs, bello petiit Trokiem Panianguris filium. Tzokies adducens Scythas, Aſſyriorumque regioni imperans, contra fratrem Paniangurem bellum mouit. In hoc bello victor extitit, & Semarchandam in ditionem accepit. Nec multo pòſt, in belli ſocietatem adhibito vno de numero nouem regum, & regia ſede in Tabreze Aſſyriorum vrbe oppulenta conſtituta, bello laceſſebat Leucariæ ducem: etiam Samachiam vrbem, Caraiucis regiam oppugnabat. Tabreze autem fertur vrbs eſſe magna, & opibus florentiſsima. etiam omnes Aſiæ vrbes, extra Semarchandam, opum acceſſu, & reliqua fœlicitate antecedere noſcitur. Vermiculos alit ea regio ex quibus ſericum producitur pulcherrimum, quod longè præſtat ei ſerico quod Samachia ſuppeditat.

Fere

*Indorum imperium, regio, ſitus, mores.*

**Xypriſa*

*Arundo indica.*

** Thomiri*

*Temiris mors & mores.*

*Paamgures.*

Fert quoque † Crinizin iſto nomine vermiculum, qui purpureum colorem admiratione dignum tribuit veſtibus ex filis è ſerico contextis. Abundat autem regio Perſis, quos Atzamios vocant. Quotquot enim Atzamiorum Perſarũ lingua vtuntur, omnes hi Perſæ ſunt, & Perſarum linguam in vſu habent. Incolunt Tabrezẽ, Cagrinũ, & Nigetiam, vrbes opulentas, in Aſſyriorum & Medorum regione ſitas. Samachia autem, cuius ſitus eſt verſus Armeniam, vrbs perhibetur opulenta & populoſa. Ex filia Tzokijs, quæ matrimonio iuncta fuit Charaiſuphi, natus eſt Tznaniſas Tzokijs nepos, & Caraiſuphis filius. Is Pagdatiam Babylonem rexit & Aſſyriorũ regionem iure belli poſsidens, Trabexen ſuo imperio addidit. Arma idem Paimpuris filio intulit, profectus contra Artzinganim vrbem, eam oppugnatione cepit. Armeniam, quæ iacet intra Euphratem, in ſuam ditionem redegit. Hinc Tzokijs filio profecto à Semarchandro, Babylonẽ oppugnabat. Ipſum adeuntem prælio vicit. Exinde Babylonem capiens, & contra Tabrezen exercitum ducens, cum illo bellum geſsit. † Chaſanes quidem Longus Scenderis, qui Artzinganim tenebat, nepos exiſtens, & ex familia Carailucis, regnum Armeniæ adeptus erat adiutus ab Carailucis filijs, qui vnà cum illo eò profecti erant. Hi cum à rege Tzaniſa Cariſuphis filio, Samachiæ grauiſsima obſidione premerentur, reſq; eorum admodum lubricæ eſſent, precibus aggreſsi ſunt Paimpurem, vt irrueret in Mediæ regionem. Qui facilè, quod petiuere, impetrarunt. Nam in Mediam irrupit. Qui rumor vt perlatus eſt ad Tzaniſam, obſidione vrbem abſcedens ſoluit, iterq; flexit aduerſus Paimpurem, partim quidem regionẽ eius in ditionem accipiens, partim verò vaſtans. Mendeſis, Aedines, Sarchanes, & Allontes, Paiazitis regionem occuparunt, iuſſu Temiris, & in ſuam ſinguli redibãt regionem. Chaſanes cernens ſibi potentiam eſſe maximam, Armeniam & Tzapnidas ſubegit, & pacem intercedente affinitate cum Coſchidis rege fecit.

*Paimpurus.*

*† Al. Vſſancaſſanum Naſſũ caſſanum & Aſſembegum vocant.*

## LIBER QVARTVS.

*Ioſue VI. Turcorũ rex. 1398 Al. 1408*

POſt Temiris in Cheriam profectionẽ, Ieſus (qui & Ioſua) filiorũ Paiazitis natu maximus, conciliatis ſibi proceribus regni, qui in patris ianuis meruerant, accitis etiam quotquot potuit peregrinis, regnum occupauit. Nam Paiaziti nati ſunt filij, Ieſus, Mulſumanes (qui & Muſulmunes) Moſes, Mechmetes, Ieſus minor, & Muſtaphas. Ieſus igitur vbi primùm in Aſiam venerat, poſt Temiris diſceſſum in Cheriam ducens ſecum peregrinorum cohortes, & optimos quoſque, qui Temiris euaſerant manus, Pruſam regni ſedem inuaſit, & eam obtinuit. Aſiam vniuerſam, quæ in poteſtatem venerat, magiſtratus munijs firmauit: & in Europam transgreſſus, breui cum Græcorum regno, etiam Europæ imperium nactus eſt. Europæ verò ducem dedit, qui ſibi ad eam rem videbatur aptiſsimus. Mulſumanes cum exercitu egreſſus Byzantio, bellum indicit Ieſu, ſiue Ioſuæ. Cum autem Mulſumanes bellicarum rerum peritiſsimus longè haberetur, & ad ipſum aduolarent ex Europa optimi quique & peregrini qui ibi ſedes habebant, proficiſcebatur per Europam vniuerſam peragrans, & in ditionem accipiens, Ieſu abſente, & moras in Aſia nectente. His ita geſtis, tranſuectus in Aſiam, munitus exercitu quem in Europa conſcripſerat, hoſtili animo pergit contra fratrem ſuum Ieſum, ſub idem tempus in Cappadocia agentem. Quia Sinopenſes principes auxiliabantur ei, & reliqui principum ſocij ſubſidio veniebant. Collatis autem eò loci ſignis, pugnans cum fratre, & eum in fugam conijciens, maximam exercitus partem in prælio ſtrauit. Ieſus verò viuus in manus venit. Quem, cum regno præfuiſſet annis quatuor, trucidauit. Is igitur à Mulſumane peremptus, in hunc mundum mortem obijt. Vt primùm Mulſumanes regnare cœpit, Moſes qui dimiſſus erat à rege Temire, mari aduehebatur ad patriam regionem. Adueniens autem ad Homiris filios, Mulſumanis hoſtes, quia ſocia arma contulerant cum Ieſu, accedens quoque Sinopen & Caſtamonem, & hinc in Daciam tranſmiſſo Euxino ponto perueniens, ad colloquium cum Myrxa Daciæ (quæ & Seruia) præfecto venit. Inter cætera verò talis erat Moſis petitio: Si eius auxilio adiutus rex crearetur: ſe daturum ei redditus magnus in Europa, & aſsignaturum regionem non modicam. erat enim Græcorum hoſtis. Præterea Byzantij filium Myrxæ ſuſceperunt, promiſeruntque ſe huic & Mulſumani regnum tradituros: Myrxas quidem Moſen benignè lubentique animo excipiebat, eique victum & neceſſaria promptiſsimè ſuppeditabat: eidem quoque exercitum dedit. Cum autem vndique ad hunc confluerent ex Europa quotquot infenſi erant Mulſumani (aberat enim in Aſia agens, quia non ſatis dignè ab ipſo tractarentur, expeditionem ſumpſit contra fratrem, aſſumptis quotquot conuenerant. Habuit & Dacorum exercitum magnum, cum prius * Tainum eorum ducẽ ſibi conciliaſſet. His copijs inſtructus, Europã ſubegit: & Adrianopolim, quæ regni ſedes eſt profectus, ibi rex declaratus eſt. Huic animus erat etiam contra fratrem in Aſiam exercitus mouere. Mulſumanes haud interim ſocordiæ obnoxius erat, verùm feſtinabat & ipſe, vt fratrẽ præueniret, traijciendo copias in † Aſiam. Hoc vnum videbatur vtrique conſultiſsimum, quaſi alterius eſſet victor, qui prior in alterius regionem veniſſet, & prælium commiſiſſet, nec expectaret donec frater accederet. Traijciens itaq; Byzantium venit. Cum autem ei familiaritas interceſsiſſet cum Rege qui ea tempeſtate Byzantium tenebat, vxorẽ ducit regis neptem

*Fraternũ bellum.*

*Ioſue moritur 1402.*

*Muſulmanes VII. Turc. rex.*

*Myrxias ſiue Marcus Seruiæ Deſpotes Dacorũ dux.*

** Alij etiã Danum vocant, & Daam, Valachi principem.*

*† Al. Europam.*

* Iannij

** Ioannis, Theodori filiam.*

**Mulſumani pater Paiczites rex.*

* Iannij Tuntoriæ filiam, cùm antea matrimonium contraxiſſet cum nepte regis Gręcorum * Mulſumanes Paiatis filius. Traoſgreſſus autem Byzautium, bellum fratri inferebat. At Moſes vbi accepit à rege Gręcorum, Mulſumanem Byzanrium adueniſſe, continuò acceſsit: quem vt ibi deprehendit, exire Byzautio, & in Europa verſari non permiſit. Mulſumanes itaq; copias quàm potuit maximas traduxit ex Aſia in Byzanriorũ regionem: caſtriſq; poſitis fratrem accedentē expectauit. Deinde cùm acies vtrinq; inſtructæ ſteriſſent, prælium atrox exoritur. Moſes habebat Dacos, Tryballos, & Stephanum Eleazari filium. His in acie iungebantur Turci qui ex Europa venerant. Legationem miſit ad Srephanũ Byzanrius rex, ſuadens vt inſtructa acie eat ad regem meliorem & æquiorem Moſe. Moſes enim cętera moleſtus & intolerãdus ſocijs, & in iram pręceps erat. Stephanus exercitu in ordines explicato, vt pactus erat cũ Græcorũ rege & Mulſumaue, turpiter transfugit Byzantium. Moſes cùm occiperet præliũ aduerſus fratrem, Aſianum exercitum in fugam compulit, fugientemq; perſeeurus eſt Mulſumanes ſe victum ſimulans, retrò ferebat gradũ, Byzantium feſtinans. Cùm autem veniſſet ad vrbem, conſilium cæpit multò generoſiſsimũ. Nã habeus ſecum viros circiter quingenros, concurrentibus etiã alijs quibuſdam, vrbis foſſam ingreſſus eſt. Fratre autē occupato perſecurione & cæde hoſtium, in eius caſtra irruere ſtatuit. Quod & fecit: caſtriſq; potitus eſt. Eòs qui prælio nõ interfuerant, aut fuga in caſtra ſe receperant, occidit omnes. Deinde cùm à perſecurione hoſtiumq; cæde reuerſus Moſes ꝓcederet ad caſtra, cognouit ea capta eſſe. Illicò igitur fuga ſibi conſuluit, exercitumq; deſeruir. Alius aurē aliò, vbi ſe tutiſsimũ fore iudicabat, ſedulò diffugiebat. Quidam cõtinuò ad ipſum properabaor Mulſumanem, eumq; vt regem adorabant: & quocunq; pergeret, ſequebautur. In hunc modum ſe res Mulſumanis habebant iu courinente, cum fortiſsimè omniũ, quos ſciam, aduerſua fratrē ſuũ dimicaſſet. Profectus hinc Adrianopolim regni ſedem, regnum, imperiumq; ordinauit, quà tutiſsimum & firmiſsimum ſibi fore confidebat.

*Stephani proditio.*

*Mulſumani ſtratagema & victoria.*

Moſes venit in regionem Iſtro adiacentem, & conuerſatus cum * Myrdano Daciæ rectore, cũ quo antea interuenerat familiaritas, moratus eſt iuxra Hæmũ, aliũ ex alio ſubinde locum mutans. Mulſumanes ſe ignauiæ & ebrierari corrumpendũ dabat. Proinde res fortiter geſtę vſq; minuebantur. Duces qooq; ei indignabaotur, vt qui nihil ſani nec ſibi nec alijs cõſuleret. Nec admdoũ ei curæ erat, quòd Turcorũ exercitus paulatim ad fratrem dilaberetur. Vbi primùm regni gubernacula accepit, Græcis Thermam, Zetunim, & vniuerſam Aſiæ maritimam regionem reſtituit. Spem de ſe præbebat, vt qui paratus eſſet ijs douare quæcunq; voluiſſent, quaſi id præſtare iam poſſet. Legati Græcorũ ad eum mittebantur conſulenres, ne ſe totũ luxuriæ & voluptati dedat, quaſi iam ſit planè ſecutus, & in portu nauiget: quaſi nihil periculi amplius, quantum ad regnũ attinet, à fratre ſit metuendum. At ſurdò narrabant fabulã. Matutinum & veſpertinum tempus iungebat potando, præbibens optimaribus ſuis. Reuolutus in ſomnum, vbi primùm erat experrectus, ſolitam potandi conſuetudinem iterabat. Fertur quodam tempore cùm phialã manibus teueret, & ceruus in caſtra penetraſſet, in ijſq; obambularet, tumultuantibus militibus propter cerui in caſtra aduentum, interrogationē feciſſe, Num phialam in cornib. geſter: quod ſi eſt, hac redimã. Quando ebrietati & crapulæ non operam dabat Mulſumanes, erat quidem benignus & æquus, corpore firmus, pugnandiq; in hoſtes impetu nulli poſtponendus. Moſes vice verſa iræ imperare nequibat: verùm præceps in eam agebatur: quicquid ea dictaſſet, facere non cunctans. Qui igitur cùm paraſſet copias haud contemnendas, deſcendit in campum, prælio aggreſſurus Mulſumanem. Chaſaoes peregrinorũ dux, & Brenezes qui præerat Europæis equitibus, continuò deſciuerunt ad Moſen transfugientes. Mulſumanes vt cognouit peregrinos deſeciſſe, & confugiſſe ad hoſtilem exercitum, rectà Byzantium fugiens cõtendit: animo agitans, Græcis Byzantij regnũ tradere, vt hinc in Aſiam tranſgreſſus, Aſiæ res cõmodius adoriretur. Cùm autem huiuſmodi animo volueret ſententiã, cognitus eſt à Turcis in via quæ Byzantium fert. Turci itaq;, qui ibi habitabant, collecti in vnum, ceperunt Mulſumanem viuum, captumque abduxère ad Moſen, iſto munere eum honorare affectantes. Moſes verò fratrem illicò necauit. Turcos autē qui frarrem comprehenderant, cõprehenſúmque ad ſe adduxerant, omnes cũ liberis & vxoribus, adeoq; cum vniuerſa familia igne cremauit, dicens eos impia commiſiſſe. Meritò igitur, cùm regi ſuo violentas intulerint manus, has pœnas ſceleris luiſſe commiſsi. Ipſe ergo recepit regnum, & in Aſiam tranſiens, eam formam Aſię rebus induxit, quæ videbatur Aſiæ regnum firmiſsimum & tutiſsimum effectura. Deinde abijt, Aſia relicta, ſtatuēs obſidione cingere, Byzantiũ. Termæ hoſtiles exercitus admouit. Tryballorum duci bellum intulit, ex regione eius frequenter prædas agens, & * Spenderobē metropolim obſidione premēs. Is erat Srephanus, Eleazari Pladicis vxoris frater, cui Bulco nomē erat. Vt Eleazarus vitam finit, principatum ipſe arripuit, & pro principe ſe geſsit, Paisziti ſtrenuè operã nauans quandocunq; eius auxilium imploraſſet. Stephanus cùm foret in eo prælio quod propter Byzantium cõmittebatur, defecit à Moſe, & ad fratrem eius transfugit. Hac rei indignitate irritatus Moſes, vrbē Srephani exercitu circumſedit, regionemq; grauiter populationibus vaſtauit. Vt autem oppugnatum iuit Byzantium, multum iuuabatur agens ferenſq; quæcunq; ex regione potuiſſet. Fabricans naues & triremes, terra mariq; iter faciebat. Græci implentes naues & triremes, quę in promptu erant naualibus copijs prælium nauale cõmiſerunt, duce Emanuele, notho regis Ioannis filio, cum hoſtibus: & ex eo prælio Græci exceſſere victores.

** Dano, vel Daano Taino.*

*Myrxis filio.*

*Thermæ quæ & Theſſalonicæ.*

*Ducũ defectio ad Moſen.*

*Moſes Turc. rex VIII. Anno 1412. circiter hæc geſta.*

** Al. Senderoniam.*

*Byzantiũ obſeſſum.*

*Emanuelis nobilis virtus.*

victores. Hic Emanuel regis filius cum prudentia & militari ſciẽtia facilè omnes anteiret, tum temporis Gręcos iſta victoria contentos eſſe iubet: ipſeq; plurima præfulgebat gloria. Hanc eius gloriam cùm baud æquo animo ferret regis frater, Emanuelem in carcerem duci iuſsit: qui annis adhuc vixit ſeptẽ & decẽ cum liberis ſuis Moſes, cùm parum proſperè ſucceſsiſſet nauale prælium, accedens per continentem, Byzantij regioni populando moleſtus erat: grauiter quoque Thermam, quam obſidione cinxerat, affligebat: etiam cum Tryballis bellum gerens. Pax autem interceſſerat cum Turcorũ in Aſia ducibus: proinde non hoſtilia patiebantur à Moſe, plerunq; in Europa ætatem agebat. Græci cùm fato functus eſſet Mulſumanes, filium eius Orchanem accerſentes, oppoſuerũt Moſi hoſtem. Poſtea miſerunt Thermam ad Pogdanũ & alios Turcos, qui ibi ſtipendia faciebant, rogantes vt auxilio eſſent Orchani procedenti in Europam, vt eam occuparet. Puer quidem Orchanis viro Turco ex Aſia oriundo committebatur, cætera non ignobili, parum tamen fido, * Palapanum eum nominant. Orchanes venit Thermam: inde tranſita Macedonia, Berrhoen venit, & in regionem finitimam. Cùm autẽ ad ipſum accurrerent Turci, qui ea loca tenebant, profectus eſt in Theſſaliam. Moſes vt accepit, Muſulmanis filiũ Orchanem regnum ſibi parare, & in Theſſaliam pergere proditionem puero per Palapanũ ſubornat. Palapanum enim iubebat Moſes, vt ſibi ſignificaret vbi puer cum ſuis verſaretur, & deinde accedẽti eum traderet. Palapanus quidem Orchanis itinera, & loca in quibus morabatur, ſemper indicabat. Monebat quà adire deberet, vt puerum per proditionem caperet. Orchanes verò cum ſuis manebat in monte, qui Theſſaliæ imminet. Eò cùm acceſsiſſet Moſes, vt indicatũ erat à Palspano, puerum viuum capit, exercitumq; trucidauit. poſtea in Pogdam regionem profectus, eam ſuæ ditionis fecit: & cum Græcis intentus omnes occaſiones, ſumma vi bellũ gerebat. At Græci bello abſtinebant prorſus. Ieſus autem ſiue Ioſue, qui natu minimus erat filiorum Paiazitis, ad Græcos ſe recipiens, Chriſtianam religionem aſſumpſit, nec multò pòſt ad ſuperos migrauit. Mechmetes Moſis frater quem quoque genuerat Paiazites, vbi primum eam ætatem attigit quę rebus gerendis idonea fuit, cum exercitu ex Caramania profectus, Turcos ſolicitabat, vt ſibi ſubſidio venirent in acquirendo regno. Cùm igitur vltrò citroq; legati ablegarentur, nec non Græci auxilium pollicerentur ad regnum capiendum, Aſiæ imperium nactus eſt, cum optimus quiſq; indignaretur propter Moſis violentiam & tyrannidem, & adiungerentur Mechmeti aduenienti. Atque in hunc modum Aſiæ imperio potitus, etiam in Europam expeditionem parabat. Hunc quidem, regnante Mulſumane, Moſes & Ieſus, quibus educandi pueri negocium datum erat, ne reſciſcerent fratres vbinam puer aleretur, anxij vt caperetur & necaretur, artifici quidem chordarum faciendarum tradiderunt Pruſæ, vt artificium id addiſceret. Poſtmodũ cùm iam per ætatem res ipſas tractare poſſet, abijt ad Caramanum Alurim, Hinc profectus, ut antea ſignificauimus, Aſiæ imperio facilè potitus eſt, adiutantibus Caramano, & alijs Aſiæ quibuſdam ducibus. Tranſgreſſus Byzantium, in colloquium cum Gręcorum rege venit Deinde cùm vtrinq; ſe iuramenti religione, quantũ ſatis erat, deuinxiſſent, profectionem inſtituit ad Trybullorũ Traciæq; principem: vt ad hunc in colloquium adhibitus, copias ab eo acciperet: quibus ſubnixus, fratri bellum inferret. Vt rumore allatum eſt ad Moſen, fratrem quàm ocyſsimè in * Aſiá traieciſſe, obuiá proceſsit, magno inſtructus exercitu. Et cũ alicubi regionẽ quandam tranſirent, iuxta eius regionis oppidũ in fratrem incidit. Accingebatur itaq; ad pugnã, ordineſq; explicabat, & inſtructo agmine Mechmetes contra fratrẽ ibat. Cùm autem in cõſpectum veniſſet vterq; exercitus, hic quidem per Aſiam iter metiens, alter ex Europa aduenien, collatis ſignis prælium inibant. Exercitus Aſianus haud diu ſtetit: verùm terga dans, fugiebat. vnde & Mechmet palàm ſe proripit, Fidium verò opiſex, inſtructor & magiſter eius, Halim Paiazitis quoq; filium Byzantium incolumen deduxerat: ad quem Mechmet fugiens, ibi quoq; cũ exercitu ob cæde ſeruatus eſt. Hinc recepti animis, in * Aſiam traijcere decernunt, pugnaturi cum Moſe propter alias res. Nec multo tempore interiecto, conſcriptum Aſianum exercitum Græci in Europam tranſportabant. Moſen in Aſiá tranſgredi haud ſinebant Græci, qui occupauerant traiectum. Præſidio etiam tenebant Helleſpontũ, & * templum in Propontide ſitum. Mechmetes, vt copias ſuas traduxit * in Aſiam, rectà ad Trybal los iter maturauit, vt inde exercitum compararet, quem præſenti negocio in primis cõmodũ iudicabat, & cum fratre prælij aleá experiretur, Moſes prælij cupidus, venit in regionẽ quæ ſupra Hæmum eſt, Panium dictam: in qua, quia præceſſerat montem, inuenit fratrem. Vt ſenſit fratrem accedere, & iam in proximo eſſe, aciem inſtruit, & præliũ capeſsit: moxq; in fugam agitur, qui fugiens properabat ad Tryballorũ ducem. Cùm autem ibi verſaretur, miſit legationẽ ad optimates Turcorum, & ad Chaſanem, * Brenesem, Amuratamq; vt ſolicitaret eorum animos ad defectionem. At hi defectionis ſermonem primò abnuebant: verum tandem ipſi inter ſeſe defectionis conſilia capiunt. Hinc Brenezes ſua ſponte tráſfugiebat ad Mechmetem, trahens ſecum Turcorũ proceres, & filios, nec non Chaſanem cum optimis quibuſque de peregrinorum cohorte. Cum iam acceſsiſſent copiæ Mechmeti haud pœnitẽdę, quibus fretus prælij fortuná cum fratre facilè tentare poſſet, aſſumpto Tryballorum principe, cõtra fratrem pergere, & prælij poteſtatẽ facere inſtituit. Moſes igitur, vt Mechmetis cõſilium impediret, ne facilè in Europam tranſire, eamq; ſui iuris facere poſſet, ducens ſecum vniuerſum Europæ exercitum, & Ianuæ milites, exceptis his qui ad Mechmetẽ conceſſerant, in * Eryſorum regione conſe-

Marginal notes (left): ** Al. Salapanum.* — *Salapanis proditio.* — *Ieſus Paiazitis F. Chriſti animo initiatus, mox moritur.* — *Mechmetes educatio.*

Marginal notes (right): ** Europã.* — *Fratrum cõgreſſus.* — ** Ex Aſia.* — ** Hieron.* — ** Ex Aſia.* — ** Breuezem.* — *Ducum ad Mechmetem defectio.* — ** Myſorũ.*

conſedit. Ibi Mechmetes in sxpeditionẽ egreſſus, caſtra locauit Vt autẽ appropinquauit. Moſis caſtris copias in aciem eduxit. Siniſtrum cornu tenebat Trybsllorum dux. Dextro præerat Brsnezes, cum filijs ſuis. Secum enim in caſtris habebat filios, qui ipſi nati erant: Agathem, Baramum, Haliem, Beicem, & Ieſum. Poſtquam autem & Moſes aciem ſuam inſtruxit, accedens omnia explorabat: & vbi ſibi opportuniſsimũ videbatur, ſtetit: & vbiq; ſuis præſens erat. Ibi *Chaſanis defectio.* tum Chaſanes peregrinorum dux, qui deſciuerat à Moſe, equo vectus ad Moſis exercitum, voce quàm potuit maxima exclamauit, peregrinos appellans: O filij, quid cunctamini, aut quid differtis continuò abire ad regem veſtrum, virum ex genere Otomauidarum ortum, & iuſtiſſimum & æquiſsimũ, quiq; omnes ſui generis principes virtute antecedit: Verùm miſeri manetis, contumelijs affecti à viro qui nec ſibi nec amicis quicquã ſalutare proſpicere poteſt? Hæc quidsm clamantem, & ad aciem feſtinantẽ audiuit Rex Quidam autem reſpondens, inquit: O rex, non aſpicis Chaſanem peregrinorum ducem, quẽ in maximo penes te honore habuiſti, incitare peregrinos ad defectionem? Quæ vbi aduertit Moſes parari, non amplius ſuos continuit: verùm immittens eos, ipſeq; equo calcaria *Chaſanis interitus.* ſubdens, ferebatur in Chaſanẽ, vt eum occideret, currebatq; plenis & effuſsis habenis. Chaſanes vt accepit, Moſem contra ſe ſumma celeritare niti, & ipſe adhibita feſtinatione ſumma aufugit: Moſes acerrimè inſecutus, vt fugiẽtem eſt deptus, gladio eum peremit, è ſupernis ictũ inſerens. Miniſter autẽ Chaſanis, vt dominum ſuum vidit necatum iamq; Mechmetem iterũ librare ictum in Chaſanem, Chaſane ſubtracto, librantis ictum manum abſcidit gladio. Qui vt cognouit manu ſibi præciſam, properè in caſtra redijt. Vt milites viderunt eum eſſe mutilatum, ibant ad Mechmetem. Moſes autem copijs iam omnibus nudatus, cùm nihil efficere poſſet, celeri fuga in Daciæ regionem abire feſtinabat.

Mechmetes autem vbi primùm ad ipſum exercitus conuolarant, rebuſq; iam potitus eſſet, ſtatuit continuò fratrem fuga ſibi conſulentem perſequi. Eum itaque ægrum vna manu fugientem, & in paluſtri loco ſe condentem depre- *Moſis interitus,* henderunt. Deprehenſum adduxerunt ad fratrem: qui illicò eum necauit, guttur eius *Mechmetes ix. Turc. rex.* laqueo frangens. Mechmetes igitur cùm iam regnum eſſet nactus, & ad id parandum ſibi inprimis vtilem fuiſſe Græcorum operam cognouiſſet, regionem amplam ſuæ finitimam Tryballorum duci donauit. Poſtea exercitibus miſsis, Daciam euaſtabat. ad quem pacem petitum legatos miſit Daciæ princeps, promittens ſe tributum regi penſurum quantumcunq; imperaſſet. Pax ea conditione data eſt. Cum Græcis Mechmeti perpetua amicitia fuit. quapropter Emanuel Byzantij rex cùm in Peloponneſum *Iſthmus.* veniſſet, Iſthmum muro cinxit: & Peloponneſios, vbi Iſthmum muro circumdediſſet, accerſiuit. Iſthmus vniuerſam Peloponneſum, vt in inſulæ formam redigatur, concludit, extendens ſe à mari in mare, quo ſpacio colligit quadraginta duo ſtadia. Eò loci Iſthmia celebrare Græci conſueuerunt. Extendit ſe ab vrbe Corintho ad ſtadia vigintiquinq;. Iſthmum autem accedente cum hoſtilibus copijs Xerxe Darij filio contra Athenienſes, muro complexi ſunt Peloponneſij, arcere volentes barbarum Peloponneſi acceſſu. Poſtea etiam Iuſtinianus Romanorum *Iuſtinianus Rom. Imp.* Imperator muro Peloponneſum incluſit. Emanuel igitur cùm pax interceſsiſſet cum Mechmete, Paiazitis filio, in Peloponneſum veniens, fratrem Peloponneſo præfecit: Iſthmumq; muro firmauit vndiquaq;: & tributum imperauit Peloponneſijs, quò Iſthmum defendere poſſet. Edixitq; vt omnes in Iſthmo conuenirent: qui edicto parentes, conuenêre, congregatiq; murum extruxêre, cum quilibet pro ſe ſedulò ſuum opus exequeretur. Vbi autem ad finem deductum eſt ædificium illud, Peloponneſi duces capti: qui longo tempore regionem tenentes, parêre recuſabant Græcorum ducibus, niſi quando & ipſorum ibi quoq; verteretur vtilitas Captos ſecum Byzantium ducebat, interim diligenti cuſtodia Peloponneſios circundans. Captos quidem duces ſecum trahens, abibat Peloponneſo. Mechmetes vbi ad regnum promotus eſt, ſuccedente tempore expeditionem ſumpſit contra Iſmaelem Sinopæ principem. Amicus enim & ſocius fuit Moſis, cuius opere enixè Moſes adiutus eſt in bello, quod geſsit cum fratre Mechmete. Mittens itaque Iſmael legatos, quibus mandarat, vt dicerent, ſe paratum eſſe æris redditus omnes Mechmeti, nomine tributi aſsignare, ſi ſecum pacem feciſſet. Hæc enim regio Aſiæ ſola, quod ſciam, æs profert. Cùm *Venetorũ & Turcarum bellũ* igitur æris redditus tradidiſſet Mechmeti, bellum pace commutatum eſt. Tandem diſcordia inter ipſum & Venetos exarſit, qua impulſus, *1408.* Venetis bellum indicit, propter regionem quæ Ioniũ ſpectat: cui miſsis exercitibus vaſtitatem maximam inducebat, Veneti legatis miſsis, vt nihil æqui impetrare potuerunt, animos quoq; in id bellũ ſumma vi intenderunt. Apparet gentem iſtam admodum eſſe vetuſtam, & nobiles Iones fortitudine & generoſo ſpiritu longo interuallo poſt ſe reliquiſſe. Habitauerunt antiquitùs regionẽ vergentem ad ſinũ Ionicum, & ab Illyrico in Italiam excurrentẽ. Antiqui eos * **Henetos.* Enetos nuncupabant: poſtmodum Veneti dicti ſunt. Profecti autem ex *Epiro, partim voluntare, partim neceſsitate ſubacti, vt quorum regio **continenti.* vaſtata eſſet ab Attila rege, vt in maiore ſecuritate eſſent in poſterũ, inſulam quandã paruam & paluſtrem, diſtantem ab continente quindecim ſtadijs, ædificijs occupare ſtatuerunt. Initiũ ædificandi factum eſt à paucis Venetis in vnum collectis. Deinde acceſſere quoq; finitimi *Epi- **cõtinenti* ro, bellis grauiter diuexati. Vrbs autem illa vſq; incrementum ſumebat ædificijs & legibus, cum *Epirotæ plurimi non ceſſarent eò confluere. **accolæ.* Creſcebat quidem ea ciuitas mirum in modum *Epirotas Venetorũ vrbem amplıaſſe.* diſciplinæ ſanctitate, cũ eò accurrerent plurimi bonis legibus enutriti, & plurimi virorũ † Epirotarũ illuſtres eò aduolarent. Præterea ſi quis *† o*

*erat autem hic Foroiulienſes. Epirotas. † continentis.*

patria fortuniſq; omnibus pulſus vi hoſtili erat, hoc greſſus dirigebat. Vrbs illa, incredibile dictu eſt, quàm breui opibus creuerit, & diſciplina. Multi Græci & Romani, necnon alij viri clariſsimo genere exorti, in patria vſi haud ſatis proſpera fortuna, aut ab ciuibus pulſi, aut ab hoſtibus exacti, in hanc vrbem congregabantur, filij exiſtentes virorum illuſtrium, qui regebant regionem haud infrugiferam. Hi quidem partim in Ioniam & Græciam, partim verò in Italiam pulſi, in iſtam ciuitatē ſe recipientes, ſecuriùs habitabant. Cùm autem ea ſit vrbs emporiū celebre, animū adiecêre ad mercaturā neceſſariò. Quia continentem non attingunt, nec eorum fructum, quos continens profert, ipſis copia ſuit ratiar. Proinde meritò mercaturæ operam dederunt, vt neceſſaria mari ſubueherentur. Cumq; quilibet ſedulò mercibus permutandis incumberet, breui incredibilem potentiam ſibi peperere. Vrbem baſilicarum & domorum, necnon templorum magnificentia condecorarunt. Triremes extruxêre, non modicas, & munimentis ſe communiuere firmiſsimis. Deinde ambitione moti, naualia prælia committebant cum ijs qui longè lateq; nauali gloria coruſcare videbantur. Etiam hi quorū potentia mari maxima erat, metuebant Venetorū laceſſere arma: adeò magna his acceſſerat potentia. Regionem autē haud infrugiferam, quæ nauiganti à ſinu verſus Ionium à ſiniſtra eſt, & vrbes opulentas ſubegerunt vſq; ad mare Ægæum. Huius portus omnes in poteſtatem redigentes,* Corcyram vniuerſam in ditionem acceperunt. Cœperunt Eubœā, & Cretam Peloponneſiq; vrbes. Cum claſſe venerunt in Syriam: ſubigenteſq; Cyrenen vrbem, magna militaris virtutis facta deſignabant, vbiq; cum barbaris prælia naualia facientes, & mare vniuerſum, quod eſt intra Herculis columnas, perdomantes. Etiam pugnabant fortiter cōtra eos qui erant in Europa, & ſibi admodum potentes videbantur, nec oratione dignū puto, quòd nō adnauigarūt Italiæ, nec ſibi ſubiecerunt Rauennam, vrbem opulentam, principe huius defuncto. Quia nempe non ſolebant contra eiuſdem gentis & corporis homines bellū mouere, ſed contra alienigenas arma ferebant. Arma etiam arripuerunt contra Græcos, quos nauali prælio vicerunt, eorumq; * metropolim ſubegerunt, cùm plurimi Occidentales ipſis adiungerentur. Copias tamen cùm ducerent aduerſus Græcos, continente non abſtinuere, verùm regionē eius non modicam & optimam ſuæ ditioni iunxere. Vrbem quoque ſuam munitiſsimam præſtitere, cùm eam & nauali pedeſtriq; potentia auxiſſent. Diſcordiæ ipſis interceſſerant cum Epiri ducibus. Proinde id bellum longius durauit. Opibus excellentes, ciuitatem ſuam magnam reddiderunt opum acceſſu. Præterea Pontificem maximum Romanum, Italia Romaq; pulſum ab rege Barbaro, ad pontificatum & imperium reduxerunt, victo Barbaro nauali prælio. Etiā aduerſus Ianuenſes, qui regiones quaſdam iſtinc & maritimam Italiæ oram tenere videbantur, bello petentes, plurima militaris virtutis facta edebant, plerumq; pugnis naualibus victoriam obtinentes. At Ianuenſes bellum aduerſus Venetos ſumentes, propemodū horum vrbem in deditionem acceperunt, nauibus & triremibus adnauigantes, & eorum portum occupantes, ingreſsi eò loci vbi * Clizoe ſiue Clodia foſſa eſt. Vrbs Venetorum ſita eò loci, vbi lacus ſiue portus magnus viſitur, qui longus ſtadijs quingentis regionem Eridano finitimam attingit. Eridanus enim (qui & Padus) Italiæ fluuius magnus eſt, & naues ibi in mare exponit. Hac igitur Ianuenſium naues ingreſſæ in portum, Clizoen occuparunt, & diripuerunt. Quo facto, legatos in vrbem ire iuſſerunt. Ciues autem cum in ancipiti hærerent diſcrimine, nec ſatis quid facerent, ſcirent, reſponderunt ſe paratos eſſe facere quæ imperaſſent Ianuenſes: & eam reipublicę formam amplexuros, quam ipſi præſcripſiſſent. Iuſſerunt quoq; Ianuenſes petere quæ vellent, quaſi ea promptiſsimè daturi. Ianuenſes vt intellexerunt Venetorū reſponſum, magis in ſpem potiundæ vrbis erigebantur. Proinde immoderatè, nulla vrbis verecundia inhibiti, reſpondent, ſe petere, vt liceat vrbem tres dies continuos diripere. Legati in vrbem reuerſi, petitionem Ianuenſium exponūt. Senatus populuſque ira percitus propter tam inſolentem & immoderatam petitionem, naues, quotquot potuerunt, continuò militibus implent: naueſq; ſoluentes, in lacum feruntur. His obuiam pergunt Ianuenſes, confeſtimque in lacu nauale prælium commiſerunt, in quo penes Venetos victoria fuit. Hinc cùm hoſtes terga darent, celeriq; fuga feſtinarent in Clizoen, continuò Veneti abducentes vnam de numero ſuarum nauium maximam, eam demerſerūt, vbi portus anguſtiſsimus erat: & ſuos portus obſtruentes, fame Ianuenſes in Clizoe conſtitutos expugnare nitebantur. Tentabant obteſsi foſſam * qua ex Eridano in portum venitur conantes perfodere eum locum, ſi quo modo poſſent naues in Eridanum impellere, ſed opus iſtud haud abſoluere potuerūt. Patauij dux Carrarius Venetis infeſtus, Ianuenſes in iſto prælio adiuuit. Fame igitur domiti, dedere ſe Ianuēſes Venetis, vt ſecū pro arbitrio ſuo agerent. Et quidem hic turpiſsimè perierunt, nec nunc ſatis dignè tractati, vt in poſterum modeſtiæ memores eſſent. His in hunc modum peractis, vim belli contra Ianuenſium vrbem vertêre. Cùm autem vbiq; victorijs naualibus clareſcerent, & mirabilem ſibi vbique potentiam pararent, & etiam alios mari, quod eam regionem alluit prohiberent, accidit vt Ianuenſium vrbs in maximam deuolueretur calamitatē, vt quę naualibus prælijs nihil amplius efficere poſſet: poſtea etiā Patauij principem vlti ſunt, vrbem eius obſidione prementes. Deinde adducti in cōtinentem, eam conſtantiùs ſibi ſubijcere moliebantur, vt ſibi confirmarent continentis imperiū. Et cùm antea imperium quoddā in regione * continentis eſſent nacti, & Teruiſium vrbem opibus florentem ſuo dominio adijcientes, regionem prętergreſsi ſunt, cum odio incolæ vrbis incitarentur aduer-

*Corſum hodie, Venetis ſubiecta.*

*Conſtantinopolim.*

*Alexandri pontif. cū Friderico*

*Barbaroſſa Fridāic. An. 1180. Sabell. En. 9. lib. 9.*

*nunc Chiozza.*

*Genuenſium in ſucceſſu immodeſtia.*

*Brundolum vocāt.*

*Genuenſes victi et deditī.*

*Foroiulium.*

aduerſus ſuos principes. Cùm Patauium iu poteſtatem veniſſet, etiam Carrariutum è familia Dux cuutra eoa inſurrexit: cuntra quem huſtili anino procedentes, vrbes nou paucas Italiæ & Liguriæ ſubegêre. Veronam quuq; in ditiouem redegerunt, vrbem opulentam, expulſa * Scalariotum principum familia. Captæ ſunt Vincentia, Brixia, vrbes opibus & claritate reliquis Italiæ uppidis baud inferiores. Poſthæc bellũ ipſis fuit cum * Liguriæ priucipe, quud quidem ad multus extractum eſt annos. Is autem princeps otiginem trahit ex familia Mariangelurum, & Mediulanu præfuit. Vrbs bæc ſtudijs belli, & reliqua felicitate Italiæ vrbes longè exuperabat: & cùm ſit populuſa, antiquiſsima eſſe creditur, necvnquam aduerſa fortuna eſſe vſam, ex quu coudita eſt, verùm ſemper ſtudijs belli & armurum præparatione excelluiſſe cunſtat. Cùm autem ſit mediterranea, diſtatà mari Ianuenſium ſtadijs ſexcentis, Sita eſt prope Galliã, quæ Sabandia numinatur. Fluuius vrbem dirimit, qui in Teſinem ſiue Ticinum effunditur iuxta Papiam vrbẽ. Teſines redit in Eridanũ prupe Placentiam, vrbem magnam. Quò autem Eridanus fluat, iam antè indicauimus. Familiæ Mariangelurum procetes tali ex cauſa in principatũ Mediolanenſem, & in reliquam Liguriam allecti ſunt. Draco ex munte in vrbẽ vadens, magnam ſtragem hominũ, qui ad operas & ad agros pergebant, facere non ceſſebat: mulierẽ tamen nullam, vt aiũt, lædebat. Viris tamen longu tempure infeſtus erat vaſtandu. Plurimi quuq; beſtiam illam vt interficerent, cuntra eam ibant: verùm nibil proficientes, extrema quæq; patiebantur. Tandem Mariangelus, Mariangelorum familię princeps, natione Britannus ſiue Anglus miniſtrum ſuũ & ſemetipſum armatura, quæ tutum curpus tegerer, armans, ubuiã beluæ proceſsit. Miniſtrum igitur cum belua vuraret, & medium in rictu purtaret, nec eum in illa demittere, vel euumere puſſet, ſecuri beluæ caput amputauit. Draco in hunc mudum perijt: ciuitaſq; liberata ab iſta beſtia, à qua ſubinde oppugnabatur, Mariangalum ducem elegit, & cõtra hoſtes ire iuſſit, vt qui vitum bonum & ſortem ſe exhibuiſſet. Nec multò pòſt, vt ſibi Mediulanenſem principatum cuuſtabiliret, & ciues ubedirent, ſatellites, quos curpuris ſui cuſtudes eſſe vuluit, delegit. Quo reguaute, generatione demum quarta pòſt principatus in Philippũ deuenit, cum quu Veneti bellum gerebant, creantes ad id duces viros buuos, & magnam regionem gubernãtes. Primò quidem Carminiolam ducem fecerunt, quem oppoſuerunt principi Mediolanenſi. Vbi autem intellexerunt, eum regionem prudere, & colludere cum Mediolani duce, captum interfecerunt. Et vucantes Franciſcum cognumine Sphurtiam, Ducem in lucum uccisi ſubrogarũt. Magnis quuq; bonoribus eum affecerunt, cum eriam anrea gloria multa præfulgeret, & nunmudicas Liguriæ vrbea ſubijceret. Imperiũ continentis ad magnam potentiam produxit. Vt autem Italis in partes abierit, quidam Venetus, quidam Ligures ſequuti, in ſequentibus vt umnia contigerint, enarrabo. Redeu nunc ad Venetorum vrbem, quæ vtramq; fortunam experta eſt. Veneti igitur elegerunt ad id bellum gerendum duces rei militaris peritia iuſignes, vt ſuprà ducui, inter quus Carminiulam impenſius faueutem rebus ducis Mediulani, captũ uecarunt, quia eum ſibi inſidias ſtruere cognitũ babebant. Sphortiam accitum in lucum interfecti ducem ſubſtituêre. Manifeſtũ arbitror eſſe omnibus, Venetos præclaris facinuribus vbique editis, mille annis vſus proſperu rerum ſucceſſu, plurimum gluriæ per vniuerſam Italiã apud umnes tenuiſſe. Quòd autem ciuitatem ſuam ita regnauerint, vt inuiulata & intacta à ſeditiunibus fuerit ſemper, decens torius vrbis adminiſtratio, quam breuibus nunc deſcribã, in cauſa fuit. Olim democratia iſtam ciuitatem gubernabat, pupuluſq; ſimul cum his qui in magiſtratu poſiti erant, quà ſibi conſulriſsimum videbatur, ciuitatẽ moderabantur. Poſtea cùm ad upera pupulares ſinguli auocarentur, nec uciũ amplius, quando ita res monuiſſet, in vnum conuenieudi & cuuſultandi ſupereſſet, oprimos quoſque iſti curæ præfecerunt, vel ſorti vel ſuffragio electionem cummirentes. In hunc modum reipublicæ forma ex democratia in ariſtocratiam mutata eſt. Ex eu inde tempore ciuitas illa pulchrè adminiſtrata, maximã ſibi putentiam peperit. Habent ſenatum, quem magnũ vocant, iu quo ſingulis uctu diebus cunſultant. Hic ſenatus uppidis ſuffragiu intercedente principes ſtatuit. Etiã vrbis magiſtratus idem ſenatus decernit. Lege autem ſancitur, iu hunc ſenatum licere ei ingredi qui natus ſit annus vigiutiquatuor, & ſenatoris ſiue patricius ſit, nec aliqua cauſa extet, quæ ab ſenatu eum excludat. Sunt autem viri bis mille, qui calculus ferunt, & vniuerſi imperij magiſtratus eligunt. Ducem ſiue priucipem ſibi eum conſtituũt, qui apud eos ex umni numero, optimus habetur. Hic duus ponit calculos, quos cuicunq; voluerit parti addere poteſt. Princeps ille manet in primis à ſenatoribus bunoratus. Is in regali aula habitans, victum habet: ſumptus, quus ſacit, ab his qui vniuerſæ ciuitari præſidẽt, capit. Adſunt ei viri conſiliarij ſex, ſocij eius exiſtentes, & in partem curatũ principatus adhibentur: qui mẽſibus ſenis euolutis, dignitatẽ depunũt. Poſt ſenatum magnum alius ſenatus eſt, qui Euugatorũ dicitur, qui viris conſtant trecentis. Hunc ſenatũ creant in magnu ſenatu, allegantes qui prudentia pręſtare videntur. Senatus autem vucaturũ de bello & pace legarionibuſq; cunſultat. Et ei, quodcũq; viſum fuerit iſti ſenatui, ciuitas tota paret: & in ſentenriã, quã dederit, manibus pedibuſq; vniuerſa ciuitas vadit. Criminibus capitalibus viros præſecere decẽ, qui accuſent, & puniant. His licet manus principi inijcere, & ad necem trahere: nec eſt qui auſit eius cauſam inquirere, ſic enim urdinatũ eſt: & creantur vt deliuquentes feriant. Siue in ciuitatem, ſiue in priuatum quis quid cõmiſerit, decem viri ſi cognouerint, de eu ſupplicium ſumunt, Sunt & alij iudices, qui in reliquis ius dicunt, quidã vrbani, quidam

*Carrarienſium familia.* — ** Scaligerorum.* — ** Inſubriæ* — *Mediolanum.* — *Mediolanenſiũ inſigni anguis vnde. Hic Otthovicecomes fuit ex comitib. Angleriæ, qui barbarum quendam, viperã in armis geſtantem, ſtrauiſſe dicitur 1096 Ioannis autem poſtea Galeacij Vicecomitis F. Philippus Maria, Angleriæ comitatu donatus, ſuis Mariãglorum nomẽ reliquit, circa annũ 1400.* — *Carminiola Venetorum tribunus.* — *Veneti.* — *Venetorũ reſpub.* — *Pregalia.* — *Dux Venetorum.* — *Sextertia.* — *Euogatori.* — *Capodi Dieci.* — *Quarãtie.*

petegrini.His præpoſuerunt magiſtratum quadraginta virorũ,ad quos ſeotentias ſuper puniendis ſontibus ttanſmittant,vt deſpiciant,num & ipſis ſententię oprimè habete videãtur.Si ſententiæ diſplicuerint,& ipſi inter ſe diſſenſerint, negocium totũ ad Euocatorum ſenatũ refertur. Hic ſenteotiæ multa diligentia excutiuntur, & tandem ad finem dueuntur. Sunt & alij magiſtratus plurimi in cuſtodiã vrbis comparati.ſunt quibus negociũ ciuitatis commiſſum eſt io eos, qui defectionem aliquã ſiue tumultũ ooctu concitaot.Sunt & rerum venalium,atq; adeò totius fori præſides.Alij ptęſideot vectigalibus rerum, alij ſunt tributorum & cinitatis reddituum exactores. Quidam præpoſiri ſunt vectigalibus & redditibus,ad quos vniuerſæ ciuitatibus opes adhibitis obſeruatoribus,deferuntur.Magiſtratus hic conſtat viris ętate & honoribus grauiſsimis,qui pet vniuerſam vitam iſtũ magiſtratum retinent.Quia difficile videtur accepta & expenſa ciuitatis,quid expẽdatur & quid ſupſit, quot annis computare,& ſingula in rationes referre. Ex his ſibi ducem eapiunt,quando is qui rerum potitur,mortuus fuerit. Qui ad primũ dignitatis locó euecti ſuerint, ad iſtum tandem honorem promouentur.

*Procuratores S. Marci.*

Theſauros atq; totius vrbis opes & redditus inſpiciunt,& rutantur.Eorum officium eſt,vbi magiſtratum huncinierint, conſultarionibus cum principe vacate,& cum eodẽ legariones principum regumq́; relationes audire. Poteſtas totius cioitatis penes hos eſt & reuera principatũ gubernant. Ciuitas iſta duobus omnes Italiæ vrbes antecedit:videlicet domorum magnificentia, & ædificiorum quæ in mari ædificata ſunt apparatu.Excellit & opulentia,quæ penes eiues eſt,nam cùm ſit mercaturæ & negotiationibus idonea, fit vt incolæ plurimas hinc eolligant opes.

*Arſenate.*

Exornata eſt eadẽ vrbs pulcbra nauium ſtarione, quæ intra vrbem ſita eſt, pulcherrima & amœniſsima viſu, inſtructa triremibus.nauibuſq́; alijs plurimis. Copioſus ibi eſt apparatus in promptu armamentorũ, & aliorũ quæ naues poſtulant. Spacium occupat quinq; ſtadiorum.Viri complutes quoridie huc commeant,operantes ſedulò, vt quæ ad oaues pertinent,nõ deſint. Quotannis vitos duos eliguot ptimariós,qui ſtationi illi præficiuntur, vt ea quæ ad ipſam ſpectant,ſedulò procurent. Equorum nullus in iſta vrbe vſus. Pedeſtri itinere vtuntur in cõgteſsibus mutuis.Nauigiorũ vſus apud eos frequens eſt,cũ mare tranſeat pet domos.

*Syndicatio.*

Pręterea vrbs tota tegulis integitur,nec vllis mœnibus cingitur. Magiſtratus, quos vrbibus in Italiæ cõtinente & in maritima ipſorum regione ſitis decernunt, plerunque ex ijs qui io magiſtratu ſunt, conſtiruunt. Vbi ni reuerſi fueriot,pœnas dant eorũ quæ iniquè in magiſtratu collocati egerunt.Ducẽ,quem exercitibus contineotis proponunt,non iodigenam aut ciuem creant,veriti vt conciliatis militũ animis, innouationem aliquã moliretur contra principatũ, rerumq́; ſumma in periculum veniret. Naualibus copijs cùm non poſsint dare Imperatorem peregrinum,vnum de ſuo corpore deligunt,qui naualia prælia capeſſat, cùm ad belligerandum prodeũt.Separatim quotaonis decem triremes mittunt in Ionium & Ægeum mare,propter naues quæ in Ægyptum & in Libyam merciũ gratia proficiſcuntur per Oceanum & Euxinũ mare.hoc repurgant à piratis , quos arcentes vbicuoq; io eos inciderint, foris morantur per integrũ annũ,expectantes donec decem aliæ ſubmittantur. Quæ ſi venerint,liberatę priores maris cuſtodia,domum remeant. Ciuitas iſta mittit tritemes,quas ciues emunt,petirum merces, in Alexandriam,Syriam,Tanaiam,Britannicas inſulas,& in Aphricam. Hæ ſunt numero viginti duæ,quæ magnitudine differuot à reliquis,vt quæ ad merces capiendas extructæ ſint. Solent autem,ira enim conſuetudo tenet,cum ſingulis nauibus patriciorum filij ad merees comparandas proficiſci mercede conducti. Magnam pecuniæ vim Veneti confecerunt,cum bellum gererent aduerſus Mediolani ducem, bonorum, quæ ciues poſsidebant, introducta decimarione,propter hanc cinibus annuum, quaſi debiti perſolutionem,ordinarunt reddirum : promittentes qoæcũq; contuliſſent ciues in vſum belli, eorum tertiam partem ſingulis annis ciues ſingulos recepturos.Hic redditus ad liberos & nepotes redit.Quidam hoc redditus paruo precio redimunt,ab ijs qui pauperẽ apud ipſos vitam agunt. Ciuitas iſta planè felix eſt. Hæc cùm iam à primordio bonis legibus eſſet fundata,euenit vt nullus repertus ſit, qui ſeditionem aliquam, nouarum terum eupidos,in ea excitare conatus ſit,prætet *Baimundum adoleſcẽtem opulentiſsimum, qui precio illiciens multirudinem, reipublicæ ſtarum inoouare parabat. In quem prodeuntem ad regiam, ſtipatũ turba hominũ maxima,qui eum dominum ſuum & vrbis declarabant,mulier de tecto qoodam lapidem iaciens,eum trucidauit,atq; eò loci ſeditioſus vitam finijt.Deinceps nullus alius , qui idem moliretur inuenrus eſt:cum ciuitas ſumma ope,ne id mali contingat,præcauere ſoleat.

**Boemundum Baimũdi Teupuli coniuratio, circa an. 1297.*

Mechmetes igirur Paiazitis filius, cùm bellum Venetis indiceret,triremes quæ ſemper binæ in propugnaculis erant,impleuerũt, & rectà nauigaruot in Helleſpontum,duce *Petro familiæ Lauredanorum,qui in expedirione contra Ianuenſes admitabilem claritatem rebus fortiter geſtis ſibi parauerat.Hic vbi cum nauibus io Helleſpontum aduenisset,è regione Callipolis vela expandeos,ptælium haud volenri animo inire io animum induxerat. Pax enim adbuc vigorem ſuũ obtinere,nec dum fœdera violata eſſe videbantur.Erat præterea à ſenatu illi imperatum vt defenderet potius,nec prior prelium exorditetur. Viſum enim eſt Venetis non hoſtilia facere,ne vrbes ipſorum in Mechmetis regione quas habebant,aliquid mali à Turcis paterẽtur. Hæ autem ſiræ erant in regione quæ Ionium ſpectat, & in Ægęo mari.Senatus igitur Venetorũ mandatum huiuſmodi ſuo Duci dederat,vt non prior arma inferret:nec laceſſens, verùm laceſsitus prælium oeciperet. Vt venit in Helleſpontum, nec multum ab Aſia naues ſtarent, Callipolis

**Al. Aloiſio. Petrus Lauredanus.*

dux

274

dux non amplius ferendos eſſe dicebat qui ex aperto contumelijs & iniurijs certarent. Quòd filius Ducis è familia Phoſcarorum ab Decemviris captus in grauiſsimam neceſsitatem veniſſet, qua ſi ſeditionis auctor, & nouarum rerum appetens: verùm quæſtione habita, nullum inuenire crimen potuiſſe. Adoleſcentem quidem euaſiſſe illatum crimen. Ex qua re non mediocris lætitia aborta eſt: ipſéque domum rediјt. Deinde iterum captus eſt, cum interfeciſſet virum, qui crimen proditionis ei impegerat. Vnde in Creta morari coactus eſt. Tandem cum denuò proditionis reus fieret, Decemuiri ciuitatia eum accerſentes, cum omnia tentarent, nec vllo modo crimen parêret, remiſſus eſt in Cretam: nec multo pòſt ibidem vita deceſsit. Dux igitur Calliopolis veniens in regia regionem, & in nauale eius, naues militib. impleuit: & ducena triremes vigintiquinque, aliaſq; naues circiter octuaginta, regia claſſe Venetis, quos cõtra procedebat, terrorè inijcere nitebatur. Hi quidem ſublaris nauiũ armamentis, progreſsi ſunt Periconeſum, nihil metuentes hoſtem. Nauis Peloponneſiaca relinquebatur à tergo, quia poſtremò adducenda erat: quæ, cum regia triremis appropinquaſſet, accerſebatur. Dux autem Veneto tũ ſublato ſigno eam ſequi, nec priorem in hoſtem incurſionem facere iubebat. Peloponneſiacæ triremis dux, cum putaret ſe iuſſum irruere in hoſtem, & propter eandem rem ſignum eſſe datum, impetũ in regis nauem fecit, eamq; demergit. Reliquæ barbarorum naues cum aduerterent, à parte aduerſa occœptum prælium, & ipſæ ad prælium, ſe cõuertebant: feſtinantq; impetum in Peloponneſiacam nauem dantes, reſiſtere fortiter. Veneti viderunt quod parabatur, videlicet claſſem hoſtilem incurſare in Peloponneſiacam triremen, ipſi quoque ad nauale certamen accingebantur. Interim dum ferueret prælium, nauigabãt per omnes hoſtium naues, quaſdam demergentes profundo, quaſdam remis ad litus agentes. Veneti in hunc modum victoria potiti ſunt: capientes naues barbaricas tredecim, pleraſque tamen vacuas. Nam Turci, vbi ſenſerant naues, in quibus erant, iam capiendas, in mare ſe abijciebant, & in terram enatabant. Eodem tempore cum armis vrgerent Veneti Mechmetem, Lampſacum obſidendo in ditionem acceperunt: ibiq; præſidio relicto, domum reuerſi ſunt. Veneti ducem illum qui prælia ſecunda contra barbaros fecerat, reuerſum capitis accuſabãt. Crimini dabatur, quòd prior præter ius & æquum, & præter magiſtratus imperium, prælium inijſſet, fœderáque fregiſſet. Cum in hunc modum capitis anquireretur, crimine, abſolutus eſt, vt qui prælium haud prior incepiſſet. Nec tempore multo interpoſito, legationes vltrò citròq; miſſæ, inter vtroſque pacem icto fœdere ſanxerũt. Mechmetes quidem, quemadmodum accepimus modò, erga Venetos affectus erat. Græcis verò erat perquam familiaris, eoſq; colere cupiebat in omnibus, quęcunque petijſſent haud grauatim largiendo. Familiaritatis aũt eius cauſa, quam nũc dabimus

*Bellum nauale inter Venetos et Turcos.*

*Muſtapha Paiazitæ F.*

erat. Muſtaphas vnus è numero filiorum Paiazitis, imitatus Moſen fratrem, ad Sinopium ducem, qui hoſtis erat Mechmetis, perueniens, iuramenti religione interpoſita ſe inuicem amicos & hoſpites in poſterum fore confirmabant. Deinde cum legatos miſiſſet ad Daciæ ducem, & amicè ab eo foret acceptus, polliceretur q; ſe ipſi ſuppetias laturum in regno quod aueret acquirendo, in * Aſiam abire decreuit. Cum in Aſia longo tempore moratus eſſet, habens ſecum viros trecentos, haud ceſſabat ambire Turcorũ optimum quenque, & ad defectionem pellicere. Cum res parum ſuccederet, angebatur maximè. Nam Mechmetes æquitatis amantiſsimus erat, & egregiè optimates Turcorum colere norat, moribuſq; erat tranquillus & placidus. Hic dicebat, Muſtapham haud legitimum, verùm ſuppoſitum eſſe Paiazitis filium, vt qui nullo, vel paruo indicio patrem & fratres repræſentaret. Filium Paiazitis Muſtapham exceſsiſſe è viuis, ſeq; Muſtaphę veri filij Paiazitis mortem accepiſſe à viro integerrimo & iuſtiſsimo, qui ſibi eam pro certo nunciarit. Muſtaphas, cũ cœpta parũ ſuccederet, abijt ex Dacia: & res ſuas meliore ſtatu fore credebat, ſi ſe contuliſſet ad Gręcos, ſic in medio Mechmetis regno conſtitutus. Iracundo itaque animo, relicta Dacia, per Thraciam contendebat Thermam, quæ vrbs eſt Græcorum. Ibi veniens in colloquium cum Græcorum duce, & vrbem ingreſſus, captus eſt, Mechmetes vbi reſciuit fratrẽ ſuum perueniſſe Thermam, confeſtim omni mora poſita, Thermam ſumma celeritate adhibita, profectus eſt: aſſumptòq; exercitu, fratrem quærebat apud Gręcos. Dux Græcorum, qui Thermam tegebat, nuncium ad Byzantij regem ire iubet, vt dicat quid egerit cum Muſtapha: narraret quoq; adueniſſe Mechmetem, & poſtulare ſibi dedi Muſtapham vt fratrem ſuppoſititium, & ſui generis maculam. Rex miſſo legato, pactum inijt cum Mechmete, quo iubebatur Muſtapham in vincula dare, nec quoquam inde abire ipſum pateretur: pactũ hoc iuriſiurandi religione firmarunt. Muſtapham igitur vnà cum Smyrnæ duce Zunaite, qui cum eo Thermam aduenerat, acceſſeratq; belli contra Mechmetem adiutor, in arce Epidauri in carcerem dedere vinctos. Græci tempore longo eos in vinculis aſſeruarunt. Poſtea ducti ſunt in Imbrum & Lemnum, vbi quoque in carcere captiui delituere vſque ad Mechmetis obitum. Cum igitur Græci hac in re morem geſsiſſent Mechmeti, & quaſi gratiam retuliſſent, in carcere condentes Muſtapham, accidit vt in poſterum quæcunque vellent, facilè apud regem Mechmetem impetrarent. Tunc quidem, cum experirentur regis fauorem Græci, longo tempore admodum feliciter rebus ſunt vſi. Peloponneſo eam induxere formã, quam cõmodiſsimam fore iudicabãt. Emanuel habuit filios Ioannem ſeniorem, quem Græcis regem dedit: Andronicũ & Theodorum: præterea Conſtantinum, Demetrium, & Thomam. Ioanni ſeniori qui reliquis vir melior eſſe apparebat, regnum commiſit. Eidem vxorem dedit ex Italia Mont-

**Al. Europam. Al. Daciam.*

*Muſtapha capitur.*

*Zunates Smyrnæ dux.*

*Emanuelis Græc. Imp. filij.*

ferrariæ ptincipis filiam, moribus quidem prædiram optimis, cæterum forma illiberali. Diademate igitur caput filij cingens, eum regem & pontificem Græcorũ eſſe iuſsit. Vxorem, quàm ex Italia petierat, non perinde ob formæ turpitudinem amabat. Proinde nec cohabitabat, nec etiam Venetis fœdus cum ea inibat: tantũ mulieris obrepſerat faſtidium. Mulier aduertens ſe marito eſſe inuiſam admodum, nauem conſcendit, & ad genere propinquos ſe recepit. Ipſe interim matrimonio ſibi iunxit Sarmatiæ (quæ & Ruſsia) ptincipis filiam. Hie quidem in iſtum modum affectus regno præfuit, Andronico autem imperio regendam conceſsit Thermam, qui virtute poſt Ioannem ſecundus inter filios regios erat, Cum aliquanto tẽpore ſuperuixiſſet, in elephantiaſim incidit. Thermam quoque vt quæ non amplius retineri poſſet, propter res ciuitatis admodum acciſas, Venetis vendidit. Cum igitur iudicaret eam venditionem tum ſibi tum vrbi expedire, paruo precio accepto, eam Venetis tradidit. Andronicus autem profectus ad fratrem in Peloponneſum, victum in Mantinea Laconiæ habuit. Morbus cum indies inualeſceret, tandem vita functus eſt. Theodorum, qui defuncti quoque filius erat, miſit ad fratrem Theodorum Porphyrogenitum, vt eum Peloponneſi ſucceſſorem relinqueret. Quem ſuſcepit, & vt fratris & neceſſarij filium apud ſe detinuit, quo mortuo, quemadmodum conuenerat, ſucceſsit in Peloponneſi adminiſtrationem. Hic vbi imperio potitus eſt, vxorem accepit ex Italia, filiam Malateſtæ ducis Marchiæ, quæ formæ venuſtate, & reliquis mulierum dotibus admodum præſtabat. Poſtea cum odium, dehinc diſcordiæ id matrimonium inuaſiſſent, odio, quo vxorem proſequebatur, permotus, ad Nazaræorum Schema migrare ſtatuit. Cum autem iam animo fixum eſſet, Nazaræorum ſuſcipere habitum, accerſiuit fratrem, vt ei regnum tribueret, opeſque. Verùm haud multo pòſt voluntatem mutauit, cum eum optimi quique ab iſto inſtituto dehortarentur, nec eum ad hanc vitæ formam tranſire ſinerent. Senior Theodorus non tulerat filios ex Rhainerij filia: verùm nati ſunt ei filij noti, nam duxit vxorem Athenarum principis filiam, quæ omnes ſui ſeculi formoſas anteire dicebatur. *Rhainerius hic Corinthi & Athenarum ptinceps extitit: Bœotiæ quoque imperauit, & vſque in Theſſaliam proceſsit. Imperium hoc modo nactus eſt. Cum contra Græcos, ſic inſtigante Roman. Pontifice, expeditionem ſumerent Galli & Veneti, tum etiam Neapolitanus rex, nec non Tyrrhenorũ & Ianuenſium viri potentiſsimi profecti ſunt, vt Peloponneſum & reliquam Græciam ſubigerent. Et Peloponneſum quidem cæteri in ditionem redegere. At Ianuenſes qui erant de familia *Zachariarum, ceperunt Achaiam & Elidis partem maximam, occuparunt & Pylum, nec non Meſſanę regionem haud paruam, vt etiam in Laconiam irrumperent: Mediterraneam regionem Peloponneſi obtinuere Græci Peloponneſiaci. Vniuerſam maritimam Peloponneſi oram capientes tenuerunt Celtiberi occidentales, nec non Ianuenſes & Tyrrheni. Rhainerius cum ab Florentia veniret in expeditionem hanc (erat enim ortus ex familia Azeolorũ ſiue Acciaiolorum) Atticam & Bœotiam, vt antè dixi, in ditionem accepit. Nactus eſt & Phocenſium regionis pleraque. Ligures Euboiam longis temporibus retrò cœperant: qui permiſerunt Venetis, certis conditionibus & pactis in inſulam aſcendere. *Ann. 1302.*

*Theſſalonica Venetis vltro data.*

** Gregoras & Facellus huc Rogeriũ de Empuriis faciũt.*

** Giachariorum.*

Poſthæc paulatim progreſsi, Euboiam vniuerſam occuparunt, cum interceſsiſſent diſcordiæ inter Venetos & Ligures. Regionem iſtam & redditus, quia placebant, Veneti adhuc habent conditionibus & pactis ijſdem, quibus in eam inſulam peruenerunt: quæ quidem bona fide coluerũt. Rhainerius, Celtiberi, Gallique, quotquot bello Græcos laceſſebant, longo tempore demum poſt Venetos & Ligures in iſtam regionem appuliſſe videntur, Rhainerius quoque ad uena exiſtens, affinitate iuncta cum Liguribus qui Euboiam tenebant, *Prorhymi cuiuſdam filiam vxorem ſibi aſſociauit. Hinc regionem eam occupans, etiam Corinthum ſubegit. Peloponneſum quoque ſubijcere animo agitabat. Poſtea cum ad ipſum veniret frater Græcorum regis Theodorus, inter ſe affinitatem fecerunt. nam vxorem dedit Theodoro duci filiam ſuam quæ formæ elegantia omnes antecedebat: Corinthumque, vbi mortuus eſſet, ei cõceſsit. Promiſerat enim Rhainerius, vt dotis nomine, vbi primùm ipſe defunctus fuerit, Corinthum acciperet. Filiam ſuam alteram deſpondit Carolo *Acarnaniæ & Ætoliæ principi. Duces regionis illius priotis pertinebant ad regem Parthenopes, quæ nunc Neapolis vocatur. Cum à finitimis & vicinis gentibus expellerentur ſuis ſedibus, duce deſtitutæ, Cephallenia, Zacynthus, & Echinades inſulæ, ad iſtum regem conuerſæ, præfectum & principem ab eo acceperunt. Venerant iam olim & alij præfecti & principes in inſulas iſtas. Ibi tum Carolus ille de familia Toccorum habuit ſecum viros ſpectatæ virtutis, *Rhoſum, Gyidum ſiue Guidonem, Mylciareſem. Et cum Cephalleniæ moras traherent, animum in Epirum intenderunt: adiunctiſque Epirotis, regionem quam habebant ſubiectam, in ditionem acceperunt: paulatimq́; etiam Acarnania in ditionem venit. Albani ruentes ab Epidamno, & ad Orientem properantes, Theſſaliam, & mediterraneæ Macedoniæ pleraque, Argyropolichnam & Caſtoriam dominio ſuo addiderũt. Aduenientes deinde in Theſſaliam, vrbes inter ſe ſunt partiti, regionemq́ue, vt qui paſtores eſſent, nec vllo in loco fixas ſedes haberent, depaſcebantur. Poſtquam autem in Acarnaniam peruenere, Acarnaniæ principe id permittente, etiam eam regionem pecoribus depaſcendam obijcere. Poſtea conuenit inter ipſos, vt inſidias tenderent Gręcis, vtcunque tamen res cecidiſſet. Et ſanè Duci *Iſaco, qui versus eum profectus erat, Albani venientes inſidias ſtruunt duce *Spata. Qui cum foret vir impiger, & ad omnia audax, plurimùm ſuis eo tempore audacia & fortitudine profuit. Duce Iſaacium

**Philippi do Oria, 1251.*

**è familia Tochiorũ ſiue Topiorum Beneuentano.*

** Iacobus de Rozza. Dominicus Gilius. Gotfridus Mili.*

** qui & Muſachius.*

** Spataforus.*

eò loci

280

eò loci confecerunt. Hinc cõtinuò incurſionem in regionem eius facientes, eam ſubegere, viroſque quoſcunque in agris deprehenderunt, cepere viuos. Poſtea obſidentes Arten (quæ olim Ambracia) Acarnaniæ vrbem, haud ceſſarũt priuſquam occupaſſent. Hanc regionem ſubigentes, haud abſtinebant ab occidentalium regione, quam miris modis euaſtabãt, nunquam quieti ſe tradentes. His moti principes Neapolitani, ab Corcyra inſula pergentes (inſulam enim iſtam ea tempeſtate Parthenopes reges tenebant) & copias contrahentes proficiſcebantur contra Acarnaniam, vt Albanos ex ſua regione deturbarent, & Arten Acarnaniæ vrbem eaptam recuperarent. Qui aduenientes, Arten obſederunt, bellicaſque machinas muro admouerunt, vt vrbem vi caperent. Spatas Albanorum dux haud intra mœnia ſe continebat, ſed extra vrbem obambulans conſulebat Albanis, quos in vnum collegerat, vt ſe promprè ſequerentur ad præſens periculum. Quo impigrè facto, opprimunt ſubitò Italorum exercitum oppugnationi intentum, quos in fugam cõpellunt, plurimis partim necatis, partim captis. Socius & auxiliaris aderat in eo prælio Prialupas Ætoliæ princeps Tryballus, affinia Spatæ duci Artæ. in hunc modum Spatæi Acarnaniam occuparunt. Poſtea Carolus cum proficiſceretur ab inſulis cum ſuis ſocijs, nec non alijs quibuſdam qui in ſocietatem belli venerant offenſi Albanorum tyrannide, regionem Acarnaniæ ſubegerunt. Præterea eripuerunt Ætoliam * Izaulo regenti Dromænorũ vrbem & Ætoliam. Imperium Ætoliæ antea penes Thomam Prialupæ Tryballi filium fuit, & hoc pacto in Izaulum peruenit. Cum adiuuaret Prialupas Spatam, & Albanos in bello quod geſtum eſt cum Italis. Arten metropolim Acarnaniæ obſidentibus euenit vt in eo prælio captiui cõplures, qui generis claritate excellebant admodum, in manus venirent, inter captiuos hos extitit & Izaulus è grege optimatum: qui adoleſcens regis Parthenopes (quę & Neapolis) nuncupabatur, forma erat liberali, & quantũ ad mores attinet, æquus & placidus. Hunc cum plurimis alijs captiuum trahẽs Prialupus domum, vt mancipium tractauit: eoſque in cuſtodia aſſeruauit, moratus in regia, volens eos propinquis reſtituere, accepta pecunia, ſi venirent ſuos redemptũ. Vxor Prialupæ adoleſcẽtem viſum amare cœpit. Erat enim iſtius mulieris ingenium, vt priuſquã peteretur, peteret viros, præ intemperãtia cui obnoxia erat. Cui igitur ſtupri cõſuetudinem cũ adoleſcente habuiſſet, amore ardens & furens, cum adoleſcente inſidias marito ſubornat. Mulier adoleſcentẽ ducit in cubiculum, in quo quieſcere ſolitus erat Prialupas Dux: ibiq; adiuuans adoleſcentem mulier, Prialupas occiſus eſt, & ipſe ad imperij gubernacula aſcendit. Cum aũt ſibi tyrãnidem ad eum modum paraſſet, nemini niſi mulier ſoli placebat. At vltio haud multo pòſt ſecuta eſt. Prialupas enim, qui filius eius erat, patris nomẽ gerens, natus ex iſta vxore, cum properaret ad regem Moſem, petens auxilium & præſidium

*Corcyra à Rogerio capta, circa an. 1150*

** Inico de Daulos. al. Iſaulo.*

** Daulum*

contra * Carolum Acarnaniæ principem, vt eam regionem in poteſtatem redigeret, captus eſt, oculiq; eius eruti ſunt. Regionem vrbis Ioanninorũ nemo ſubegit. Perijt enim Carolum ſibi ducem: cui vbi primùm vrbis adminiſtratio eſt cõmiſſa, bellum fortiter admodum ſuſtinuit. Regnum hoc, cum prius Tryballorũ foret, ad Izaulum & Carolum ducem in hunc modũ deſcendit. Cum vtraq; teneret finitimã Acheloi regionem, quæ ea tempeſtate Ætus vocabatur, & Argytopolichnam vſque Naupactum, quæ eſt è regione Achaiæ, ſuo imperio admouit. Qui principatum adminiſtrauit cum vſque res ſuæ incrementa ſumerent, pace bellóque nulli ducum cederet: tandem cum bellis, quæ aduerſus finitimos geſsit, plurimum gloriæ ſibi peperiſſet, duxit, vt ſuprà docuimus, Rainerij Athenarum & Corinthi principis filiam. Huic duci natus eſt filius notus. nam ex Euboide vxore ſtirps virilis haud nata eſt. Nomen filij noti erat Antonius. Huic teſtamento reliquit Bœotiam, & Thebas vrbem. nam Corinthus ceſſerat genero Theodoro, regis fratri. Vrbem Athenas, quæ prius Celtiberorum erat (nam & hanc tenuere Iberi) ſibi ſubijciens, tandem Venetis reliquit. Filius Antonius à patre accepit Bœotiæ regnum. nam reliqua Phocenſium regio & Lebadia venerant in poteſtatem Paiazitis, quae ſuo domino adiunxit, vt ſuprà memorauimus. Antonius contra Venetos bellum mouit, & Athenas ſumma diligentia exercitibus circumſedit. Veneti ægrè ferebant vrbem ſuam obſidione premi. parant igitur eam obſidione ſoluere. Et cum ſtatuiſſent hoſtilia animo proficiſci contra Thebas, exercitum ex Euboia quantum potuere compararunt, nec nõ reliqua quæ ad inſtruendum exercitum attinet, collegerũt. Et ab Euboia rectè mouent in Bœotiam, & contra vrbem. Antonius vt accepit Venetos contra ſe cum exercitu pergere, ſuos in duas turmas partitur, quas locat in via per quam Venetos & Euboienſes iter facturos compertum habebat. Vnam poſuit in fronte, alteram vt à tergo eſſet iter ingreſsis. Deinde expectauit donec hoſtes ex improuiſo in medium venirent. Veneti progrediebantur ad vrbem Thebas, quę aberat ab Euboia ſtadijs 100. & 50. Numerus autem eorum qui arma Thebis inferre parabant, complectebatur ſex millia militum. Antonius, cum in inſidias hoſtes præcipitati eſſent, in hos vndique coortus, habens in ſingulis turmis non vltra ter centenos, ſimul vtriſque apparens, hoſtes fugam arripere coegit, plurimis cæſis & captis. Etiam principes qui eorum regionem gubernabãt, cepit viuos. Hinc cedens reuerſus eſt, vnde digreſſus erat, ad obſidionem Athenarum. Ad hanc vrbem copias habuit, donec quidam Athenienſes pacto intercedente per proditionẽ vrbem hoſti traderent. Deinde paucis diebus pòſt & arcem, quam obſidione vrgebat, occupauit, princepſq; Atticæ & Bœotiæ declaratus eſt. Cum autem veniſſet iam antè in ianuas Paiazitis, ſuperſtite adhuc patre, deinde quoque acceſsit Ianuas Moſis, Muſſumanis, & Mechmetis:

*Ioanninorũ principatus in Aetolia, vbi olim Caſſione.*

*Thebarum obſidio.*

*Antonius Athenarũ dux.*

tis: Ianuæ milites muneribus ſibi conciliauit, & in regione ſua admodum ſuauiter & tranquillè in reliquum regnauit. Dicunt hunc virum cæterà illuſtrem extitiſſe. Deinde cum in ditionem redegiſſet Athenas, ferunt eum tum demum abijſſe ad Ianuas regis, quos ſibi familiarizare & arctiſsima neceſsitudine deuinxit. Tyrannidem autem exercuit, ducta priuati cuiuſdam Thebani vxore. Cum enim nuptiale ſacrũ peragentes in nuptijs cuiuſdam Thebani choreas ducerent aderat & ſacerdotis cuiuſdam filia, maritum habens forma quidem luculenta, moribuſque venuſtis & modeſtis præditum. Hanc in ipſa chorea adamauit. Amore autem amens, haud multo tempore pòſt eam ſibi matrimonio iunxit. Fœliciterque vitam egit, cum principatum ad eum modum inſtituiſſet, quo ſibi ſuiſq; & alijs maximè oportunè habere videbatur.

* Galeote

* Aleoti filium Æginæ principem, qui corporis fortitudine præſtabat generum aſciuit, data ei quam adoptauerat, in vxorem, filia. Habuit & aliam filiam adoptiuam, qua ſibi generum parauit iuuenem quendam ab Euboia oriundum, claro loco natum. Poſtremò cum inter ipſum &

Galeotus Malateſta.

Venetos pace diremptum foret, pacatam amplexus eſt vitam. Aleoti filium Æginæ ducem, virum maximè ſibi commodum, quando ad ſe veniſſet, magnificè venerabatur. Vitá verò ſuam cum temperanter inſtituiſſet, ad multam ſenectam peruenit, fœliciter viuens. & quia imperium pulchrè & decenter ordinarat, multas cõporrauit inde diuitias. Vrbem quoque, quàm potuit maximè, ædificijs & reliquo apparatu exornauit. Horum cum huculque mentionem fecerim, tempus eſt vt redeam ad Theodorum regis F. Spartæ & reliquæ Peloponneſi principem, qui educatus & diſciplinis inſtitutus à Theodoro patruo, poſtea ab eodem mortuo principatum accepit. Ad hunc cum veniſſet pater eius Emanuel Byzantij rex principatum firmiorem & ſtabiliorem Theodoro fecit. Sermonem quoque funebrem habuit, & maximo mœrore affectus volutabatur ſuper * fratris ſepulchro. Poſtea aduocans Peloponneſios in Iſthmum, muro eum includere aggreſſus eſt. Cum impoſuiſſet præſidium, Byzantium repetijt, habens ſecum in vinculis Peloponneſiorum duces. Hæc quidem ſunt quæ ea tempeſtate regibus Græcorum euenerunt. Imperante Mechmete, bene ſe res Græcorũ habebat, tum quantum ad regnum, tum quantum ad reliquum viuendi pertinet modum. Poſtquam in fœdus & pacem coierát cum Mechmete, nihil antiquius Mechmetes ducebat, quàm ſumma ope niti vt Græci quam plurimi iſtam pacem facerent. Proinde quiduis potius malebat quàm vt peregrini cum his in colloquium congrederentur. Nec ceſſabat in eos dona conferre, quæcunque ijs grata fore arbitrabatur. Reliquá etiam faciebat propter filium ſuum Amuratem. Erant enim ei duo filij, Amurates, qui natu erat maximus, & Muſtaphas annis iunior, & adhuc puerilem agens ætatem, Europæ imperium illi, huic Aſiæ teſtamento relinquere parabat. Cumque ita filijs quæ ad regnum attinere viſa ſunt diſpoſuiſſet, iuſsit vt extremam ſuam voluntatem ſeruarent: Byzantióque regi ſubſidio venirent, quandocunque ab hoſtibus vim pateretur, & fortiter virum defenderent ab his qui ei iniuriam facerent. Cum copias miſiſſet in Daciam, eam diripiebat, nec à Pannodacia manus abſtinuit, Choza Therozis miniſtro exercitum ductante contra Pannones & Pannodaciam, Illyricoſque.

* filij.

Brenezis geſta.

Brenezis, qui arma inferebat Illyricis & Pannonibus & Peloponneſo, extant in Europa deſignata opera plurima memoratu digna: plurima quoque egregia facta Turcorum, cum Europæ equitibus adiuncti ſtipendia facerent, maximè celebrantur. Cum enim expediti ſequerentur quocunque dux duxiſſet, cõmoda plurima reportabant. Et cum eodem Duce incurſionem feciſſent in Venetorum regionem Turci, magna præda hominum aliarumque rerum abacta, admodum opulenti facti ſunt. Itaque haud modica ædificia à Breneze in Europa ſunt excitata, vt poſteris monumentum forent. Poſtea autem cum relicto Moſe ad fratrem eius tranſijſſet, imperatoriam dignitatem filijs conceſsit. Hinc cum Brenezis filij * Ieſus, Barancus & Haliez prouincia ducendi in hoſtes fungerentur, breui ad maximam claritatem peruenere. Brenezes inhabitauit Iadirzam vrbem, quam à rege, vt ibi domicilium haberet, dono acceperat. Filijs autem præceptum erat, vt quandocunque neceſſitas poſtularet, haud cunctarentur miniſtrare & inſeruire regi. Ianiza vrbs ſita eſt prope flumen Axium: nec pauci iuxta eam coluntur Brenezis vici. Sub Mechmete poſt Brenezem Turachanes (quem hodie Vardari vocant) eximius dux erat, qui præerat equitibus qui vndique ad ipſum concurrebant. Vſuſque proſpero rerum ſucceſſu, prædas agebat plurimas ex hoſtili regione. Imperauit Bidinæ, cum huic à rege Mechmete eſſet præfectus: tranſienſque in Panmoniam multum gloriæ per vniuerſam Europam obtinuit.

* Ioſue.

## LIBER QVINTVS.

Amurates II. Turc 10. Imp. 1412 vel 1419.

MORtuo Mechmete, qui Paiazitis fuit filius, regni ſui anno 12. imperij moderàmen Mechmetis filius Amurates, qui cæteros ætate anteibat, nactus eſt. Ea tempeſtate verſabatur Pruſæ, quæ Aſiæ vrbs eſt, quæque ad regni curam attinere viſa ſunt, conſtituebat. Græci Mechmetis morte & Amuratis in regnum ſucceſsione accepta, acceſſebant è Lemno Muſtapham, qui Paiazitis ferebatur eſſe filius, & tum temporis in Lemno agebat mediocri cuſtodia à Græcis aſſeruatus. Cum autem hi qui Muſtapham vocatum ierant, prohiberẽtur ventis aduerſis, qui tranſitum à Lemno in Helleſpontum violenter eo tempore auferebant, regemque in Europa conſtitui oporteret, triremibus intercipiebant Amuratis in Europam traiectum, Propontidem & Helleſpontum intercludentes, ne poſſet traijcere. Ipſi verò nauigauerũt Calliopolim,

lim, quæ eſt vrbs Cherſoneſi, rerum omnium abundantia affluentem, vt ibi in colloquium cum adueniente Muſtapha venirent. Quem vbi impoſuerunt regem Europæ, petentes vt ſibi reſtitueret Calliopolim, facilè impetrarunt. Hic quidem Græci ſemetipſos reſque ſuas planiſsimè perditum iuere, præ nimia imprudentia: vrbſque eorum parum abfuit quin capta & direpta ab Amurate fuiſſet. nam duces Amuratis relicti in Europa ab Mechmete patre, vt filio in regnum ſuccedenti obtemperarent, acceſſere ad Byzantium reges, petentes ne in præſentiarum Græci diſſentire velint: néue ipſe quid contra ea quæ promiſiſſet regi Mechmeti, nouarum rerum cupidine moliretur. Paiazites, vnus de numero optimatum regis, declaratus iudex & dux Europæ, legatus ibat ad regem Byzantium, adhortans eum ad fœdus faciendum, quo iuberetur ipſi auxiliaris eſſe, ſi quando vſus poſtularet. Et quo magis regis animum commoueret, offerebat obſides XII. nobilium filios. His addebat, aureorum myriades XX. nec non regionem plurimam Calliopoli adiacentem, quamcunque eò loci Græci periiſſent. Hæc quidem pollicebatur & dabat, vt Muſtapham rex Byzantius miſſum faceret, neutriſq; ſuppetias ferret: ſed ipſos potius ſineret concurrere infeſtis armis: eumq; quem belli euentus regem declaraſſet, regno præeſſe paterentur. Hæc præconis voce ad Ioannem tum Græcorum regem iuuenem, nec quicquam moderati, vt ſibi pareret regnum, cogitantem, referebantur. Arbitrabatur namque res ſuas melius habituras, ſi illi inimicitias inter ſe gererent hoſtiles: ſéq; feliciore rerum ſucceſſu vſurum quàm hactenus, ſi inter ſe diſcordias fouiſſent. Etiam hinc magnam ſibi pollicebatur fœlicitatẽ fore, ſi ambo ſua opera indiguiſſent. Præterea hæc cogitatio eius ſubibat animum: Quòd ſi inter ſe diuiſerint regnum & id ſuper vtroq; recubuerit, fore vt facilè ſuperare poſsit vtrunque: cũ neutri, quantũ ad regni magnitudinem ſpectat, tũ ſit cõferendus. Id aũt cõmodiſsimè euenire putabat, ſi regnum inter ſe diſtribuerent, & ambo regnarent. pòſt longè aliam tenebat ſententiam. Totus namque ſterit à partibus Muſtaphæ. Pater aũt Ioannis, qui regnum adminiſtrabat, diuerſum è filio ſentiebat. Nam cenſebat fœderum religionem nec temerandam, nec violandam eſſe: & qui id feciſſet, nihil boni ei vnquam euenturũ, nec quicquam prohibere, quo minus cum errato ſuo pereat penitùs. Verùm hæc in deliberationem proponenda eſſe ei, qui deliberet vtri parti ſit adhærendum: ab hac parte locentur opes regni, & peregrinorum militum robur: ab altera, quæ modò diximus, ponantur. Illa quidem dubiam faciunt electionem. Hæc etiam ambiguitatem inferunt, dum cogitaret quà & quomodo regnum ſibi ſubijceret & interim Græcorum res in ſummum adduceret diſcrimen. In hunc modum ad vtramque partem Græcorũ animi propendebant. Vicit tamen ſententia, quæ iubebat regem iuuenem, qui rerum tum potiebatur, ſequi quocunque duxiſſet. Proinde adiungebantur Moſtaphæ, eumq; regem pronunciarũt: hac tamen conditione vt Calliopolim amiſſam reciperet. His ita decretis, copijs naualibus impleuère naues, quibus inſtructus rex venit Calliopolim. Cum aũt nondum eò adueniſſet Muſtaphas è Lemno, volens ipſe interim aliquid agere quod pertineret ad regnum Europæ, Calliopolim obſidere ſtatuit. Aderat & Zunaites Smyrnæ princeps, Muſtaphæ familiaritate iunctus. Porrò dicebant Turcis, qui conuenerant, Muſtapham breui affuturum. Oppugnabant arcem Callipolis: nec multo pòſt dedidit ſe aduenienti Muſtaphæ Cherſoneſus: & illicò eum regem conſalutauit, & quocũque duxiſſet, promptiſsimè ſequebantur. Callipolim ſibi tradi poſtulabat Græcorum rex. Muſtaphas paratus erat eam dare, nec abnuere. Turci rem iſtam iniquis patiebantur animis, cum parum honeſtum ſibi fore arbitrarentur, regno nondum ſatis firmato, vrbem talem Græcis donare. Præterea in dubio adhuc eſſe, cum regnum nondum ſatis ſit munitum, quònam res erupturæ ſint, pollicebatur itaque Græcis rex, cum in regnum veniſſet, ſe ipſis traditurum Callipolim: præterea ſi aliquid aliud, quod ſibi vtile fore putarent, poſtulauerint, eos porrò haud repulſam paſſuros. Græcis in hunc modum perſuaſis, rectè in Europam contendit. quem aduenientem omnes vt Regem & Paiazitis filium excipiebant, eiuſque imperio ſe ſubmittebant. Cum Paiazites compertum haberet Muſtapham Adrianopolim pergere (vrbem enim iſtam regebat iuſſu Mechmetis, qui moriens id ei mandarat) exercitu ex Europa congregato, obuiam proceſsit Muſtaphæ quàm proximè Adrianopolim, quaſi pugnaturus: nec permiſſurus, ſi tantæ vires fuiſſent, eum in regni ſedem procedere. Cum Muſtaphas agmine compoſito accederet, Turci confeſtim omnes ad Muſtapham tranſitionem faciunt, eumque vt regem adorant. Præterea Paiazites prouolutus ad genua Muſtaphæ, eum vt Regem adorauit: reſque eidem tradidit, vt pro ſuo arbitrio ageret. Hunc continuò necari iuſsit: ducenſq; exercitus Adrianopolim, eam vrbem cepit, & in regni ſedem progreſſus eſt. His peractis conuerſus, proficiebatur contra Aſiam, volens & Aſiæ regnum ſubigere. Traiecit autem in Aſiam, habens ſecum Europæ exercitum, & Turcorum pedites, quos Azapidas vocant. Adhibuit & Smyrnæ principem Zunaitem. His copijs in Aſiam tranſportatis, aggreſſus eſt Amuratem Mechmetis filium. Legatos miſit ad Regem Græcorum, qui orarent, ne quid quia peregrè abeſſet, innouarent: ſe, vbi primùm Aſiam ſubegerit, & Amuratem deuicerit, ipſis redditurum Callipolim. Adueniebant quoque ad regem Byzantium legati ab Amurate, dicentes, ſi arma Amuratis ſequantur, fore vt quicquid peterent ab Amurate, conſequerentur. Græci legationes differebant aliquandiu: poſtremò Amuratis legatos dimiſerunt. Græci autem ſequuti ſunt partes Muſtaphæ: cui perſuaſerunt, vt ſecum fœdus faceret conditionibus quas ipſi præſcripſiſſent. Legati Amura-

*Conſtantinopolitani Imperij decimatio.*

*Ioan. imp. inconſtantia.*

*Græcorũ diſcordia.*

*Muſtaphæ adiunguntur Græci, ſuíq; rex ...*

*Azapidæ.*

*Lopadium lacus.*

Amuraris cum redijſſent in caſtra, tumorem ſparſerunt, ſe Græcos ſibi auxiliares pataſſe. Eo tempore caſtramerati ſunt prope Lopadium lacum, & regionem Michalicij eò loci euaſtauerunt, vbi lacus multis ambagibus per anguſtias in mare effundirur, & pons eſt. Muſtaphas igitur accedens, caſtra locauit iuxta fluuij oſtium, qui ex lacu promanat. eò cum adueniſſent Amuraris legatis, commodum ſanè vulgarunt rumorem, quaſi ſua legatione effeciſſent vt Græci ſibi auxilio venirent. Minitantes igitur vociferabantur contra Muſtaphæ exercitum, quaſi periturus ſit in Aſia interclnſus. Hæc ſama cum volsret in caſtris Muſtsphæ, & necdum legati pręſtò eſſenr, quos ipſe miſerat, veriri ne Græci occupanres Helleſpontum, nec tranſitum in Europam darent, & milites Muſtaphæ in Aſia interciderenr, inter ſe colloquuti ſunt varia. Poſtea, ea nocte quæ inſequura eſt, Zunaites Smyrnæ princeps, Muſtaphas relicto, ad parernum profugit principatum. Aufugerunr & reliqui duces, parum fidenres Muſtaphæ forrunæ. Vt animaduerterir Muſtaphas ſuos exercitus dilabi ſibi quoque randem rimens, fuga præpropeta ad mare ſe proripuir. Græci qui elegerant Muſtapham, eumque ſibi ſocium paraueranr, nauibus impoſuêre milites, & nauigarunt in Helleſpontum. Rex autem Byzantij cum foret in Periconneſo, amori importuno mulieris, quam amabat, operam dabat. Hæc autem ſacerdotis euiuſdam filia erat. Nec ſanè admodum opporrunè ibi viuebat: rranſitu enim in Europam Amurates arcendus erat. Amurares, vt primùm dies illuxit, caſtra hoſtium vacua & deſerta deprehendit. Azapides aurem manus ſupplices tendebanr, toganres ne in ſe à ſuis equiribus fœdè deſerros & prodiros ſęuire ſtarueret. Ponte igitur Amurates lacum eum iungens, quàm celerrimè ad hoſtium caſtra rranſijt, & Azapides omnes occidit Hinc perſequi ſtatuit Maſtapham per omnes vrbes, quaſcunque adijſſet. Muſtaphas autem præuerterat Amuratē, tranſfretando Calliopolim. Amurares verò nactus nauim Ianuenſium maximam, quæ fortè appulerat, paciſcitur cum gubernarore, vt ſe cum peregrinis & Ianuæ militibus, nec non cum reliquis copijs in Europam traducerer. Mercedem gubernarori ſoluit maximam pecuniam, quanram petijſſer, impigrè numerando. Et in hunc modum cum copijs ſuis vniuerſis in Europam tranſuectus eſt. Muſtaphas vbi comperir Amuratis in Europam tranſitum, iamque minus minuſque tutus forer, vbique ſratre imminente, circunſpiciens locum vbi exitium euitaret, fuga ſe contulit in montem, quem incolæ Toganum nominant. Eò ſecutus eſt Amurares, nec deſinebat omnia indagare vt potiretur Muſtapha. Cũ autem quaſi verriculo luſtraſſet, & indagine circundediſſet locum in quo eum ſe occulrare ſuſpicabatur, ſub arbuſto lariranrem offendit. Cuius, vbi vinus in manus venerat, guttur laqueo fregit. Interſectus eſt iraque Muſtaphas, cum regnaſſet in Europa annis tribus. Amurates, vbi vtranque continentem in poteſtatem

*Zunaites transfuga*

*Toganus mons.*

redegit, rex creatus eſt. Nec multo pòſt expeditionem ſumpſit aduerſus Byzantium & Græcos. Præmiſit ducem Michaloglen, qui iudicis & ducis partes in Europa gerebar. Hic aſſumptis Europæ exerciribus, incurſionem fecit in Byzantij regionem, & poſtea ibi caſtrametatus eſt. Hunc illicò ſequutus eſt Amurates Mechmeris filius, ducens ſecum peregrinos & Ianoæ milites, nec non reliquos omnes qui belli rempore regem comitari aſſolent. Adduxit ſecum & Aſianum exercitum, caſtráque poſuit, quæ ab vna parte maris initium ſumentia, excurrebant vſque in alteram partem maris. Ianuæ autem ſic ſe habent, pedites adſunt apud regem ſemper ſex mille, interdum decem mille. Ex his præſidiarios milites elegir, quos arcibus defenſandis imponir, & in eorum locum ſubrogat alios. Ad hunc autem modum Iannæ milires ad regem conueniunt. Pueros quoſcunque poreſt acquirere, vbicunque terrarum capriuos abductos, Turcis in Aſia in diſciplinam tradir, vt Turcicam linguam addiſcant, penes quos ſi manſerint duobus aut tribus annis, linguam apprehendunr Turcicam. Vbi linguam didicerunt quantum ſaris eſt, ex eorum numero qoos in diſciplinam dedit, bis mille, aut ter mille eligit, quos Calliopolim perducir, nauibuſque præficit, vt artem nauticam diſcant, rranſuehenres homines qui in Aſiam ex Europa iter inſtituũt. Quotannis ſinguli tunicam & gladium inſtar veru accipiunt. Haud multo rempore pòſt, citantur in regis Ianuas, quibus rex ſuppedirat mercedem ſufficientem, vt hinc viuere poſsint: alijſque ampliorem tribuit mercedem, Qui ſub decurionibus & quinquagenarijs conſtituti, & in cohortes cuneoſque diſcreti, ſtipendia faciunr, manenrque menſibus duobus in tentorio Decurionis. Hi tentoria ſua figunt, vt ſe mutuò conringant quàm proximè apud regem. Inrra hos nulli rendere tentorium licet, prætérquam filijs regis. Inter hos ſunr theſauri regij, cubiculumque regium. Tenrorium rubrum, quandoque duo, & aliquando tria Regi ponuntur, quæ fiunt ex argilla rubea, & inaurantur. Sunt & alia renroria regis intra peregrinos numero fermè quindecim. Extra tendunr reliqui Ianuæ milites, Amurachorij & pocillatores, quos Saraptarios vocant: ſigniferi, quos Emuralamios nominãt: Ianuarum iudices, quos Bixorides appellanr, & regis tabellarij. Hi omnes cum numero ſinr plurimi, numerus tamen eorum augetur, cnm accedunr miniſtri & famuli, quos habent complures. Illos quos modò diximus, ordine ſequuntur in Ianuis regis, Sylictorides circiter trecenti, qui ſunr equites ex peregrinis in iſtum ordinem allecti. Hos atringunr Caripedes peregrini, iſto nomine norati, quòd ab Aſia, Ægypro & Aphrica in Iannas veniant: & exercentes fortitudinem mirabilem, mercede à rege conducuntur, alius quidem maiore, alius verò minore. His ordine proximi ſunt Alophatzides, qui mercenarij dicuntur, qui numero ſunr octingenti. Ab his tendunt Spachlides, quorum cohors ducentos complectitur.

*Ianizarorum educatio.*

*Turcorũ militia, nomina & ordo.*

Hi

Hi ſunt dueum & principum filij, quos de ſuo cubiculo rex eijciens, in iſtum militiæ ordinem mittit, & alios in eiectorum locum ſubſtituit. In hoc grege eos retinet, qui vitorum bonotum & illuſtrium filij cenſeutur. Hic eſt, vt paucis dicam, Iauuarum ordo. Vniuerſæ ſuæ monarchię

*Baſſa Romaniæ.*

rex duos præponit imperatores: vnus Europæ, quem Baſſam Romani appellant: alter Aſiæ (Baſſa Anatoliæ ſiue Natoliæ dictus) Imperator nuncupatur. Hos ſequuntur copiæ vniuerſæ & duces reliqui, quocuuque molem auertetur, iuſſu regis. Comites ſe ijs iungunt & præſides, quos ſigniferos nominant. Vbi enim in iſtum ordinem fuerint allecti à rege, donantur ſignis, vt qui duces & præſides ſiur multarum vrbium. Hunc pręſidem comirantur vrbium princeps & magiſtratus, quocunque cum exercitu proficiſcitur, cum vniuerſi ſequantur ſuos magiſtratus & duces, Vbi ventum fuerit in caſtra regis, hic fermè ordo ſeruatur. Equites ſecernuntur in ſuos tribunos. Azapides ſub vno duce collecti ſtipendia faciunt. Amurates cum veniſſet Byzantium, vrbemque eam obſediſſet, mœnia tormentis quatiebat. Tentabat quidem murum ſternere, at cœpta parum ſuccedebant. Globi,

*Byzantij obſidio.*

quos bombardę torquebant ponderis erât maximi. Murus autem cum foret firmus & admodum munitus, tormentis nihil ceſsit. Bombardam ego arbitror nõ eſſe inuentum antiquum, vt quis credat à veteribus eſſe repertam. Vnde autem originem ſumpſerint, aut qui mortales primi Bombardas in vſu habuerint, haud certò tradere poſſum. Quidam Germanos putant

*Bombardæ Germanorum inuentum.*

Bombardis eſſe vſos: ijſdemq; Bombardarum inuentum acceptum ferunt, Reliqui aũt Bombardarij ex Germania progreſsi, in vniuerſum paulatim peruenere orbem. Vnde autem originem cœperint Bombardæ, certò aſsignare non poſſum. Impetus verò Bombardarum & mirabilis vis cognoſcitur inde, quòd corporibus, vel ijs, quæ reſiſtendi vim habent, damnum infert maximum. Puluis autem impetum illum violentum, quo fertur, miniſtrat. Nitrum enim, ex quo puluis conficitur, addito carbone & ſulphure, vim iſtam tenet. Orbis iudicat Bombardas, arma & munimenta eſſe optima. Quapropter etiam minus virtutis Bombardæ habent, quamuis earum impetus penè ſit diuinus. Primam Bombardam exiſtimo fuiſſe ferream. Poſtea demum opinor fuſionem æris & ſtanni eſſe excogitatam, quæ per conflationem fit. Quæ quidem materia iuxta cenſetur eſſe firmiſsima & optima: eòq; conferre plurimum, vt globus in mirandam emittatur longitudinem. Formam autem Bombardarum deſcribere, cum vbique hominum oculis obiectæ ſint, ſuperuacaneum fore iudicaui. Bombarda oblonga eſt: & quanto longior eſt, tanto longius eiaculatur globum. accepimus enim Bombardam fuiſſe, cuius globus impetu emiſſus, ſuperauerit ſeptuaginta ſtadia, cum finita terra quæ interiacebat, vtrobique moueretur. Potentia autem ignis, vt apparet, tonitru procurat, nec non violentam lationem lapidis. Nam ſi ignis incluſus cogatur, magna quædam, & quæ noſtrum planè captum excedunt, efficere nouit. Etiam fulmen naſcitur, ſi ventus in ignem mutatur. Hinc igitur & tonitru & latio fit: ſiue quòd concedatur non eſſe vacuum in rerum natura, ſiue quòd ignis efficacia accedat: quæ ſi violenter vrgeatur, & materiam apprehendat ſibi accommodam, vtraque iſta præſtare poſſit. Omnis autem iſta potentia in ignem, vt cauſam, referenda eſt. Huc additur & puluis, qui nactus eſt ignis potentiam, intercedente igne mouere. Quibus omnibus coniunctis, fit vt lapis, ſiue globus, in tantam longitudinem iaciatur. Amurates igitur Mechmetis filius, aggreſſus murum vbique admotis Bombardis & alijs machinis, eum capere nitebatur. At Græci mœnia fortiter defendebant, de ſcalis deturbantes peregrinos regis. Quidam amputatis capitibus deuoluebantur ad ſuos.

*Conſtantinopolis fruſtra obſeſſa.*

Amurates cum nihil efficeret, licet omnia tentaret quæ ad vrbem capiendam pertinerent, triſtitia affectus eſt: & animi anxius, vſque putabat ſe vrbem occupaturum. Moras igitur cum necteret, nec ab vrbis obſidione diſcederet, Græcorum legati veniunt, pacem & fœdus petentes. At ipſe Græcos in fœdus ſuſcipere aſpernabatur: nec multis diebus pòſt re infecta domum reuerſus eſt: Copiæ verò eius omnes dilabebantur ad ſua. Græci legatos ire iuſſerunt ad Amuratem, oratum pacem: quos dimiſit Amurates, ipſorum petitionem auerſatus. Cum igitur Græci affectarent ſummis votis pacem, nec tamen eam impetrarent, ad Muſtapham conuertuntur, Mechmetis filium. Ea tempeſtate is apud Caramanum agebat, victum & neceſſaria ab eo capiens. Miſsis igitur legatis, Græci Muſtapham Mechmetis filium, cum natus eſſet annos tredecim, accerſunt. Puer vbi Byzantium venit, ſermones ſparſit per Turcos, magnis promiſsis eos accendens, prehenſabat ſingulos, quibus promittebat duplum eorum quæ ſub Amurate habuiſſent accepturos. Et quidam Turci, at pauci, ad puerum iſtum transfugiunt. Puer autem tranſgreſſus in Aſiam, auxilio Græcorum regis inſtructus, locum qui * Templum nominatur, expugnauit. *Hieron.

Iter facienti per Aſiam, Turci qui ibi erant adiungebantur, vt qui eſſet regis filius. Ibi tum Aliazes cognomento Saraptares, ſiue pocillator, cui ab Mechmete puer ille commiſſus erat, per proditionem Amurati puerum tradere paciſcitur. Pactis autem ſatis firmatis, concluſum eſt, vt puer Amurati proderetur. Miſſo itaque nuncio ſignificauit Amurati, vbinam terrarum puer ageret. Cum puer Nicæam ueniſſet, urbem eam cepit: & cum ibi moraretur, optimates Turcorum conciliabat. Hyems erat, qua prohibebatur puer longius procedere. Amurates cũ intellexiſſet puerum Nicææ uerſari, nunciante id Aliaze Saraptare, aſſumptis ſexies mille Ianuarũ militibus uenit quàm ocyſsimè in Helleſpontum: & tranſiens, rectè abijt in Bithyniam. Et cum inopinatus & improuiſus irruiſſet in urbem puerum ab Aliaze proditum comprehendit. puer enim ex-

mũm pax conueniſſet, nauigauit in Peloponneſum, accerſito fratre Theodoro, qui Spartam regebat. Rex propter odium, vt antea ſignificauimus, qoo proſequebatut vxorem, quam ab Italia duxerat, ſtatuerat Nazarçorum aſſumere habitum. Cum autem in Peloponneſum veniſſet Byzantij rex, adducens ſecum fratrem Conſtantinum vt io eom transferret regnum, confeſtim eum cœpti pœnituit, nec amplius ſe regno ceſſurum dicebat. regni enim proceres ab iſto vitæ propoſito regem dehortabantut. Dehinc etiam vxori, cui implacabilis erat, propter formæ turpitudinem, reconciliatus, ſuauiter in poſterum cum illa vitam exegit. Rex Græcorum bellum inrulit Carolo Epiri principi, & exercitibus Clarentiam Elidis metropolim circumſedit. Nec molto pòſt cum vrbis oppugnatio irrita caderet, Caroli conſobrinam, Lsonardi ducis filiam, fratri Conſtantino vxorem dedit, hac tamen cõditione, vt doris oomine Conſtantino vrbs iſta traderetur. Poſtea duxit exercitus cõtra Patras Achaiæ vrbem, quam obſidiooe circumdedit. Deinde relicto fratre Conſtantino, cui vrbis oppugnationem mandarat, naoem conſcendit, & Byzantium proficiſcitur.

*Clarentia, olim Cyllene, obſeſſa & capta.*

*Patræ dedita.*

Cum multum iam temporis mœnibos vrbis aſſediſſet, nec tamen vrbs in manus veniſſet, proditionis cooſilia oppidani cum Conſtantino agitant. Aberat enim vrbis epiſcopus, profectus in Italiam, auxilij petendi gratia: & longas ibi agebat moras, vt à Pontifice id acceperat. Hanc Achaiæ vrbem Italici principes, qui Peloponneſum regebant, ex familia Malateſtarum orti, occupantes, vnum quidem dederunt vrbi principem: alterum elegerunt, qui eam adminiſtraret, & ſemper apud Roman. Pootificem moraretur. Vrbs iſta vbi conceſſerat in ius & poteſtatem Romani Pontificis, accepit epiſcopom, quem miſiſſet Pontifex, vt vrbem eam gubernaret. Eo tempore epiſcopus, qui remp. eius vrbis curabat, miſſus à Romano Pontifice, natus erat ex familia Malateſtarum. Hanc vrbem vbi dominio ſuo iunxit Conſtantinus, etiam arcem expugnare aggreſſus eſt: cui expugnationi integrum annum inſumpſit, & tãdem voti compos factus eſt. Elidis metropolim ſobegere Romani Pontificis triremes. Poſtquam enim fama allatum erat, Achaiæ vrbem à Græcis eſſe occupatam, miſit Pontifex triremes decem, qoibus annitebatut, ſi poſſet amiſſam recuperare vrbem. Hæ quidem haud venere in Achaiam. Venientes aotem Clarentiam, abſente vrbis duce, nec præſidio in ea exiſtente, clàm ingreſsi milites vrbem cepere, & diripuerout. Deinde eam vendentes regis fratri quinqoies mille aureis, in Italiam nauigarunt. Aliæ quoque fortunæ miſerabiles vrbi iſti acciderunt. Oliberius enim ab Italia progreſſus, tenenre Clarentiam Achaiæ principe, ioopinatò adueniens eam oppreſsit, & diripuit, ducta io vxorem principis filia. Tandem præcio accepto, Epiri duci eam vendens, io Italiam reuerſus eſt. Erenim captam à Pontificis triremibus, denuò emptam recepit. Græci longo tempore bellum geſſere cum Ceuterione, qui Achalæ imperabat, generis Italici. Poſtmodum affinitatem iungentes, filia huius ducis in matrimonium data regia filio iuniori Thomæ, concluſum eſt, vt in dotem acciperet Meſſenæ & Ithamæ regionem, præter maritimam Arcadiæ. Fœdus quoque ictum, bellum diremit. Hanc quidem, vbi mortuus eſt princeps, accepit Thomas regis frater & Centerionis vxorem, dooec mortua eſt, in carcere condidit. Hoc modo Peloponoeſoa ab Italis ad Græcos translata eſt. Græcorum res, cum ſubigèrent Peloponneſum, hoc modò ſe habuere.

*Peloponneſus Italis erepta.*

Amurates bellum indicit Tryballis. Primò itaq; miſsis exercitibos Tryballorum regionem populabatur. Vt nunciatum eſt Tryballorum principi, regem hoſtiliter accedere, legatos ire iuber ad Amuratem, oratũ pacem. paratum ſe eſſe, ſi pax coiret, tributum, quantumcunque imperaſſet, pendere: nec recuſaturum facere, quæcunque iuſiſſet. Amorates huius principis filiam ſibi in vxorem aſſociaoit, qoam petijs ſibi vxorem dari; miſſo Sarazie Ianuarũ Imperatore, quam poſtmodum in regiam adduxit Chaliles, qui plurimum apud regem pollebat. His ita peractis, petijt bello Caramanum Aliderium, Cariæ ducem, crimini ei inter cætera vertens, quòd fratrẽ ſuom iuniorem, cui alimenta præbuerat, ad Græcos miſiſſet. Veniens itaque cum magno exercitu, regionem graoiter affligebat populationibus quam Caramanus deſeruerat, cum ſe recepiſſet in mootium cacumina. Regio iſta vrbes haber duas: vna Laranda vocarur, alteri nomen eſt *Toconeium. Toconeium vrbs magnitudine & opibus præſtat, in qua antiquitùs reginæ morabantur. Cum mootes regionis illius eſſent firmiſsimi, & admodum muniti, nec facilè ſcandi poſſent, omnem belli molem verterũt in finitimam regionem: quam agentes & ferentes, paulatim progreſsi ſubigebãt. Vrbs iſta optimis legibus fundata eſt iam inde ab antiquo. Laranda ſita eſt in radicibus mõtium, qui in iſta regione viſuntur, nec aliquibus munimentis aduerſus vim hoſtium firmata eſt. Incolæ regionis Amuratis aduentum expectarunt, nec ſibi fuga conſuluerunt. Putabãt enim, cum & ipſi Turci forent, & ijſdem moribus reliquáq; vitæ cõſuetudine vterentur, ſe nihil hoſtile paſſuros.

**Concium Cariæ, olim Iconiũ vulgo Congium.*

Caramanus ille finitimus eſt Piſidiarũ regioni & Turgutæ. Piſidię, qui etiam Barſacides vocantur, paſtores ſont, & Turcorũ linguam in vſu habent Latrocinijs magis intenti viuũt, prædaſq; ex Syria & ex finitima regione agunt. Nec abſtinent à regione Caramaoi, cum quo ipſis continoum bellum eſt. Duces eligunt, quorum ductu prædatũ proficiſcuntur. Duces prædam ſuperfluam capiunt, & inde partem hanc contemnendam ijs largiuntur qui domi apud vxores remãſerint. Turgutes Phrygiæ imperat: & Armeniam Cappadociamq; regio eius attingit. Genus Turgutæ videtur recenter admodum fuiſſe ſub Amythaone: & cum in Phrygiam inde deſcendiſſet, regionem iſtam ex eo tempore obtinuiſſe. Quod cum duraſſet ad hęc tempora, cõtra filios & Caramaoum arma tulit. Bellum etiam geſsit

*Piſidiæ latrones.*

Iam olim genus iſtud aduerſus Leucarnas, Carælucis filios. Candilorum vrbs Cariæ in poteſtate viri, qui nuncupatur * Regionem itaque popularionibus diuexans Amurates Mechmetis filius, Ducis filiam in gynæcenm ſuum tranſtulit: filium regionis principem reliquit. Cermianum & Cedinem, Sarchanemque principes, cum proficiſceretur contra Caramanum, regionibus ipſorum expulit: accedenſque, regias eorum ſpoliauit. Ædines exceſsit è viuis, carens liberis. Satchanes & Mendeſias in regiones finitimas fugientes, ſeruati ſunt, ne quid mali ab Amurate paterentur. Mendeſias Rhodum contendit, ibique moratus eſt. Poſtea præconio excitus, acceſsit ad regem flagitans vt aliquid boni ab eo impetraret. Qui etiamnum apud regem ætatem agit, victum & neceſſaria à Ianuis accipiens. Catamanus cupidus recipiendi Toconeium & regionem ſuam, legatos ad Amuratem mittit, promittens ſe ſuam filiam ei daturum vxorem, & filium quem haberet, miſſurum vt in Ianuis meteret. Amurates in fœdus, iuramenti religione interueniente, Catamanũ ſuſcepit, & in Europã iter intendit. Poſtea cum aliquantulum temporis interceſsiſſet, arma cõtra Iſmaelem Sinopes & Caſtamomæ principem arripuit, neſcio ob quam offenſam. Qui vt accepit, Amuratem contra ſe vt hoſtem properare, legatos obuiam regi mittit, qui dicerent, ſi pacem petenti daret, ſe quotannis æris redditum quantuſcunque eſſet, regi penſurum. Præterea pollicebatur, ſe filium ſuũ in regis Ianuas miſſurum. Filium autem Turguris, quem iam antè in regis Ianuas abijſſe conſtabat, regioni priſtinæ reſtituit: eique cum eo agere pro ſuo arbitrio permiſit. Hæc quidem fortiter ab Amurate facta, incredibile dictu eſt quanta gloria Aſiæ regnum illuſtrarint. Bellum quoq; tempore

1540. longo inter ipſum & Leucanas arſit. Expeditionem ſuſcepit Amurates contra Tryballorũ principem, & huius affinem Georgium. Expeditionis huius iſtam cauſam tradunt. Stephanũ enim iuniorem filium habebat ſecum morãtem, cum proficiſceretur Spenderouiam, vbi ipſorum regia erat. Princeps, relicto filio Gutguro (qui & Georgius & Gregorius) vt tutaretur vrbem, & defenderet mœnia, ſi aduentaret hoſtis, ipſe abibat in Pãnoniam, auxilium oraturus. Erat enim huic etiam in Pannonia regio haud cõtemnenda: prætetea vrbes multæ & opulentæ, quas per

*In Seruios bellum.* mutatione facta cum Sigiſmundo, pro Belgrado, Eleazatus acceperat. Hæc enim vrbs mirè placebat regi, quaſi regio admodum eſſet opportuna propter portus commoditatem. Filius quidem prædicti principis relictus erat vt tueretur vrbem, & ſe parabat, nihil ceſſurus hoſti vrbem obſidere inſtituenti. Tandem accedens Amurates, incurſionem in agros fecit, & poſtea vrbem obſidione cingit, machinas varias mœnibus admouens, ſi quo modo vrbe potiri poſſet. Cum nihil proficeret, Bombardas, quæ ea tempeſtate habebantur maximæ, produci iubet, iiſq; mœnia pulſare haud ceſſabat. Nec ſic aliqua capiendę vrbis ſpes affulſit. Veritus autem Gutgurus, vt vrbs tandem veniret in manus hoſtium, cum Bombardarum impetum amplius ſuſtinere non poſſent, admittebat verba regia: quibus pax offerebatur. Fœdus ictum eſt, quo tenebatur, vt vrbs regi traderetur: ipſi autem cum eo in Ianuas proficiſcerentur, cõſecuturi ea quæ rex ſtatuiſſet. Gutgurus regi vrbem tradidit: & in caſtra egreſſus, conuerſatus eſt apud regem, vnà cum fratre ſuo Stephano. Nec multo pòſt vt nunciatum eſt Amurati, patrem horum contra ſe hoſtili animo pergere, filioſque patrem clàm adiurare, & ad defectionem inclinare, ambos adductos filios oculis orbauit. Senderouia, Tryballorumque regione occupata, oppido præſidium validum impoſuit, & continuo copias cõtra Belgradum Pannoniæ vrbem mouit. Vrbs

*Griechiſch Vueiſſenburg.* iſta duobus circumfluitur fluuijs: ab vno Iſter, ab altero latere Sauus fluit, qui in Iſtrum eò loci iuxta vrbem eam effunditur. Spemderobns & hæc * Vt acceſsit Mechmetis filius Amurates, vrbem obſedit. Bombardaſque expediens, vrbis partem haud paruam ſtrauit. At exercitus

*Belgradis obſidio.* Amuratis interim intoleràda patiebatur ab oppidanis, qui Bombardis, baliſtis, alijſque machinis bellicis grauiſsimè affligebant hoſtes vrbi aſſidentes. Sagittis alijſque iaculis penè obruebantur tum viri, cum caſtra. Ibi tum Halies Brenezis filius, cuius fama per caſtra erat celebris, primus cum ſuis ſuccedit muro oppugnando: qui foſſa iuxta vrbem facta, & cõmunita, ibi tentoria ſua tetendit. Vbi murus deiectus eſt, per loca patentia ruinis peregrini irruunt, & vrbis partem maximam capiunt. Colliguntur in vnum oppidani, & manus cum peregrinis fortiter conſerunt. quos impulſos magna vi in fugam vertunt, & de mœnibus deturbant exactos vrbe. Hac igitur ſpe capiendæ vrbis fruſtrati, quia peregrini fortiter expulſi erant, Amurates cum exercitibus abſceſsit, & domum ire cõtendit. Scopiotum verò & Illyricorum regioni præfectum dedit virum primarium, ſuumq; ſororium: cui tradidit pedeſtres & equeſtres copias, vt incurſionem in Illyricum facere poſſet. Illyricorum

*Boſſena.* rex * Boſsina regionis illius nomen eſt: quæ cum ſit aſpera & montana, porrigitur vſque ad Illyricos, qui incolunt maritimam Ionij regionem. Eſt & vrbs regniq; ſedes Gaitia ſiue Iaiiza, & fluuius qui eam alluit (quem Vukrinã vocant, is in Sauum exit) qui deinde in Iſtrum exhauritur. Hic Illyricorũ rex ſua regione ab Iſamo vaſtata, exercitum cõparauit. Veritus autem cum Amuratis confligere exercitu, legatos miſit, qui dicerent, ſe paratum eſſe, ſi pacem impetraret, quotannis vigintiquinque millia aureorum tributi nomine conferre. Rex Amurates hac con-

*Sandalis regio.* ditione pacem dedit. Huic regioni adiacet Stephani Sandalis filij regio, quam gens Illyrica tenet: & ſe extendit ad Ionium * Hæc natio cum Illyrica ſit, iam olim ab reliquis ſeparata eſt Illyricis. Incolæ autem moribus & victus ratione nihil diſcrepant ab Illyricis, verùm alias ſequuntur leges. Cuduergi nuncupãtur omnes qui degunt in Sandalis regione. Inter hanc & Epirum ſitæ ſunt quædam Venetorum vrbes, vbi

&

884

& Ibanis regio habitatur Caſtriotis. Huic anne-

*Ioan. Caſtriota qui alijs Ebanes.*

xa eſt Comneni regio, pleraque maritima exiſtens, verſus mediterraneam regionem breui interuallo extenditur ad loca Argyropoli finitima: vbi præfectus Amuratis caſtra habens, Ibanis & Comnenorum regionem euaſtabat. Interea Ibanes victus, ibat in Ianuas regis, eumq́; ſequebatur quocunque cum copijs militatum a-

*Comnenus Arianites.*

bijſſet. Poſtea Arianites priuatus paterno principatu, in regis Ianuas abijt, à rege victum & neceſſaria capiens. Deinde mortuo Caſtriote Ibane filium eius accipiens in patrium principatũ ſubrogauit Amurates. Arianites, qui & ipſe ſuo principatu deiectus erat à rege, ſupplicabat Ianuis, vt boni aliquid à rege cõſequeretur. Deinde miſsis quibuſdam ad eos qui in ſua adhuc, vnde pulſus erat vi hoſtili, regione verſabantur, dicebat ſe eò cum copijs venturũ. Qui cum promitterent, ſi armatus aduenıſſet, ſe à rege defecturos, fuga relictis Ianuis, in ſuam regionem ſe recepit. Reuerſus igitur ad paternam regionem, cum optimatibus cõiurationem facit. Qui eum lubenti animo ſuſcipientes, ab rege defecerunt: interfectiſque Turcis, incurſionem fecerunt in Amuratis regionem, quàm egerunt & tulerunt. Et quidem res pulchrè ſuccedebat, cum ipſi regionem aſperam & montanam, in quam ſe recipiebant, incolerent. Vt rumor ad regem iſta pertulit, Aliem ducem conſtituens, cui exerci-

*Heli bella in Illyricũ.*

tũs, quos habuit iuxta Axium flumẽ & Argyropolim, tradidit, addito equitatu vniuerſo, qui in ea regione morabatur, iuſsitq́ue vt Albanorum regionem ſubigeret: & mancipiorum præda onuſtus, captum adducens etiam Arianitem Cõneni filium rediret. Hic accepto exercitu vniuerſo, impetum dedit in hoſtilem regionem cum ibidem inueniſſet copias pedeſtres haud aſpernandas. Regionem populabantur, vicos villaſque incendebant, nemini parcebant. Arianites, congregatis ſuæ regionis equitibus & peditibus, adueniens occupabat montium cacumina & anguſtias: quà reditum maturans, tranſiturus erat cum copijs. Alij milites cum conarentur tranſire, non potuerũt, cum fortiter ab Arianite tranſitu prohiberentur. Turci reliqui, cum ab Alie eſſent in ea regione relicti fuga ſibi conſulere parabant: eò feſtinantes, vbi incolumes vitæ diſcrimen imminens euitare poſſent. Horũ plerique ab Albanis interempti, partim capti ſunt. Reliqui, qui ſe fugæ. Alijs comites iunxerant, profectionem campeſtrem, at longiorem, ingreſsi ſunt. Et egredientes in continentem

*Corcyra ſiue Curzola hodie.*

quæ iuxta Corcyram habitatur, ex multis pauci fuga ſibi conſulentes, domos ire pergunt. Ea in expeditione magnam gloriam inuenit Arianites Comneni filius, operibuſq́; memorabilibus geſtis admodum celebratus eſt. In hũc modum Alijs exercitus, cum in regionem quæ Ionium ſpectat irruiſſet, afflictus eſt. Cæteri Albani, qui incolunt vrbem quę Argos reſpicit, vt cognouerunt Arianitem res nouas inſtituiſſe aduerſus

*Depas Albanorum dux.*

Amuratem, quæ felicem ſortitæ ſint euentum, etiam ipſi defectionis ab rege conſilia agitarũt: & deficientes, Depan euocatum ſibi ducem & principem elegerunt. Huius enim patrem cum eiecıſſet è ſua regione Paiazites Amuratis filius exactis quoq́; Myrxa & Caninorũ principe, nec non alijs ducibus plurimis, iſta regione potitus eſt. Depan igitur illum incertis vagantem ſedibus per Italiam, & plerunq́; morantem in Corcyra Venetorũ inſula Albani, qui iuxta Argyropolim verſabantur, accerſentes, regem ſibi crea- *Argyropolis oppugnata.* runt. Contractiſq́; copijs, Argyropolim, quæ tũ temporis regis erat, bello petierunt. Vrbem oppugnabant varijs admotis machinis. In vrbe erat præſidium regis peregrinorũ: aderant & Turci plurimi, qui confugerant eò, vrbemq́; fortiter & ſtrenuè ab hoſtibus defenſabãt. Albani cum iſta inciperent, vrbemq́; ſumma vi obſiderent, admodum oppugnationi intenti regioni regis, qui tum aberat in Aſia bellum gerens cum Caramano Ciliciæ & Cariæ principe, incurſionibus & populationibus vaſtitatem induxere maximam. Turachanes Tryballorum & Theſſaliæ præfectus, accepta Albanorũ defectione, & me- *1432.* tropolis adeò claræ obſidione, conſcribens exercitum quàm potuit maximũ, aſſumens etiam Turcos quotquot in Theſſalia inuenire potuit, citato itinere properãs perniciem (hyems enim tum erat) ſecundo die poſtquam iter ingreſſus prope vrbem Albanos deprehendit: in quos præter expectatum irruens, plurimos occidit: Depan ducem viuum cepit, vrbemq́; obſidione ſoluit. Aiunt Turachanem ex improuiſo accedentẽ, plures quàm mille interfeciſſe. & in hunc modum ſeruitutis iugum recipere denuò coacti ſunt Albani. Nobiles eius regionis, quotquot non euaſerunt Turchanis manus, ab regijs præfectis crudeliſsimè occiſi ſunt, cum alius iſto, alius alio mortis genere miſerabiliter interiret. Amurates reuerſus ab expeditione, quam contra Caramanum ſumpſerat, è regia ſua Mezetem, quem Europæ ducem declararat, accipere iuſsit copias equitum & peditum quantas vellet, & proficiſci contra Pannodaciam, vt eam ſuo imperio iungeret. Qui accipiens Europæum exercitum, & Europæ Azapides, equitatumq́; regis omnem, qui in Europa agebat, peruenit ad Iſtrum. quo traiecto ingreſſus eſt Pannodaciæ regionẽ quæ * Ardelium nominatur. Ardelium à Praſobo monte in Pannoniam vſque excurrit. Regio iſta cingitur quercetis glandiferis, vrbeſque habet non paucas. Metropolis, * Toſibinium vocatur. Lingua vtuntur partim * Dacorum, & partim Pannonum. Victu & moribus Pannones imitantur. Hæc regio ſubiecta eſt Pannonũ regi, à quo ducem accipit de Pannonum genere. Vrbes habet liberas, quæ proprio iure proprijſq́; legibus ab metropoli * Toſibinio reguntur. Iuſsi proficiſci in militiam, regi parent, tributum ferentes quandocũque imperauerit: ſolummodò petentes, vt ſibi proprio iure ſuiſq́; legibus rempub. adminiſtrare liceat. Contra hanc igitur metropolim vbi Iſtrum tranſierat, Mezetes vniuerſam belli molem vertit. Et cum quàm proximè ad eam acceſsiſſet, ibi caſtra cõmuniuit. Hic cum vrbis oppugnationi ſumma ope incumberet, ictus bombarda occubuit. Po-

** Erdelia aliàs Tranſſyluania, ſiue Septemcaſtrenſis regio.*

** Cibinium nunc Hermenſtat.*

** Germanorum.*

** Cibinium.*

ſtea cum exercitus hoſtilis maturet abitum, & feſtinaret ad Iſtrum traijciendum, congregati regionis viri, cum præuenire hoſtes in ſua regione poſſent, plurimos eorum clade maxima ſtrauerunt. Reliquos in fugam effuſos vſque ad Iſtrum inſequuti ſunt. Mezates profectus in

*Erdelij.

* Ardelij regionem, amiſsis non paucis de ſuo exercitu, huiuſmodi vitæ exitũ habuit. Rex maximam ſuam eſſe calamitatem duxit, mortem Mezetis. Parabat igitur ipſe expeditionem ſuſcipere contra Pannodacos, miſsiſq; per ſuum regnum præconibus, edicebat vt primo vere adeſſent omnes. Poſtea mutata voluntate, Sabatini eunucho, viro rei militaris peritiſsimo, belli iſtius curam omnem mandauit cum Eunuchus id conſilium regi & optimũ & tutiſsimum fore cenſeret. Iuſsit quoque rex, vt non prius bello deſiſtaret, quàm deuiciſſet Pannodacos ſiue Tranſſiluanos. Hic igitur accipiens regis exercitum, & peregrinorũ de Iannis regis quaſi quatuor millia, Iſtrum tranſiuit, & copias omnes in Ardelij regionem induxit. Dehinc aliquot diebus iter fecit per Pannoniæ regionem. Iangus aũt Choniates, quem Ioannem Huniadem vocãt, vir ea tempeſtate inter Pannones excellens, cui Ardelij regio commiſſa erat ab Pannonum concilio, exercitũ quàm potuit maximum com-

Ioan. Huniades.

parauit ab Ardelio, & Pannonia. Hoc inſtructus, ſequebatur per montium ſaltus Sabatinem. Sabatines cum iam in hoſtili regione foret, putabat res ſuas preclarè habituras, ſi hoſtium agros euaſtaret. Emittens itaq; equitatum omnem, & maximam exercitus partẽ in hoſtium regionem, prædas agere volebat, quaſi hinc plurimum ſuis opibus accedere poſſet. pauciſsimi verò manebant cum Sabatine in caſtris. Iangus vt cõperit caſtra hoſtium penè eſſe deſerta, præclarum facinus putabat, ſi accedens inopinatus caſtra opprimeret. Deſcendens itaque cum ſuis ex monte, impetu inuadit Sabatinis caſtra defenſoribus vacua. Sabatines exire caſtris, vt prælij poteſtatem faceret, non poterat. Proinde ad caſtra defendenda conuertitur: quæ tamen retinere nequiuit, cum violenter Iangus cum Pannonib. irrumperet. Ad fugam itaq; inclinat animo toto, feſtinabatque, maxima vius celeritate, tranſire Iſtrum, antequam tranſitu ab hoſtibus intercluderetur. Iangus captis caſtris quoſdam in inſidias locat, quibus exciperet hoſtes aduenientes mancipiorum aliarumq; rerum præda onuſtos, omneſq; cõficeret. Et in hunc modum maxima hoſtilis exercitus pars miſerabiliter interijt: Iangusq; victoriam ſibi peperit celebriorem, quàm vllam vnquam eius anteceſſores inuenerint. Iangus genere natus erat non admo-

Huniadis origo, & mores.

dum obſcuro. Patria fuit Choniatæ ſiue Huniadi Ardelij oppidum, vnde profectus venit ad Tryballorũ ducem. Mercede autem conductus, longo admodum tempore apud hunc ducẽ verſatus eſt, vbique, quocũque mitteretur, fortitudinem & diligentiam memorabilem oſtendẽs. Quondam cum venatum abijſſet Tryballorum dux, eique appareret lupus, confeſtim Iangum vocat, vt lupum caperet. Qui vt acceſsit, ducisq; voluntatem intellexit, continuò lupum inſectatus eſt perniciſsimè. Lupus ingreditur flumen quòd obuiam erat, & natare incipiebat, ſi præſens periculum ſubterfugere poſſet. Nec tamen Iangus à perſecutione ceſſauit, verùm inſidens equo, flumen tranauit. Vbi natando flumen ſuperatum eſt, lupi veſtigijs haud abſceſsit. Poſtremò lupum aſſecutus eſt, & confecit, pellemque diripuit, tantóque fluuio, iterum ad ducem reuerſus eſt, prætendanſq; manibus lupi pellem, exclamat: O domine, factum eſt vt imperaſti. Lupum peremi, pellem cape: ea, vt voles vtere. Hoc facinore dux admodum delectatus, in hæc verba linguam ſoluit: Certè non poteſt fieri, quin non aliquando vir ille ad maximam promoueatur potentiam. Hæc tum temporis locutus, virum deinceps pecunia opibuſque coluit. Cum tempore multo apud ducem iſtum moras traxiſſet, tandem ad Pannonas redijt. Sunt qui tradunt, Iangum antequam peruenerit ad Tryballorum ducem, fuiſſe famulum Alijs Brenezis filij, eique mercede ſeruiſſe, cum fungeretur equorum curatoris partibus. Neſcio autem vnde coniecturam facere poſsim, vt id verum eſſe eredam. nam linguam Turcicam eo modo didiciſſet. Reuerſus autem ad Pannones, aſſumptis aliquot alijs, procedebat in regiam, dicens: ſe aduenire, vt ſibi ſuiſq; mercedem accipiat. nec repulſam paſſus eſt. Cum aũt bellum arderet inter Germanos & Pannones, magna militaria edebat opera, præſens ſemper exiſtens. vbicunque eius opera deſiderabatur, ſtatim approperans, fortiſsimè præliabatur. Poſtea congregatis ad eum alijs plurimis, vbique illuſtris apparebat. Quapropter Ardelij regionis principatus concilio Pannonum ei decretus eſt. cui regioni cum imperaret, Sabatinem interfecit, eiuſq; exercitum in fugam coniecit, victoriam ſui nuncians longè pulcherrimam. Hæc victoria Pannonum

Sabatinem ad Veſpam vincit.

res erexit in priſtinum ſtatum. Ex quo enim tempore Paiazitis auſpicijs ductuque Turci regem Sigiſmundum in fugam verterunt, haud ceſſerunt Turci in Pannoniam incurſiones facere, plurimáque inde abduxerunt mancipia, quibus Aſiam & Europam repleuere. Vbi autem Iangus aduenit in Ardelij regionem, princeps declaratus communi Pannonum concilio, Sabatinem & Turcos terga dare coegit. Hinc animis reſumptis, Pannones præclaris operibus editis, Turcos vbiq; vincebant. Nam Iſtrum ſæpius tranſgreſsi, interfecerũt pauci plurimos Turcos: qui antequam ad manus ventũ foret, non ſuſtinentes impetum Pannonum, fugam præcipites inibant. Ea tempeſtate ad maximam potentiam promotus eſt Iangus. Deinde creatus dux conſenſu vnanimi totius Pannonũ cõcilij, bellum contra Turcos & Germanos ſuſcepit, fortiſsimè ſemper rem gerens. Pannones gerebant bellum cum Germanis, cuius hæc cauſa perhibetur. * Poſtea bellum indixere Tzechis, qui Boemi dicuntur. Id bellum diu durauit, plumis vltro citróque cladibus illatis. Pannones iſto bello permoti accedunt Polonos: & inde adducentes regis patruelem, eum ſibi ducẽ creant.

*Vladiſlaus ex Polonia ad regnum Vngariæ accerſitus.*

runt. Cùm igitur Poloni ſocia Paononibus iungerent arma, contigit vt Panoones, Garmanos & Boamos grauiter affligerent: agros enim horum euaſtarunt, vrbeſque non paucas incenderunt. Præterea interdum ex acie dimicarunt collatis ſignis. Verùm incerto marta nunc victores, nunc victi, prælija excedebant. Deinde vbi paululum reſpiraſſent, & collegiſſent vires, bellum inſtaurabant. nam populi iſti vi omnia agunt, & in prælijs nemini parcunt. Haſtis imperunt hoſtes, bombardis vtuntur: ferreas habent equites baliſtas, necnon alijs telis rem gerunt inter ſe pugnantes. Quando autem fuga initur, in fugientes nec cæde, nec perſecutiona admodũ ſæuitur. verùm ſi quis ſeipſum dedat, & victum ſemet confiteatur, abit intactus & inuiolatus: hac tamen conditione, ne ſe poſtmodũ prelio committat, contra victores præliaturus. Hunc morem belli tempore ſeruant: proinde in fuga non multi cadunt.

*Danus, qui & Dan Vaiuoda.*

Pannones duce Choniate profecti ſunt in Daciam, & ducem Danum nomina regioni præfecerunt, Dacoſq; ei obtemperare iuſſerunt. Danus igitur expulſo duce Dracule, qui ad Ianuas regis confugerat, Daciam obtinuit, omnaſq; Draculis propinquos & neceſſarios, vbicunq; aliquem ſuperſtitẽ accipiebat, peremit. Hi duces traduntur fuiſſe filij oothi, qui Myrxæ nati ſunt. & quoſdam horum, cùm putarentur eſſe Myrxæ filij, ab regionis incolis genere opibuſq; plurimum pollentibus in Daciæ ducatum ſubuectos eſſe: quaſi Dacis plurimùm conduceret, ſi iſti in ea regione præeſſent, rerúmque ſumma potirentur. Quorum vnum atq; alterum percunctando, cognoui genue & parentes: verùm nomina eorum non omnibus ſignificabo. Danus ea tempeſtate à Pannonibus in Dacorum principarum collocarus, Daciam tenuit, & deinceps Pannones arctiſsimè coluit. Cùm autem inquietaretur ſubinde ab regis ducibus prope Iſtrũ collocatis, qui clàm ipſius regionem populationibus diuexabant, miſsis legatis ad regem, pacem orauit, quam haud grauatim conſecutus eſt: hac tamen conditione, vt quotannis regi tributi nomine daret tria millia ſagittarum, & clypeorum quatuor millia. Daciæ res ita ordinans quemadmodum ſibi commodiſsimè fore rebatur, eam pulchrè impario rexit. Legatũ ire iuſsit ad * Pogdaniæ Nigræ principem, cum quo pacem fecit: cui etiam affinitas iuncta eſt, qua excitus eum enixè adiuuit in bello quod cum Dracule geſsit. Daciæ principatus in huncmodum ab nouo principe reformatus & inſtructus eſt.

**Podolia*

Amurates poſtea in Colchida imperiumque Trapezuntinum triremes miſit, regionemque Colchidis vaſtans, etiam vrbem diripere, & inde plurima mancipia auferre annitebatur. Triremes illæ etiam in Gothiam curſum flexerunt, eamq; regionem populati ſunt. Triremes igitur iſtæ in Colchida properant: & ad Gothos appellentes, regionem haud modicam vaſtabant, plurimis inde mancipijs abductis. Reditum autẽ cùm maturaret claſsis, tempeſtas ſæua exorta eſt. Nam Ventus qui Aparctias dicitur, exurgens, claſſem diſiecit, & in Aſiã iuxta Heracleam Ponti detulit. Interim naues quædam tempeſtate quaſſatæ interciderunt, in huiuſmodi calamitatem præcipitatæ. Cum Ianuenſib. ei interceſsit amicitia diutina, & quaſi pax perpetua. Ianuenſes autem eo tempore ſeditione agitari, res ſuas penè cõtudere, cum ſeditioſi admitterent Philippũ Ligurum ducem, eiq; vrbem cõmitterent, promptiſsimè ſequentes quocunq; eos eduxiſſet. Hoc eis accidit, cũ etiam populus eligerat iſtũ ducẽ propter odiũ implacabile, quo ferebantur in Venetos. Norát enim, Mediolani ducem Venetis admodum eſſe infeſtum & acerrimè cum his bellum gerere.

*Philippus Mediolan. dux Genuæ Dominus.*

Ianua vrbs ſita eſt in extrema Italia, quà Galliam reſpicit: Tyrrhenos attingit verſus Orientem. Mare Tyrrhenum ſpectat, qua vrbis ſitus Orientem verſus excurrit. Verſus Occidentem egreſſos Ianuenſium regione excipit Prouincia, quæ Gallia eſt: & eius incolæ degunt ſub rege Gallorum. Quapropter porta ſiue ianua Italiæ vocatur, quaſi hinc in Italiam procedatur. Ianuæ reſpublica ita adminiſtratur, vt neque omnino in democratiam, neq; in ariſtocratiam propendeat. Verùm ex vtriſq; ea reſpublica iuxta partim in democratiam, & partim in ariſtocratiam inclinat, maximè in ijs quæ ad principis electionem pertinere videntur. Sunt enim in vrbe iſta familiæ duæ, quæ ab antiquo eam gubernarũt, & principatum in ea obtinent, adeò vt populi ſtudia in vtraſq; quaſi æqua lance conferantur, vna de Auria ſiue Doria nominatur: & altera, Spinula.

*Doria famil. Spinula.*

In has familias ſtudia populi diuiſa cũ ſint, accidit plerunq; vt pars Doriam, pars Spinolam eligant. Hi igitur regentes populum, de ſuo corpore duces conſtituere non audent, nec etiam populus permittit. Sed extant aliæ familiæ duæ, quæ de populi corpore habentur vna ad optimates, altera ad populum ſtudijs inclinat. Vni nomen Adorni eſt, alteri Phregoſij appellãtur.

*Pregoſi.*

Ex his familijs dux ciuitati, ab ea parte optimatum quæ vincit, datur. Adorni familiaritate iuncti ſunt Spinulis. at familia Phregoſiorũ neceſsitudinis iure deuincta eſt Dorijs, & ab his in principatũ prouehitur. Duci, vbi primùm creatus eſt, permittitur, in conſilium adhibitis optimatibus quibuſdam, agere ſecũdum leges, quæ maximè reipublicæ conducere cenſuerit. Vectigalia & vrbis reditus ordinat ad eum modum, quo iudicauerit plurimum opibus vrbis acceſſurũ. De bello & pace populus in medium procedens cõſultat, & ex ſua ſententia iſta procurat. Si autem bellũ aduerſus aliquem hoſtem decreuerint, ſuſcipiendũ, Duci belli adminiſtrationem conceduot, vt ſedulò caueat ne quam calamitatem ſiue damnum reſpublica capiat. Quantũ attinet ad vrbanam iuriſdictionem: iudices conſtituuntur, qui petuntur à prædominante familia, & per ſe iudicant. Si autem non ſecundum leges, iudicarint, prouocatio ad populum eſt. Cum autem inteſtinis diſcordijs duæ illæ familiæ, Spinula & Doria, arderent, vrbem in maxima præcipitarunt pericula: tyrannos enim introduxerunt in rempub. & alia nefanda in eam commiſerunt. Familia quæ Ligures & Italos

& Italos ſtudijs proſequebatur, eligebet Iitalos, eoſq; in belli ſocietetem adducebet. Altera familia Gallorũ regis euxiliũ implorabar, quem ſibi ſocium faciebant. Contigit ergò, vt ciuitas illa in grauiſsime deuolueretur pericula, dum vtreq; factio adduceret in vrbem eos qui ſummo vrbis odio leborabant. Poſtmodum reſpublica in acerbam neceſsitatem redecta eſt, quia legibus pattijs emplius nõ regebatur. Tandem igitur malis victi animi, cùm iterum coaleſceret mutue cõcordia, eos iudices ſiue ptincipes qui minus idonei videbantur, vi eijciunt. Præterea cùm ſæpius Gellorum regem aduocaſſent, eiq; vrbis regimen cõmiſiſſent, tãdem coniuratione facta, eum ſæpius vi expulerũt, heud æquis animis tyrennidem rolerantes.

*Genuenſes Tarracon nenſibus infeſti.*

Populus enim libertatis cupidus, nouis rebus inhiabet: eiectiſque tyrennis, duces de corpore ſuo creebanr, & parrio mòre legibuſq; rempublicem porrò gubernabent. Sunt eurem Iauuenſes iem ab entiquo Tarraconnenſibus admodum infeſti, bellumq; mulris generetionibus contra eos geſſère. Publicè priuarimq; diſcordias & inimicitias hoſtiles exercuêre, adeò vt ſi elicubi alius alij oc curreret, in mutuas cædes tuerenr. Inimicitiæ cum Teraconnenſibus implacabiles perpetuæ fuerunt Ianuenſibus. Etiem Venetos iam olim odio proſequebantur, proptec Lesbum & Chium inſulsa in Ægæo mari ſites: necnon proptec Ligurium ducem, quem ſibi principem præfecerant. Cùm autem inteſtina ſeditione leborarent, ellis quibuſdsm vrbis gubernecule mẽdarunt: ipſi verò bellum cum Venetis & Tarraconnenſium rege gerere auſpicabantur. Naues militibus, conrra Venetos quas ducent, complent. Vrbes verſus Ionium edneuigsntes, greuirer affligebant: nec abſtinebant ab ijs quæ in Ægæo mari habitentur. Hęc autem magno enimo peragebent, vt Venetos vlciſcerentur propter Ligurum tyrannum nomine Philippum. Præterea ignem inijcientes in Corcyram, ſuburbana incendetunt, quæ concremate ſunt. & latius ſæuiſſer incendium, ſi res, vt animo agitarunt, eueniſſet. Poſtea prælium commiſere, cum inimicitiæ hoſtiles intetueniſſent cum Alphonſo Tarreconnenſium rege, ad Geeten ſiue Caietã Italiæ vrbem. hunc enim regis Alphonſi naues appulerant maximæ. Quod vbi cognorunt Ianuenſes, videlicet regis claſſem eò collectam ſtare compararam aduerſum ſeſe, ciues armatos naues maximas, quas huc mercium grerie veniſſe comperimus, conſcendere iubenc: ſoluenteſq; ab vrbe, curſum contra Tarreconnenſes dirigebanr.

** Caieta.*

Cùm autem Tarraconnenſium regem eſſecuti eſſenr in portu * Gaetes, tempore longo certerunt. Rex eo tempore intra mœnia exiſtẽs, prælium ſpectabat: & admodum dolebat, quòd ſui, qui plures numero erant, hoſtes ſuperare nõ poſſent. Ingreſſus igitur ipſe naues, ſuos cohoctando ad prælium accendere nitebetur. Commiſſo itaq; prælio megno, capta nauis eſt, quæ vehebat regem Tarracõnenſiũ. Rex ſimul quoque in poteſtatem venit.

** Blaſius autẽ Axaretus ſcribs prætoriam nauẽ &c.*

*. Scribs eutem Doriæ neuem cœpit, qui in prælio iſto neuali Ianuenſium dux erat. Qui cùm victores prælio exceſsiſſent, regem captiuum vehentes, domum reueſſi ſunt. Naues igitur cùm eppropinquaſſent Ianuæ, priuſquam vrbem inirer, Dux neuigauit ad Ligurum Ducis regionem vt ei captiuum Alphonſum traderet, ſperans ſe inde haud perum commodi accepturum. Ingreſſus iteque Ligurum ducis regionem, regem captiuum ad eum perduxit. Dux Mediolani honorificè & magnificè regem excepit, & candem incolumem ſuo regno reſtituit. At Ienuenſes rei indignitatẽ permoti, ab illo defecerunc, & ducem expulerunt. Deinde pergenres contra arcem, eam pactionibus in poteſtarem accepetunr: & deinceps ritu petrio vrbem adminiſtrerunt, promouentes ad principetus honorem iuxte antiquas ſues leges aliquem de ciuium numero.

*Alphonſus Mediolanenſiũ duci traditus*

Alphonſus dimiſſus ad ſuos è Medioleni duce, beneficij memor hunc ſemper coluit: nec ei gratificari quibuſcunque in rebus potuit, cunctatus eſt, quendiu dux ſuperſtes manſit. Hic Tarraconnẽſium rex imperio temperans, Valentiam, Tarraconem, Sardiniem inſulem, Cyrnum & Barcenone Iberiæ vrbem opulentem primùm in Siciliam appulit, poſtea venit in Iteliam & Parthenopen, quæ & Neapolis. Regnumq; in hunc modum occupauit.

*Neapolitanũ regnũ.*

Neapolis quondem Italiæ ſubiecta, trensleta eſt ed Gallorum regem, qui de ſue familie ſemper regem & principem huic præficiebet Regnum eutem hoc incipit ab Iapygie ſumma, & Meſepie: & in longum progrediens verſus Ionicum ſinum, dextra ambit regionem Vares ſiue Barum dictem. Regio iſta planè regaliſsima, & regio nomine digna eſt. Poſt Gepeuum (ſiue Brutios, Terram laboris) ſic nominetim extendit ſe vſq; * Gaeten & Diam vrbem Romenorũ regioni finitimam. Et hic quidem terminus eſt Occidentalis. Verſus Orientem attingit Gonium. Que autem ſpectat Siciliam, regionem habet antiquitùs Græcię, nunc verò Calabriem nuncupatem.

** Caietam & Agnaniam. Siue Rhegium vel Daunium.*

Vbi primùm in ditionem regis Gallorum iſtud regnum conceſſit, eccepir regem propinquam genere regi Gallorum. Qui vt peruenit in regnum, (nomen eius eret * Lantileus) regioni iſti vniuerſæ imperauit. Cùm iem opibus reliquaq; poteurie plurimùm pollerer, arma cepir eduerſus Tyrrhenorum regnum, atq; adeò contre reliquã Iteliem, vbiq; præclara facinore deſignans.

** Ladiſlaus Neapolitanus rex ex Vngaris.*

*Idẽ Bonf. lib. 2. dec. 3.*

Et quidem mouens exercitum contra Tyrrhenorũ vrbem Florentiem, eemq; obſidens expugnare nitebatur. Cùm eutem in longum vrbis obſidio extreheretur tempus, & obſeſsi iam ed extremem veniſſent neceſsitatem, ferunt, eos in colloquium veniſſe cum rege, petentes pacem: promittentes interim ſe prompros & paratos eſſe fecere quæcunq; imperaſſet, ſalrem pecem daret petentibus. Quorum precibus victus, poſtulauit ciuis cuiuſdam filiã forma excellentem omnes quæ tum in ea vrbe formoſæ habebentur. Hanc cùm accepiſſet formæ elegentia omnes ſuperare, (fert enim vrbs iſta mulieres in primis forma præſtentes, virgineſq; venuſtiſsimas) eem petijt ſibi vxorem dari, cùm in colloquiũ cum

Tyrrhe-

286

Tyrrhenis ſuper paca iungenda veniſſet. Erat enim rex ille cætera intempetas & libidinoſiſsimus, & tantum non inſaniabat amore mulierū. Iuſſerunt itaque Tyrrheni, vt pater virginis eam quàm pulcherrimè exornatam regi traderet. Aiunt, puellę patrem fuiſſe medicum inſignem, adeò vt facilè omnes ea facultate ſuperarat. Cū igitur multa tentaret, nec tamen poſſet vlla ratione ſibi conſulere, quin filiam regi daret, commiſcuit cicutam quàm potuit efficaciſsimam. In iſta namque Italiæ vrbe cicutam commiſcere ſolent efficaciorem, quàm in reliquis vrbibus. Accepit & pannum quem cicutæ immerſit, vt venenum imbiberet. Quo facto pannum veneno imbutum filiæ dedit: moneus, vt vbi rex cum ea concubuiſſet, ipſa panno iſto mentulam eius quam decentiſsimè abſtergeret. Huncigitur cùm accepiſſet pannum auro exornatum, ſpectaculoq; dignum, eum diligenter cuſtodiuit, vt regi, ſicut pater præceperat, poſt concubitum inſeruire poſſet. Ducentea igitur virginē iſtam, obtulerunt eam regi. qui ea viſa formæ pulchritudine captus obſtupuit: amoreq; ardens cum ea Veneris fœdus inijt. Puella autem iuſſa patris faciens, multis blandimentis adhibitis, panno regis mentulam abſterſit. Quo cùm eſſet tactus rex in humorem nonnihil reſolutus, in fabrim incidit acutiſsimam, & continuò expirauit. Etiam puellam eſſe mortuam tradunt, cùm etiam ipſam cicuta per humorem diffuſa contagio infeciſſet. Regis exercitus, vbi primùm ipſe mortem obijt, dilapſus domum redijt: & Florentia obſidione liberata eſt. Quidam Itali perhibent, non patrem pannum infectum veneno puellæ tribuiſſe, verùm ſenatum vrbis aam exornaſſe quàm pulcherrimo ornatu, vt formoſiſsima regi appareret: eundem etiam ſenatum pannum dediſſe. Hinc ad coitum mirè alliciebatur rex. Sed hæc hactenus, quia turpia ſunt, dixiſſe ſufficiat. Poſt obitum regis Lantialsi, cùm vxor eius admodū inquietaretur propter regnū ab Italis, necnon regionis duces ipſi plurima negocia faceſſerent, nupſit * Rhainerio Prouinciæ regi, Gallorum regis patrueli, eiq; regnum Neapolitanum tradidit. Accepimus autem hanc fuiſſe filiam Tarenti & Iapygiæ ducis, qui ortus ex familia Vrſinorum, ſiue (vt Græcè dicam) Arctiorum, quique plurimùm pollebat opibus & potenria in regione Parthenopes. Rhaiqerius annis regnauit duodecim. Interea Alphonſus natus de familia Medinorum, rex Taraconnenſium, Sardiniæ & Valentiæ, claſſem adornabat maximam. Qua inſtructus, cum Siceliotæ remiges ſtrenuam operam locarent, in Siciliam delatus eſt: quam ſubegit, & poſtmodum imperio rexit. Hint deinde profectus, Parthenopes arcem mediterraneam occupauit. Parthenope arces habet maritimas duas, & vnā mediterraneam. Adducens igitur Alphonſus copias vrbem eam oppngnabat: & admouens machinas muro omnigenas, eam ſui iuris facere conabatur. Ibi tum Alphonſi frater bombardæ globo ictus occubuit. Nec multò pòſt vrbs in manus venit. Hinc copias ad maritimam & mediterraneam mouit. Mediterraneam fame expugnauit, maritimam cepit, cùm eam dederent milites qui in ea erant: cui & præſidium impoſuit. Vxor autem regis obſidione vrgebatur in arce, quæ ſita eſt in portu prope vrbem. Maritus verò clàm egreſſus nauigabat in Prouinciam, inde adducturus exercitum, quo munitus vxori obſeſſæ ſuppetias ferret. Interea regina, cum obſidione premeretur, acceſſeos Sphortiā Marchiæ principem, qui ea tempeſtate dux belli peritiſsimus habebatur, Alphonſum expulit, vrbemq; adiuta ab Sphortia recuperauit. Cùm autem regina iam rerum ſumma potiretur, arcam mediterraneam in monte ſitam obſidione circundat: quam cum vi capere non poſſet, fame expugnauit. Poſtea non longo tempore interiecto, cum Sphortia domeſticis diſtinaretur bellis, Alphonſus Tarraconnenſium rex ex * Cicilia profectus, Calabriam primò ſubegit: poſtmodum comparato exercitu, Iterum Parthenopen acceſsit, eamq; occupauit. Regina autem * Rhainerij ex arce clàm effugiens, contendit ad filium ſuū, Tareoti & Iapygiæ principem. Nam nupſerat poſt * Lantilai mortem Iapygiæ principi: ex qua filium hunc Iapygiæ principem tulit. Alphonſus, vrbe capta, & regione quæ Gepanum nominatur ſubacta, bello perſequi aggreſſus eſt Iapygiæ principem, Mariæ reginæ filium. Accedens igitur copijs quàm plurimis inſtructus, regionem ſubijciebat. Princeps igitur Iapygiæ neceſsitate motus, legatos miſit qui pacem orareot: quam conſecutus eſt. Paci autem iunxerunt affinitatem, nam rex filio ſuo notho, cuius nomen erat * Imphernandus, in matrimonium collocauit conſobrinam principis Iapygiæ, filiā verò principis qui * Venozam rexerat. Peracto fœdere, in quo tenebatur, vt in poſterum & hoſpites regiq; obedientes eſſent, Iapygiæ princeps Parthenopen vocabatur. Eò cùm veniſſent, admodum metuebat vt caperetur ab rege. Propter hunc metum, qui adeò magnus erat, phreneſi laborare creditus eſt. Hoc modo in Italiam ab Tarracone profectus Alphonſus, Sicilia & Neapolitano regno potitus eſt. Cùm veniſſet in Italiam, ibi moratus eſt, nunc cum Venetis, nunc cum Tyrrhenis bella gereos, & fœdera pangens, Rex * Rhainerius Ianuenſium claſſe magna ad vrbem acceſsit. Cùm autem conarentur milites exponere nauibus in vrbem, nec cœpta ſuccederent, re infecta domos rediere. Alphonſus Ligurum & Tarraconnis regionem fratri ſuo regi * Nabaris commiſit. Hunc enim Nabaris regionis incolæ petentes, ab Tarraconne quod regis filiam vxorem duxiſſet, ſibi regem, iuxta patriam conſuetudinem, ordinarunt. Nam maxima pars occidentalium tributa quidem pendunt, nec tamē licet cuiquam vrbibus eorū principes dare, & præſidium imponere: verùm indigenæ magiſtratus creant, & ſuis præſidijs, non externis, regionem defendunt. Nec etiam regi licet eos cogere, vt præter patriæ ſuæ morem reſpub. adminiſtrent. Ea quidem tempeſtate, cum ciues earū vrbium quas Nabares regio complectitur, ſibi cōſtituiſſent

*Ladislaus iſte Caroli F. nō è Gallis, ſed ex Vngariæ regibus originē habuit, Bonf. dec. 3. libr. 2. Bohi hiſto. lib. 25 Sab. En. 9 lib. 9. idq; actum 1417.*

*Venenum in coitu oblatum.*

** Renato Andegauēſi Prouinciæ regi.*

*Hic error eſt ex nomine Ioannæ nā prima eius nominis fuit Roberti Calabriæ ducis filia. Secūda verò, quæ Renato nupſit, et Alphonſum adoptauit, fuit filia*

*Caroli, Ludouici Pannoniæ regis F.*

*Sphortia Marchiæ princeps.*

** Al. Sicilia Neapolis iterum occupata.*

** Renati.*

** Ladulai.*

** Al. Ferdinandus, Don Fernandus.*

** Venuſiā.*

** Ludouicus Andegauenſis.*

** Nauarræ.*

*Regnum Nauarræ, & eius inſtituta.*

ſent

ſent regrem fratrem Alphonſi, contigit vt ei naſceretur filins ex vxore. Qui educatus, attigit annum duodecimum. Hunc igirut aſſumentes regionis incolæ, regem dimiſerunt, dicentes: Non amplius ei concedi, cùm filium hsbeat, regnum tractare: ſed filio regni adminiſtrationem nunc competere. Hęc quidem haud multo pòſt acciderunt. Alphonſus cùm in Italiam perueniſſet, fratri regionem ſuam mandauit.

*Valentiæ regnum.*

Hæc autem initium ſumit ab Vslentiæ regione. Valentis vrbs magna eſt, & opulenta; Valenriæq; rex eam regni ſui ſedem tenet. Sits eſt es vrbs ex aduerſo Sardiniæ, tecedens ab Herculia columnarum trsiectu ſeptingentia ſtadijs. Huic ſuccedit regio, quam * Tsrrsconnenſem sppellant,

** Arragoniam.*

qnæ porrigitur vſq; Barcenonem. Huic contermina eſt Tarraconis tegio, & patet vſq; sd Barcenonem verſus Prouinciam Gslliæ. Verùm dicere noa oportet regionis limites. Verſus Orientem, Prouincis Gslliæ: verſus Occidentem, terminatur Iberia ſiue Hiſpanls. Septentrionalis limes eſt, Nausrrę regio Barcennne vrba Occidentem ſpectans, diuitijs potentiaq; excellit. Adminiſtrarur plerunque in ariſtocrariam conuerſa. Permittirur ei ab Tarrsconnenſium rege, ſuo iure viuere. E regione huius vrbis ſita eſt

*Corſica.*

Cytnua (quæ & Corſica) inſula opnlenta & populoſs: culus smbitus complectitur duo millia ſtadiorũ. Nec ptocul sbeſt alia inſula quæ Maiorica, (ſeu Minorics potius) dicitur, quæ & ipſa ſubiects eſt Tarraconnenſium regi, & ab eodem princip ẽ sccipit.

*Sardinia.*

Ssrdinia, quæ inſula maxima exiſtit, cuius smbitus continet quinqne millia ſtadiorum, Tarraconnenſium quoq; regi obtemperst, & ſub eius dirione agit. Sunt in

** Oreſtan gi & Calloris.*

hsc inſuls vrbes duæ opibns florentes * Oreſtilia & Sagera: quarum vna verſus Orientem, altera verſus Meridiem inſulæ ſita eſt. Piſcstores huius inſulæ plurimum lucri ex eo mari ferunt. Hinc in alium orbem peruenirur. Iberia, quà initium ſumit sb Gallis, hsbet finitimos Celri-

*Hiſpania.*

betos, quibus annexs eſt * Gaſconia regio, ſub

** Vaſconia, quæ Aquitania*

Gallorum rege degens. Poſtes ſuccedit * Peſcainorum regio, verſus Orientem in Iberism tendens Iberis, quæ poſt Galliã maxima regio inter Occidentsles eſt, verſus Occidenté in Oceanum excurrit.

** Biſcaiorum Granata.*

Ab Oriente Nauarrã & Galliam habet. Verſus Meridiẽ panditur * in Tuttugan-

** Al. Turritaniam, al. Portugaliam ſiue Mauritaniam ac fretũ Gaditanum.*

nam, quæ maritima regio eſt, & sd Oceanum ſe extendit: etiam tegione Grsnats, quæ ſub Pœnorum ſiue Maurorum imperio eſt, terminatur. Intrs hanc Iacobi ſepulchrum viſitur. Hinc Pottugslis tegio Hiſpaniæ ſubit, qnæ ſe extendit ad mare, quod intrs trsiectum eſt, quo venitur ád Granstam regionem. Iberia cùm regio ſit maxima & ditiſsima vrbes hsbet regiss, Dibirinã vrbem magnsm & populoſam, Cordubã, Morſicsm, necnon Ludum, & Salamancam. Etism ſepulchrũ Iacobi in ea regione, iuxta Oceanum & mare extemum, celebre eſt. Ad mare verò internum Iberorum quoq; tegis terra porrigitur.

*Portugalia.*

Pottugalis ſirs eſt iuxta traiectũ, à Granata incipiens vſque ad traiectum & internum mare excurrens, vergit in Iberism. Granata, quæ regio mediterranea eſt, in Iberiam & Galliam procurrit, nec mulrum vel interno, vel externo Oceano vtitur. Iberorum rex in iſtis dusbus regionibus plurimùm poteſt: qni cùm ſit ortus de fsmilia * Almenij Galliæ, Granstæ regionem, quæ Pœnorum eſt, ferens atq; agens, haud ceſſat bellum gerere.

** Alencorij.*

Rex Pœnorum, Grsnatsm qui regit, vbi pax compoſita fuerit, Iberorum regi tributum pendit, qui interdum accurrens vrbem obſidet, & regionẽ populstur. Ea autem regio montana eſt, & à monte qni à mari interno initinm ſumit, penditur in Oceanum, & ad Portugaliæ regionẽ. Hi regẽs ſæpius inter ſe diſsidentes, bella geſſerunt. Interdum copijs coniunctis, molem belli omnem in barbarum auerterunt. Inter cætera etiam bello laceſsiuit Alphonſus Tarrscõnenſium rex regem Iberorum, priuſquã in Italiam veniſſet. Belli autem eius hæc sſsignatur cauſa.

*Alphonſi contra Ioannem Caſtellæ regẽ bellum.*

Ipſe quidem captus eſt ab Iberorum regis duce, quem * Albarum sppellabant. Vterq; tamen vulnera accepit. Itaq; cõtractis copijs, & aſſumpto fratre Nabaris rege, bellum mouit contra Iberorum regem, cùm adiuusretur opers quorundsm Iberorum nobilium, qui Albarum incitariſsimo odio proſequebantur.

** Aluarũ à luna, Caſtilıæ præfectum.*

Hunc enim, cum humili genere in Tarraconnenſium regione foret natus, & priuatam ſequererur vitã, tandem virtute nobilitatum, & sb omnibus plurimum honoratum declsrauit regionis ſuæ Imperatorem. Qui Imperstor crearus, quocunq; bellum vertiſſet, ſemper glorіs coruſcans, & re bene geſta redibat. Itaque cùm ab Iberorum rege contra Alphonſum eſſet miſſus, haud ſocordiæ locum fore ratus Alphonſus, cum exercitu Albato in regione occurrit, quaſi prælij poteſtatẽ facturus.

*Caſtellanorum & Arrogenſium bellũ.*

Poſtes Alphonſus adhibito in auxiliũ fratre, in Iberiam ingreſſus eſt, vt contrs regem decertaret. Obuiam autem procedens Albarua, miſſo præcone iuſsit eum excedere, ſi ſapist, quàm celerrimè ex ſua regione. Cùm autem Alphõſus reſpõderet, ſe nõ accedere vt patris eius aſinos in paſcua duceret, ſed ſe adeſſe vt acie dimicet, copias in aciem deduxit: & cum vtroque fratre confligens, victoris potitus eſt. Cùm autem prælium cõmitteretur atrox, Albarua Tarrsconnenſes terga vertere coegit: & fugientes perſecutus, fratres ambos comprehendit, magnsq; Tarrsconnenſium ſtrsges facta eſt.

*Alphonſus bis captus.*

Vt reges ambo ad Iberorum regem ſunt sdducti, nihil mali ſunt paſsi. Verùm iuramenti religione fides accepta eſt, ne quid poſtea noui in ſua regione molirentur: & impunè dimiſsi ſunt ad ſua. Poſtea Alphonſus, vt ſuprà dedimus, in Italiam & in Siciliam venit: qui ab iiſdem captus, ad Mediolani ducem, vt antes docuimus, ductus, ab eodem inuiolatus & incolumis ad ſua remiſſus eſt. Vxorem ſuam Alphonſus in Tarraconne reliquit nec multis annis interiectis, eò reuerſus eſt, vt eam viſeret. Nam in Italis & Sicilia verſsbatur, plerunque aut amori, aut rei militsri operam dans. Quomodo ei in Italis res ſucceſſerint, deinceps dicetur. Regi Iberorum, de quo ſuprà verba feci, bellum fuit cum Granstæ rege Pœno. Pœni iam olim traijcientes, * Ma-

reliam

** Gibelter ram. Saracenorum in Europam irruptio.*

reliam Europæ vrbem, quæ diſtabat à Libya ſtadijs ducentis quinquaginta, oceuparunt. Hinc progreſsi, Iberiam ſuo imperio iunxerunt. poſtea, cum memorabilia vbiq; facta ederét, etiam contra Galliam bellum promouerunt, mirum in modum res ſuas augentes. Nec etiam ab Tarracone & Valétia abſtinuere. Galli igitur adiuncti Iberiæ regibus, contra Pœnos bellum ſuſceperunt, eoſq; in vrbé munitam ſe recipere compulerunt: vrbem verò poſtea expugnarunt. Adhuc hodie ad vrbem hanc accedũt, hoſtiliter incurſionem facientes, & exercitũ interdũ adducentes. Erſanè Iberorum rex dominus Ioannes, vt antea ſignificauimus, cõtra eos profectus eſt, præmiſſo Albaro duce, qui regem ad delendos Pœnos inflammabat, & copias vrbi admouit. Cùm auté grauiſsima obſidione premerentur Pœni, fameiq; intolerãda foret, dubij quid agerent, huiuſmodi quid excogitarunt. Mulis duodecim ficorum onera imponunt. Ficis onuſti, ad hoſtium caſtra feruntur. Ficos auté diuidentes, ſingulis aureum nummum iniecerunt, diuiſoſq; deinde iterum coniunxerunt. Nummus verò aureus Hiſpanorum, duobus aureis Venetorum valet. Hos igitur ficos cùm impoſuiſſent mulis, profecti ſunt ad Albari tentorium. Qui viſo auro, quod ficis conditum erat, agaſonem interrogauit: Quid ſibi vult aurũ ficis incluſum? Agaſo reſpondit: Rex aurum quod in vrbe eſt collegit omne dicens, ſiue ceperis, ſiue non ceperis vrbem, plus auri quàm allatum eſt, haud inuenies. Et ſi vrbem captam deſtruxeris, multum auri, quod ex Libya tibi & nobis afferretur, amittes: ſin autem vrbem non dirueris, poteris in poſterum quæcunque ex Libya ad nos deuenerunt, quaſi theſaurũ huc collecta acquirere. Hęc cùm accepiſſet Albarus, acceptos ficos detulit in conſpectum regis, quos diducens & aperiens, inquit: Arborem iſtam quæ hunc producit fructum, non cenſeo excidendã eſſe. Nam deinceps nõ amplius fructu iſto poſſemus frui: & nunc ſaturati, in poſterum nõ amplius iſta felicitate vti poſſemus. Nã cernis vinitores vineas putare, amputantes tantum inutilia & ſuperflua, vt fructum tandem vberioré reddãt. Quod ſi eas penitus eruerint, nequeunt earum fructu, cùm neceſſe fuerit, amplius recreari. His auditis rex, quia probabilia dicere videbatur Albarus, iuſsit eum abducere exercitum. Huic, cùm duxiſſet regis Portugaliæ filiam in vxorem, natus eſt filius nomine * Ciricus, vir rei militaris peritiſsimus. Qui matrimonium contraxit cum Granatæ regis filia: quam, quia nõ poterat cum ea concumbere, repudiatam dimiſit. Vxoré alteram aſſumpſit conſobrinam regis Portugalię, quæ formæ venuſtate, omnes quotquot in iſtis regionibus agebant, anteibat. Hanc ſibi aſſociauit conſilio optimatum, qui conſulebant fore, ſi aliam vxorem duxiſſet, quòd poſſet cum ea cõcumbere ſicuti matrimoniũ poſtulat. Filiam regis Nauarræ coegit habitum Nazaræarum ſiue monacharum aſſumere, eiq; opes ad iſtud vitæ inſtitutum aſsignauit. Rex Portugaliæ ortus eſt ex familia Galliæ * regum. Arbitror autem Gallorum reges belligerantes aduerſus Pœnos, quondam regionem iſtam ſubegiſſe, & ad poſteros ſuos tranſmiſiſſe. Itaq; Nauarræ regnum putatur pertinere ad familiã regũ Gallię. nec niſi ex iſta familia nato licere regnũ iſtud ſuſcipere. Nam Carolus Imperator, & qui ſucceſſerunt reges, exiſtimantur regioné illam ſubieciſſe, & nepotibus ſuis reliquiſſe. Alphonſi auté fratrem tali conditione in regnum admiſerunt. Si ei natus eſſet filius ex vxore, quam duxerat propinquã genere Galliæ regibus, ipſe deberet regno excedere, & filiũ ſibi relinquere regem. Quòd ſi nullum filium ex vxore ſua tuliſſet, regnum pateretur recidere poſt obitum ſuum ad Galliarum regem. Qui hac conditione Nauarræ regnũ ſuſcepit: & cùm nactus eſſet ex vxore filiũ, patrem dimiſerunt, filiumq; * regem communi conſenſu declararunt, quia deſcendebat ex familia, quantum ad maternum genus attinet, regnum Galliæ. Hęc quidem annotata ſint mihi ſequenti totius hiſtoriæ propoſitum. Nunc vnde digreſſus hucuſq; ſermonem traxi, reuertor.

*Stratagema.* *Aureus Hiſpanicus.* *Simile.* ** Chericus, Henricus.* ** Lutzelburgica.* *Nauarræ regnum.* ** Carolũ.*

## LIBER SEXTVS.

*Amuratis expeditio in Aſiam.*

AMVRATES Mechmetis filius poſt expeditionem quam contra Caramanum ſumpſerat, bellũ Dacis intulit, volens * Draculis filium ſuo reſtituere principatui. Egreſſus autem regia copijs inſtructus, accepit Caramanũ nouarũ rerum cupidũ defectionem animo agitare: ad idq; negocium adhibere ducem * Candylori, & alios Aſiæ principes. cumq; ſperaret Pannones breui magna manu ſubſidio venturos, ſpe externi auxilij illectus, reliquos Aſiæ principes ad defectioné ſolicitabat. Amurates igitur Mechmetis filius, vbi id parari animaduertit, mutato conſilio cœptam expeditionem omiſit, & bellum omne in Caramanum auertit. Turachnem Theſſaliæ præfectum iuſsit exercitum contra Peloponneſi Iſthmũ ducere, eumq; in poteſtatem redigere: deinde regionem Peloponneſi, quæ ab Græcis eſt, incurſionibus vexare. Quibus peractis, eum inde abire iuſſerat. Turachnes quoq; accepto Theſſaliæ & * Peresbię, quæ ſtagno adiacet, exercitu, ad Iſthmum perrexit, quem deſertum ab hoſtibus inueniens, occupauit: & hinc incurſioné faciens in Peloponneſi regionem, vaſtitatem maximam reddidit. Etiam Spartam adijt, Laconiæq; regionem populatus eſt. Quibus omnibus, quemadmodum præceperat rex, expeditis, abijt. Rex Amurates in Aſiam tranſuectus, contra Caramanum exercitum ductabat, & ſecundò eius regionem euaſtanté ſubigebat. Ea tépeſtate, qua hæc agebantur, Georgius Tryballorũ princeps in colloquium venit cum * Iango & eum Pannorum regem prehenſanſq; ſingulos Pannoniæ proceres, perſuaſit vt contra Amuraten arma caperent. Opes autem plurimas immenſamque pecuniæ vim Pannonibus ad eam expeditionem pollicebatur. Nec ſolùm promiſit, verùm pecuniam Pannonibus, vt eos expetiretur auxiliares, tradidit.

** Draculæ* ** Candelori.* ** Perrœbiæ.* *Georgius Seruiæ Deſpota.* ** Ioanne Hunide, qui et Corninus, C. Chonistes & Candidus.*

Viſus

Vſus eſt plurimum opera ad eam rem Iangi, qui Græcis familiariter iunctus erat. Ioanni Byzantij regi bellum cum Ianuenſibus erat, propter commertia Galli cuiuſdam. Ianuenſes implebant naues quas habebant maximas, nec non triremes tredecim. Quibus impoſuerunt ſuorum octo millia armatorũ, & properabant contra Byzantium, volentes vrbem eam capere.

*Tatari Præcopienſes.*

Eodem tempore etiam Scythis (qui & Tatari) bellum inferebant Ianuenſes. Scythæ namq; qui circa Boſphorum colunt, inimicitijs moti, quas cum Caphenſibus gerebant,* Capham vrbem egerunt & tulerunt. propter quę miſerant legatos ad regem Scytharum Atzikarem, petitum pacem: hac tamen conditione, vt ſua reciperẽt.

** Cembalum habet Iuſtinianus.*

*Capha Genuenſium colonia expugnata à Tataris.*

Cùm nihil eorum quæ petijſſent, impetrare potuiſſent Caphenſes, vrbem ad Italiam reduxere, cum Ianuenſes iniquis animis paterentur vrbem ſuam ab Scythis adeò grauiter diuexari. Eodem tempore ijs diſcordia cum Græcis fuit.

*1434.*

Parabant itaq; contra vtroſq; ſimul rem gerere, & vtroſq; armis domare. Appulerunt itaq; Byzantium, indicentes Byzantijs bellum: & inde legentes Euxinum pontum, venere Capham. ibi igitur egreſsi nauibus in Cherſonneſum, rectà pergebant cõtra Scythas, non multum in vrbe morati. Scythæ audientes hoſtes accedere ſine ordine palantes, plenos contemptu, & ipſi arma arripiunt. Nam præterita d[illegible] affuſi fluuio cuidam, in ea regione caſtra poſu[illegible]unt, nec ſolitas ordiuarant vigilias.

*Genuenſium infelix pugna.*

Putabant enim Scythas nunquam eò audacię progreſſuros, vt ſecum ex acie dimicare ſuſtinerent. Ibi igitur cùm primi non expectaſſent eos, qui agminis poſtremi erant, vt in vnum & in iuſtam aciem collecti, prælium inirent, verùm pedetentim & palantes incedentes pergebant contra hoſtes, extenuato maximè agmine. Scythæ igitur, vbi compererũt hoſtes appropinquare, confeſtim eis obuiam progrediuntur, agminiſq; incompoſiti primos aggreſsi fuderunt, & in fugam coniecerunt. Fugientes acertimè perſequuti ſunt. Ianuenſes fuga ad ſuos delati, etiam eos fugæ ſocios traxerunt. Tandem pręlium ad extremos venit, quos terga dare cogentes, cæciderunt impigrè, nulli quemcunq; nacti erant parcentes. Pauci quidam fuga euaſere incolumes in vrbem. Liberati igitur bello quod geſſere parum feliciter cum Scythis in Boſphoro habitantibus, nauigarunt verſus Byzantium, veneruntq; Galatiam (quæ & Pera) vrbem, quæ ſita eſt è regione Byzantij in Europa. Ibi conſultarunt communiter, quomodo Byzantium occupare poſſent.

*Conſtantinopolis à Genuenſibus obſeſſa.*

Militibus naues complent, & reliqua armamenta expediunt: naueſq; ad murum iuxta portum appellunt, quaſi nauibus vrbem expugnaturi. At Byzantij reſiſtebant fortiter, & ex muro in hoſtem pugnabant magna gloria. Ianuenſes cùm conarentur ex nauibus aſcendere in mœnia, nihil efficiebant: Byzantij enim hoſtes magna fortitudine repellebant. Cùm igitur cœpta parum ſuccederent, omneſque conatus irriti caderent, in diſſenſionem adducti, rediere in Italiam. verùm Galatia Ianuenſium vrbs longo tempore bellum geſsit cum Byzantijs, cum vtrinq; tam Byzantij quàm Galatæ bombardis rem gererẽt.

*Ioan. Leontares.*

At Leontares Ioannes magno impetu in Galatiæ mœnia irruens, eam vndiq; quaſi indagine cinctam omni commeatu reliquiſq; neceſſarijs interclusit: plurimos quoque Ianuenſes cepit, cùm feliciter & fortiter in eorum naues irrumperet. Hos vinctos adduxit ad regem Ioannem, qui ea tempeſtate agebat in Xyllæ * domicilio.

** palatio.*

Fuerunt autem captiui numero treceni, quos omnes in Galatiæ vallo nactus erat. Poſtea legatos vltro citroq; mittentes ſuper commercijs & vineis, quæ extra Galatiam erant, Ianuenſes grato animo excipiebant quæcunque ſtatuiſſet de illis rex. Cogebantur quoq; numerare regi aureos mille propter turrim regiam, quam tempore obſidionis bombardis diiecerant: necnõ propter officinas quę in medio poſitę erant, deſtructas, vt potiri poſſent imagine ſiue ſigno regis Græcorum. Bellum inter Byaantios & Ianuenſes huiuſmodi exitum habuit.

*Ioannis Palæologi ad Eugenium 4 legatio.*

Bello iſto finito, Ioannes Græcorum rex, legatos ire iubet ad Romanum Pontificem Eugenium nomine, petentes vt concilium celebraretur, quo inter vtroſq; religionis cõtentionem decenter componerent. Tentabat eo modo Occidentalium animos, num plurimi facerent concordiam conſtabiliri cum Græcis in religionis controuerſia. Legati in Germaniá venêre.

*Concilium Baſilienſe.*

Ea tempeſtate Germani Baſileæ erant congregati, diſsidentes ſententijs contra Eugenium Pontificem: quem reprobantes, crearunt Pontificem: nomine Felicem, virum inter ipſos in primis ſpectatæ probitatis.

*Felix Papa.*

Hunc conſilij conſenſu Pontificem declararunt. Ambo igitur Pontifices triremes inſtruunt, & Ioannem Byzantij regem accerſebant. Vterq; enim ſub ſe concilium agitari, & religionis controuerſiam, quæ cum Græcis interceſſerat, finiri volebat. Cùm ab vtroq; veniſſent triremes, rex quidem benignis verbis & placidè concilij Baſilienſis legationem dimittebat: dicens, ſe cum Romanis & Venetis, & cum reliqua Italia iam ante collocutum, qui omnes ſe Romam proficiſci iubeant. Aſſumens itaq; Byzantij ſacerdotes, & Græcorum ſapientiſsimos & doctiſsimos, nauigabat in Italiam.

*Ioãnes Imp. in Italiam.*

Cùm veniſſet ad Venetos, inde ſoluens ferebatur Ferrariam, vbi morari Pontificem Eugeniũ acceperat.

*Ferraria.*

Hæc vrbs diſtat ab Venetijs ſtadijs ferè trecentis, Duces & principes habet qui ſunt de familia Eſtenſium. opibus hominumq; multitudine excellit.

*Eſtenſes duces.*

Pado fluuio alluitur. Subiecta eſt Romano pontifici. Duces ſeu principes, quos modo diximus, accipit. Virille * qui tum temporis in vrbe rerum ſumma potiebatur, æquitatis ſtudioſus, nec cætera imprudens erat.

** Borſius.*

Huiuſmodi autem accidit calamitas. Vxorem habebat filiam ducis *Mon ferrariæ, pulchritudine formæq; elegantia præſtantem.

*Montis ferrati.*

Mores mulieris, antequam id contigiſſet, modeſtia inſigni coruſcabant. Hæc inſaniebat amore priuigni, qui filius ducis erat nothus. Qui cùm ſerius ad eam veniret. quàm moris eſt eorum qui in Italia lautius viuunt, iuuenem inter ludendum ad amorem prouocat.

Hic

*Priuigni & nouercæ amor.*

Hic intelligẽs ſe à muliere amari, & ipſe mulieris amore exarſit, & aliquanto tempore ſtupri conſuetudinem cum nouerca ſua habuit.

*Accidit facinus hoc circa annũ 1400. ſub Nicolao pont. vxor ea fuit Ziliola, Fran. Carrarienſis filia.*

Ancilla aotem quædam vt cognouit amorem illorũ, amatori ſuo tem omnẽ enarrat. Is verò duci admodum charus erat, & ab eo honorificè admodum tractabatur. Is igitur vbi rem cognouit indicio ancillæ, necnon ipſe eandem exploraſſet, accedit domioum, inquiens: O domine, mihi contingat magis terræ hiatu contegi, quàm vt diutius cernam in ædib. tuis adeò nefanda ſcelera committi. Nam vxorem tuam rem habere cum filio tuo notho, impijſsima perpetrãtes, vidi. Proinde da operam ab iſta muliere libereris, nec amplius cum ipſa conoerſeria. Filiũ quoq; fac aliquò ableges. His auditis, dux obſtupuit. Deinde percunctatus eſt, quo modo rem iſtam cognouiſſet. Dixit quoq;, ſe velle eã rem explorare, & præſentem rei illius fore ſpectatorem. Faciens itaq; ſupra lectum foramen haud perinde magnum, ne deprehẽderetur ab amantibus, per id ſpectabat filium ſuum nothum concumbere cum vxore il lecto. Deſcendens igitur, ambos opprimit inopinatò, & vxorem io hũc modum alloquitur: O mulier, quis dæmon eò dementię te adegit, vt commiſcereris turpiter fillo meo, impijſsima omninm quas nouimus? Qua ratione id noſtro matrimonio honeſtũ fore arbitrata es? Quę reſpondens ait: Quòd talia fecerim matrimonij fidem violans, non eo inficias: verùm culpam agnoſco. Eiuſq; rei impiæ ego ſola caput & origo ſum. Ego ſcelerata opera animo cõcipiens, maiore coacta, neſcio quo modo ad iſtam impietatem cõceſſerim, & adoleſcentem inuitum in iſtud nefarium opus traxerim. Meritò igitur ego pœnas pendo. Rogo tamẽ, in adoleſcentem, cuius nulla culpa eſt, ne ſæuire velis. Deinde filiũ vocauit, interrogans: An iuſta hæc ſint, quæ fæceris in ipſo opere deprehenſus? Adoleſcens attonitus cùm negare non poſſet, ad petendam veniam conuertebatur. Secutus eſt vir amoris iſtius nefandi conſcius, qui vtriſque operam, vt cupitis potirentor, locauerat indefeſſam.

** Paraſitus.*

Erat autem * mimus, qui ab initio adoleſcentem in iſtum amorem impulerat. Et hunc accerſens interrogabat dominos: Qoid cauſæ fuit, qnare adeò impium in me patraris facinus? Hic reſpondit: Quia ru rapuiſti amicam filij tui, & cum ea concubuiſtl. quapropter merito iſta cootigere tuo. Nam ducis filius amabat mulierem eius vrbis, necdum tamen cum ea coierat. Pater igitur cùm lntellexiſſet, eã eſſe forma prę ditam ſupra modũ venuſta, vi eam opprimens, Veneris gaudium ei abſtulit. Mimus igitur huius amoris cauſam omnem in iſtud facinus reijciebat. Hęc ſigillatim cùm aodiſſet, adoleſcentem, deinde mulierem, poſtremò mimum capite truncari iuſsit. Hæc eſt calamitas, quæ Ferrariæ principem ea tempeſtate oppreſſerat.

** Rizardũ, Marchionis Saluciarũ F.*

Nec multò pòſt * Ligutum principis filiam vxorem doxit: & miſsis terijs, plerunque iocis tradens, fortunam aduerſam leuabat. Rex Gręcorũ cùm veniſſet Ferrariam ad Romanum Pontificẽ Eugenium IIII. qui ibi verſabatur, cum eò ab vrbe Roma eſſet profectus (erãt enim Venetus) precibus fatigabatur à Põtifice, vt ſe iuuaret in contentione, quæ interueniſſet ſibi cum Germanis. Et cùm in colloquiũ veniſſent, plurima de contentione illa diſſeruerunt, rationem lneuntes qua vtriq; res pulchrius & felicius ſuccederent. Hinc profecti, venẽre Florentiã Tyrrhenorum (ſiue Hetruriæ) metropolim, vrbem magnam & opulentam, quę pulchritudine omnes Italiæ vrbes exuperat. Tyrrhenia (qnæ & Hetruria) incipit ab vrbe Peruſio, & dextra tenens Bononiã vrbem opulentam, pertingit vſq; Lucam.

*Peruſium, Luca, Florentia. Florentię reſpub. qualis.*

Luca autem & Peruſium ſunt ciuitates liberæ, & in democratiam verſæ reguntur. Florentia, extra Venetorũ vrbem, Italiæ vrbs opulentiſsima eſt, ciueſq; ad agriculturam & mercaturam extrudit. Hi intelligentia reliquos excellere videntur: optimeq; efficitur quicquid viri lſti fuerint aggreſsi Reipub. hoc modo adminiſtratur. Eſt ln ea conſilium quingentorum virorum, qui de ciuitatis rebus conſultant, de bello, de pace, de legatis ſententiam ferentes.

** Eos prætores ſiue poteſtates vocant.*

Habent viros duos * peregrinos, quos acceríentes plurimum venerantur. Vnum criminum capitaliũ iudicem conſtituunt, alterũ reliquas vrbis controuerſias iudicare iubent. Ciues autem reliqua reipublicæ munia obeunt. Peregrinos autem propterea adſciſcunt, ne ciues fauore aut odio adducti, in alterutram partem ius dicentes abducerentur. Ducem ſeu principem reipublicæ creant, quem ſigniferum nuncupant: qui trimeſtre tempus magiſtratum gerit, ad quem vniuerſæ ciuitatis redditus & tributa referuntur. Si qui hunc adeunt, pacẽ aũt bellũ afferentes, ſtatim deducuntur ad quingentorum conſiliũ. Magiſtratus legunt de populo populares, & quorundam artificiorum præſides. Licet cuilibet eius vrbis fieri ciuis, ſi ſtatutũ precium intulerit. conſiliũ illud ſi quid decreuerit, id vt executionem ſortiatur, ducibus mandant. Hæc reipub. forma penè omnium Tyrrheniæ vrbiũ eſt. Nam iuxta hanc gubernantur Peruſiũ, Luca, Aretium, & Senæ.

*Florentina Synodus.*

Huc cùm perueniſſent Græci, multa diu egere cum pontifice in religionis negocio, volentes id ad optimum deducere finem. Poſtremò eò ventum eſt, vt inter ſe conſentirent, & concordiam inter ſe conglutinarent. Itaq; in hanc ſententiã euntes, decreuerunt in poſterum nihil in religionis negocio innouare. Et vt iſta rata manerent, ſcriptis & ſanctorũ obteſtatione ſanxerũt, ſe deinceps vnanimes in religionis negocio fore. Hinc Rom. pontifex allegit ln Cardinalium ordinem (qui primus apud Pontificem eſt) viros duos Græcorum nobiliſsimos, eoſq; ſibi familiaritate iunxit. Vocantur enim Cardinales, quaſi religionis duces & antiſtites. Hos enim honore ſibi proximos triginta eligit Pontifex, ijſq; ſocijs & cõſillarijs vtitur. Suppeditat his redditus ſufficientes, aſsignans ijſdem regiones, vnde opes ſufficientes accipiant. Hic quidem minores, alius maiores acquirit opes, ſecundum regiones quas ſinguli ſortiuntur. In horum lgitur album retulit Pontifex viros duos Græcorum, Beſſarionem Trapezuntium Nicææ epiſcopum, &

*Beſſarion Card. Trapezũtius. Iſidorus Ruthenus*

Iſidorum Sarmatiæ (quæ & Ruſsia) epiſcopum.
Nam horũ opera plurimùm adiutus eſt in coocordia cum Gręcis ineunda. De Beſſarione quæ
accepi, diligenter annotabo. Beſſaiion tanto
erat inſtructus à natura inrellectu, vt præſtantiſſimos Græcorum non dico æquarer, verùm ſuperaret. Iudicio in re qualiber plurimùm pollebat. Gręcarum Latinarumq́; literarum taura peritia huic viro ioerat, vt facilè etuditionis palmá
inter omnes caperet. Nicolaus, qui Eugenio ſuc

*Bononia.*

ceſsit, virum hunc coluit plurimum. Quapropter Bononiæ vrbi opulenræ eum prætecit, vt
eam rutaretur. Cùm autem ea vrbs vſq; ſeditionum procellis iactaretur, & ſeditioſi vſque inter
ſe contendere nõ ceſſarent, planè inter iſtos tumultus vir ille diuious apparuit. Vrba iſta opibus & reliqua felicitate nihil cedit vel pręcipuis
Italiæ oppidis: literarum ſtudio præſtantiſsimis
Italiæ vrbibus connumeratur. Iſidorum virum
prudentem, patriæque amantem cum Byzantij
pro patria pugnaret, à baibaris captum eſſe coo
ſtat. Pontifex Eugenius huoc virum, cùm eius
auctoritas maxima apud Gręcos haberetur, elegir, putans eum tebus ſuis plurimum momenti

*Græcorũ et Latinorum concordia.*

allarurum in concordia cum Græcis iungenda:
quod & euenit. Rex Græcorum cum prælidium
ad rerinendum Byzanrium pereret, Põtiſex reſpondit promittens, ſibi in poſterũ & regnum
illud Græcoſq́; curæ ſore: præterea ſe non ceſſaturum Pannones & Germauos incitare, vr arma contra Turcos capiant, quarenus Græcis &

*Græciã pacti recedunt.*

alijs bonum videatur. His ita compoſitis, rex
Byzantium proficiſcitur. Græci domum reuerſi,
oon amplius his quæ conuenerant in Italia, ſtare voluerunt: verùm apprehendentes ſententiam diuerſam, noluerunt amplius in religionis
negocio adhærere Romanis. Hinc motus Pontifex Romanus, viros quoſdam doctos Byzantium ad Gręcos miſit, vt cum his in colloquium
venirent: qui quidem ſynodum & concordiam
in Italia factam non admittebant. Nam Marcus
Epheſi epiſcopus, & Scholarius Gręcorum doctiſsimus, ne quidem ab initio Latinorum dogmati coofenſum præſtare voluerunt. Vbi ad colloquium & ad diſputationem ventũ eſt, Romani nihil efficere potuerunt: verùm re infecta domum reuerſi ſunt. Eugenius haud multò pòſt
Romam redijt, adiutus à Venetis, qui ea tempeſtate admodum feliciter bellum gerebant cum
Liguruni tyranno. Nam Veneti belli ducẽ crearunt virum patria Ligurẽ, qui antea fuerat ami-

*Franciſcus Carminiola.*

cus & affinis Ligurũ tyranni. Nomen ducis Carminiola fuit: eiq́; exercitum cõmiſeruot. Qui vt
exercitum accepir, & naues tot quot militibus
implere Venetos iuſſerat, itinere pedeſtri & per
Eridanum proficiſcebarur, habẽs naues ligneis
propugnaculis & turribus pulchrè inſtructas,
quæ numero erant ſeptuaginta. His copijs munitus pergebat contra Mediolani tyrannũ nomine Philippõ. Carminiolæ legatus erat Nico-

**Piciniinus*

laus cognomẽto *Brachius, vir militatis rei peritiſsimus, qui ad ſummam bellicarũ rerum gloriam euaſerar. Veneti in eo bello victores tempore longo fuere. Præliabantur diu, cum præſidio ad lacus cuſtodiam poſito. Nicolaus *Brachius Brixiam cum exerciru venit, eamq́; cape-

**Piciniinus.*

re nitebatur: verùm oppidani obſidionem longo tolerarunt tempore: eoq́; neceſsitatis ven-

*Brixia obſeſſa.*

tum eſt, vt mures feleſq́; ederent, & duriſsima
quæq́; ſuſtinerent potius, quàm vt hoſti cederent. Factio Guelphorum, quę in vrbe erat, adeò
fortiter repugnauit. Vniuerſa Italia in duas factiones diuiſa eſt, in Guelphorum ſcilicet, & Gibellinorum. Quomodo autem vrbes totius Ita-

*Guelphorum et Gibellinorũ factiones.*

liæ in has factiones abierint, & inter ſe ſemper
diſsidentes animis pugnent, & vnde diſsidendi initium exortum ſir, ex nemine vnquam audiui quicquam, vt veri aliquid de ijs determioare poſsim: nec ipſe coniecturam faciens, poſsim
quid certi de ijs tradere. Ligurum & Ianuenſiũ
regio Gibellinorum factionem ſectatur. Veneti
& Romani, necnon Marchia, Guelphis adhærent. Tyrrheni & Reginæ regio quæ ad Iapygiá
in longitudinẽ patet, vtrilq; fauet. Quidá enim
horum in Guelphorum, quidam in Gibillinorum factionem diſcreti ſunt. Etiam in vna eademq́; vrbe vtraſq; iſtas factiones inter ſe diſsidentes & pugnantes cernere eſt. Hinc plerunq;
ſeditiones Italiam colentibus accidere puto.
Accidit interea vt etiam Patauini adducereot
ſuos duces, ioter quos erat & Marſilius, natus
ex familia Carariorum, qui parabar Carminio-

*Marſilius Carrarienſis dux Patauinus.*

læ prodere vrbem. Eſt autem ea vrbs magna &
opulenta, in ambitu continens ſtadia ſeptuaginta fluuius nomine Brenta eam ſecat: quo
cùm vndique alluatur, munitiſsima redditur.

*Patauinũ.*

Hunc igitur Marſilium cùm adduxiſſent, conſtiruerũt diem, ad quem proditio perageretur.
Verùm eo die maxima ingruit tempeſtas, qua
inhibitus nequiuit ad præſtitutũ comparere diem. Quidam proditionis cõſcius, anxius admodum ne aliquis præueoiret, & proditiooem patefacerer, adueniens ipſe proditionis coofilia
aperit. Qui vt rem cognouere, vrbem firmauerunt cuſtodijs: ſubornarunt quoque ioſidias
Marſilio, qui volebat exire ad hoſtes. Accedentem igitur cæperunt vnà cum centum ciuibus,
quos vnà cum vxoribus necarunt, trucidato etiam Marſilio. Hæc cum ſub idem bellũ acciderent Venetis, effectum eſt vt duci Carminiolæ

*Carminiola proditor cæſus.*

imperium prorogaretur. At poſtmodum cùm
proditionis argueretur Carminiola, & in ipſo
opere eſſet deprehenſus, inſidias vbi ſtruens, interfectus eſt. Dicitur autem, cum duceretur ad
ſupplicium, in eum locũ vbi capite truncandus
erat, velato & obſtructo ore inceſsiſſe, ne poſſet
compellare & obteſtari eos qui ad ſpectandum
ſupplicium conuenerant. Poſt huius viri obitum vocauerunt Franciſcum Sphortiam cogno-

*Franciſ. Sphortia.*

mine, quem ducem pronunciantes ei commiſerunt bellũ quod gereret cum Liguriæ principe. Tandẽ eò res venit, cũ impigrè adiuuaretur
ab Venetis, vt non multo tẽpore interiecto, dux
Mediolani eligeretur. Cùm autẽ Venetorum eſſet Imperator, plurimumq́; ob eam rem cõmendaretur, *Lodiam vſq;, quæ Mediolano proxi-

**Laudem. Borgomũ.*

ma eſt, acceſsit. Pergami regionem, & alia quædam oppidula Liguriæ vltra *Adam flumen ſubigens. Dein-

biceu. Deinde cùm bellum inter Venetos & Ligures eſſet compoſitum, paceq; ſopitum, filiam

*Blãca Philippi F. Sfortiæ nupta.*

Docis illegitimam vxorem duxit: & cùm quaſi medius eſſet inter vtroſque, ceſſauit Nicolaum bello perſequi. Is, cùm pax conueniſſet, venit Parthenopen ſiue Neapolim ad Tarraconnenſium regem, volens eum adiuuare, ſi opera ſua indigeret, in bello quòd parabat inſerre Tyrrhenis. Cùm autem nihil iſthic inueniſſet ſuis rebus accommodum, ad Mediolani ducem reuerſus eſt. Nec multò pòſt expirauit Nicolaus, cùm fuiſſet belli dux optimus, ducendi exercitus pugnandiq; peritiſsimus. Cùm autem longo tempore renum dolore fuiſſet excruciatus, tandem mortuus eſt: relinquens ſui per vniuerſam Italiá memoriam honeſtiſsimam.

*Fr. Sfortiæ incrementa.*

Fuit enim genere Peruſinus Franciſcus non multò pòſt, cùm defunctus eſſet Mediolani dux, cum Venetis inimicitias ſuſcepit, animũ in Mediolani tyrannidem intendens.

*Philippi morte omnia Mediolani confuſa, donec ſucceſſit Sfortia.*

Nam Veneti Philippo mortuo, adiungebantur Mediolanenſibus, hortantes & adiuuantes eos, vt ariſtocratiá reciperent. Equidem vrbs illa aliquandiu ariſtocratiam ſectabatur, magiſtratus creans ex optimatibus vrbis. Verùm cùm ad æqualitatem reſpiceret, admodum ſeuiter res gerebat, ſi quando exercitus aliquò miſiſſet. Quapropter ad tyrannidẽ ciuitas inclinauit. Vocant igitur ciues ducem Franciſcum. Quidã reluctabantur. Franciſcus igitur conſcripto exercitu, quàm celerrimè profectus eſt contra Venetos, in eum locum in quem caſtra ſua ponere iam antea animis deſtinarunt. Accedens igitur, caſtra ponit ſtadijs ab vrbe centum, eamq; obſidet. Cùm itaq; inhiaret tyrannidi, vt eam ſibi pararet, viros elegit idoneos. Etiá neceſſarijs ſuis permittebat ingredi in vrbem, vt oppidanos obſidione preſſos ad pacem & ad fœdera incitarent. Nolebat tamen quàm proximè ad vrbem copias ducere, timens vrbis populum, qui maximus eſt omnium Italiæ vrbium: etiam numero ſuum exercitum ſuperabat. Potuiſſet quoq; exercitum validiſsimum ſternere. Expectabatur quoq; Venetorum exercitus, qui vrbi auxilio veniret. Verùm Franciſcus in ijs caſtris, quæ ab initio communierat, manſit: ſedulò ea agens, ne inde poſſet depelli. Vbi allatum eſt exercitum Venetorum appropinquare, vt vrbi ſuppetias ferret, prior exoriens, occurrit Venetis quàm celerrimè, & caſtra locauit ſtadijs ab Mediolano quinquaginta. Ex aduerſo caſtra

** Al. Colleo.*

metatus erat Venetorum dux nomine * Cudunidas, qui caſtra admodum diligenter emuniebat,

*Sigiſmundus Malateſta. Bartol. Colleo Bergomas. Sabell. En. 1. lib. 5.*

volens expectare ibi exercitu Mediolanenſem, vt coniunctis copijs prælium initent. Franciſcus vt ex ſpeculatoribus cognouit, Mediolanenſes vrbe egreſſos, pergere ad Venetos, nocte ignea plurimos in caſtris faciebat, vt nihil eorũ quæ inſtituebat, hoſtis ſuſpicaretur: armanſque ſuos, citato agmine contendit obuiam Mediolanenſibus. Quos aggreſſus, prælio grauiter afflixit, interfectis plurimis, vt pauci ex Mediolanẽſiũ exercitu ſupereſſent. Victoria igitur illuſtri potitus, in caſtra reuertus eſt. nec mora, manus conſerit cum Venetis. Quos prælio atroci com-

*Sfortiæ victoria.*

miſſo in fugam egit, captis ſexies mille equitibus, victoriamq; conſecutus eſt inſignem. Tandem rediit in caſtra, quæ nõ multùm ab vrbe locauerat. Nec multò pòſt ingreſſus vrbem, pacem peregit, quam ſuadebat quidam Nazaræus ſiue monachus. Deinde filium ſuum mittens ad Venetos, ijs deinceps placidum ſe exhibuit. At hæc haud multò pòſt contigère. Cùm Græci domos ſuas eſſent reuerſi, Pontifex Eugenius nihil auxilij ſatis digni, quemadmodũ promiſerat, Græcis miſit. Proinde à Pontifice auertebantur, eoſque pœnitebat concordiæ quam cum Pontifice feciſſent. Verùm Pontifex nihil auxilij Græcis

*Græci non ſtant pactis.*

tali de cauſa miſit. Nam erat ei bellum in Italia contra Tyrrhenos propter regionis diſſenſionẽ. Habens autem exercitum & ſumptus ad id bellum, necnon genere ſibi propinquum ducẽ qui patriarchæ partes agebat, virũ prudentem, non ceſſabat rem gerere nunc quidem cum Tyrrhenis, nunc verò cum Vrbini duce. Ea enim tempeſtate Tyrrhenorum metropolis videbatur ſtare à partibus Philippi Ligurum principis, pro quo fortiter pugnabant. Quapropter reſiſtebant etiam Pontifici, qui Venetus erat, exortus ex familia Condelmariorum, quam petente Pontifice ſenatoria dignitate honorarunt, videlicet vt ea familia quoq; in ſenatum allegeretur. Cùm autem bellum inter Venetos Mediolaniq; ducem Philippum arderet, quædam Italiæ pars huic, quædam Venetis adhæſit. Hi autem principatus ſiue tyrannides per Italiã diſperſæ ſunt.

*Italiæ principatus.*

Tyrannis Ferrariæ, quæ eſt de familia Eſtenſiũ, Arimino Marchiæq; præſunt Malateſtæ. Huc adde tyrannos Vrbini, Mantuæ, Mediolani, Romæ, Neapolis, Iapygiæ. Vt autem Ferrariæ, Mediolani & Iapygiæ principes ſe gerant, necnon de Mantua dictũ eſt ſatis, quantum facit ad præſentem hiſtoriam. De Vrbini tyrannis hæc ſcio. Tyranni ſiue principes Vrbini ex antiquiſsimo genere deſcendere videntur, & Malateſtæ dicuntur.

*Vrbinatiũ tyranni.*

Multis annis Marchiæ imperarunt regentes Ariminũ, & alias iſthic vrbes inſignes. Hinc progreſsi, duces eorum facti ſunt, qui in Italia rem iudiciariã tractabant. Etiam Veneti hos ſibi duces conſtituerunt. Poſtea Tyrrheni eos quoque ſibi duces pețierunt, & inde ad Mantuæ ducatum emerſere. Nũc reuertar vnde digreſſus ſum,

*Papæ electio & ſtatus.*

vt ſcribam de Romano Pontifice. Vbi primùm pontifex aliquis mortuus fuerit in domũ quandam congregãtur Cardinales, ac calculos ferentes eligunt de familia * Coloniorum & Vrſinorum, quos huic muneri idoneos putarint.

** Columnenſium.*

Sunt autem hæ familiæ longè reliquarũ familiarum Romæ & maximæ & potentiſsimæ. Nunc quidem fauor ad hos, nunc ad illos inclinat. Plerunq; autem cum ſententiæ haud congruunt, peregrinos neutrò propendentes fauore Pontificea deſignant. Vbi autẽ ſuffragia collegerunt, & Pontifex fuerit declaratus, domi eum continent, explorantes num & reliquis placeat electio. Pontificem pronunciatum inſidere iubent ſedile foramen habenti, vt teſtes ex eo propendentes, aliquis, cui hoc muneris iniunctum eſt, tangat, qui appareat Pontificem virũ eſſe. Nam

*Ioannes VIII. Papa fœmina.*

conſtat mulierem quondam in pōtificatum eſſe ſubuectam: quia ſexus ignorabatur. tiam Italiæ Occidentáles penê omues barbas radût. Cùm aotem illa mulier grauida eſſet facta, & ad feſtû, ſiue ſacrificium prodijſſet, peperit infantem inter ſacrificium in conſpectu vniuerſi populi. Qoapropter oe decipiantur iterum, ſed rem cognoſcant, oeq; ambigant, Pontificis creati virilia tangunt. Et is qui tangit, acclamat: Mas nobis dominus eſt. Nomina aurē poſt electiooem illicò commutant, quaſi iam diuiniotis quàm antea ſint naturæ, & planiſsimè mutati. Calculi aotem, quos ponuur, nomina pontificū ioſcripta tenent. Pontificem plurimùm bonoranr Italiæ principes, & reliqui occidentales populi.

*Virilia Papæ eligendo cur tangi ſolita.*

*Cardinales.*

Cardinales ſunt, numero circiter quinquaginta. Nam Italiæ principes pletunq; diuidentes principatus ſuos in partes duas, ſi habuerinr filios, partem vnam filio vni, alteram verò filio alteri attribuunt ad ſacerdotium, oe diſcordiæ & controuerſiæ inter ipſos ſuper hæreditate exoriantur. bioc plurimùm honoris conſequuntur apud Romanum Pontificem: etiam Pontificem omnes charum habent, plurimumq; venerantur.

*Ioachimi abbatis Calabri Prophetia.*

De Pontificibus quidem Ioachim Abbas, vir vaticinandi peritus, inter doctos Italiæ connumeratus, prædixit multa, quomodo ſinguli ad Pontificatum eſſent peruenturi, & in eo victuri. Et quemadmodum vaticinatus eſt, ita accidit. Etiā alia miraculo digna de hoc viro commemorantur. Nam cùm eſſet idiota, nec vel modicum erudirionis haberet, ianitor in quodam Italiæ monaſterio * Nazaræorū ſiue monachorum fuit, & quondam io hortum egreſſo apparuit vir forma pulcherrimus. Qoi aſsiſtens ad Ioachim, manuq; amphoram teneos, inquit: Ioachim, cape, bibe vinū boc: eſt enim optimum. Qui dicto audiens, bibit ad ſacietatem vſq;, amphoramq; reddidit, inquiens ſe ſatis bibiſſe, cui vir reſpondit: O Ioachim, ſi totum habuiſſes vinum, nulla te ſcientia fugiſſet. Deinde in colloquium & diſputationem veniens cum viris ea tempeſtate doctiſsimis, planè diuinus quantū ad ſcientiam attinet, apparuit. Hinc factus abbas etiá de pontificatus dignitate magna quædam vaticinatus eſt futura: quæ omnia tandem euentus confirmauit. Nam quæcunq; prædixit, eueniſſe cōſtat, licet vbiq; miracula eius per Italiam obuia ſint.

**Floriaci.*

De Italiæ principibus non admodum magnis exiſtentibus, & Pontifici ſubiectis, ſimul cum Mediolani duce necnon de reliquis Siciliæ, Calabriæ, Iapygiæ & cæteræ regionis principibus, qui ſubditi ſuot Parthenopes regi diſſerere, quoniam non eſt operæprecium, omittam.

*Reſpublicæ liberæ in Italia quæ.*

Politiæ autem quæ ad Italiam ſpectant, ſunt: Venetorum vrbs, Bononia, & omnes Tarraconnenſes vrbes, quæ Florentiam ſequuntur, & eandem cum ipſis reipublicæ formam retient. Huc adde & Iauuenſium vrbem. Sed de his ſuprà commemorauimos. Hi ſunt totius Italię, quos habet, principatus, interdum Venetis, interdum verò Mediolani principi auxilium ferentes. Reuertor nunc eò, vnde digreſſus ſum. Græci in patriam ſuam reuerſi, mitteotes legatos ad regem Amuratem, orabant pacem, volentes cum ipſo fœdus pangere.

*Conſtantinus VIII. Græcorū imp.*

Nec moltò pòſt Conſtantinus proficiſcitur in Peloponneſum, ſratremq́oe ad regni ſucceſsiooem hortatur: atque inde nauigare inſtituit Byzantium. Cùm autem appuliſſet in Lemnum, Lesbi ducis filiam vxorem duxit. Eo tempora Mechmetis claſsis aduenit, Conſtantinumq́oe * Gotzioi, quæ Semni vrbs eſt, obſedit. Mechmates autem exponens copias nauales in terram, inſulam magna populatione ingreſſus eſt, regiſque fratrem obſidione vigintiſeptem dierum preſsit. Sternens aotem murum bombardis, non potuit ſuos impellere, vt in vrbem vellent irrumpere. Cum ea vrbe potiti non poſſet, claſſem abducens, domum reuerſus eſt. Cōſtantinos cùm veniſſet Byzantium, & rex ſenteotiam ſuam declararet, ioſſus eſt redire in Pelopooneſom. Ipſum antem & ſtatrem Theodotū oportebat relinquentes Peloponneſum, abire Byzantium.

**Gortyna*

*Lemnos obſeſſa.*

*Fraterna diſcordia.*

De his quidem hactenus. Frater horum iooior, nomine Demetrius, inimicitias ſuſcepit cum ſratre Imperatore Græcorum. à quo maxima regionis ſpoliabatur parte. Cum multis vltrò citroque actis nihil æqui impetrare poſſet, legatos, odio ſiaterno impulſus, ad Amuratem miſit: à quo accipiens exercitum, profectus eſt Byzantium, vrbemq́ue obſidione circumdedit. Nec multò pòſt ſibi conciliauit Aſsoem generum ſuum, cuius auctoritas & poteotia Byzantij maxima erat. Is Demetrium adiuuare videbatur, ſi quo modo regnum acquirere poſſet. Tandem cum obſidendo oibil efficeret, exercitum dimiſit. Deinde haud multo tempore interiecto, cùm legationem ire iuſsiſſet ad fratrem regem Byzantium venit: oec admodum multò pòſt captus eſt à rege Ioanne, vnà cum vxoris ſuæ ſratre. Cùm autem ſeparatus ab vxoria fratre in carcere aſſeruaretur, ſuadente Aſanenoctu è carcere profugit Galatiam, vrbem è regione Byzantij ſitam.

*Belli Vngarici cum Turcis occaſio.*

Poſtea legatis miſsis pacem aſſequutus eſt, & redijt ad Euxini maris principatum. Etiam vxoris ſrater vi oculis ab rege exemptus eſt. Ex fœdere inito cum Amorate Mechmetis filio, haud ceſſabat conſilia agere com Eugenio Romano Ponrifice, mittens ad hunc legationem: necnon ad Panoonum regem Vladiſlaum, qui nuper admodum ad regni gubernacula acceſſerat. Incitabat eum vel in primis ad iſta conſilia Georgius Bucus, qui regno ſiue principatu ſuo deturbatus, magnā pecuniæ vim in eam expeditionem conferebat.

*Georgius Bulcus Raſciæ Deſpotes.*

*Ioan. Huniades.*

Videtur etiam Ioannes Choniates ſiue Huniades ea tempeſtate plurimùm potentia pollens, & militari glorie excellens, quia fœliciter aduerſus Turcos præliari cōſueuerat, inſtigaſſe Pannonum regem, vt arma contra Amuratem Mechmetis filium caperet. Comparauit itaqoe quàm potuit exercitum maximū: & in belli ſocietatem adbibuit Draculem Dacorum principem, & Tryballorum principem Georgium, qui itineris dux erat. Poſtquā autem traiecto Iſtro, in regis regionem ventum eſt, quocunque ſe vertiſſent, omnia in ditionem acceperunt, vicos

inceo-

** quæ nūc Scopia. Vide Bonfin. Dec. 3.*

incendebant, etiem Sophiæ * vrbi ignem inijcientas, omnia fœdè diripiebant. Amuratas vt ecceplt Pennones magne manu eccedere popu labundos, vniuerſos Aſiæ & Europæ exercirus contrahens, obuiam, vt qui ex ecie eſſat dimicaturus, hoſti procedebat.

*Vladislai infelix in Turciam expeditio.*

** ad fl. Slatitzan, Bonfin.*

Amuratés vt venit in regionem, quæ Beſilitze vocatur, Pennones in ec caſtra poſuiſſe,* deprehendit. Præmlſit quoque ſuorum manum haud exiguem, quos luſsit obſeruare Peunonum exercirum, & explotare vbi ſe taneat, & deinde explorate ad ſe referre. Iiſdem præcipit vt montis anguſties, quæ in regis regione ſunt, præoccuperent: & ethoribus cæſis ess obſtruerent, quò minus hoſtee eas ſuperare poſſent. Qui iuſſa facientes, ſtrenuè hoſtē aditu prohibebant. Et ſanè Pannonee conabantur irrumpere per Thraciam. Verùm Amurates caſtra locauerat in montem qui pertingit vſque ad prædictas anguſtias, & congregauit optimates ſuos, quorum gloria in re militeri erat maxime,

** ad leſſen.*

* Theſeten Brenezis filium, Turachnē Theſſaliæ præfectum, Cumulien, Chaſenem Europæ ducem (qui & Baſſa Europęus, & Romaniæ Baſſa) & Scopiotum principem Iſaac. Hos, cum exciti voca præconis veniſſent, & conſediſſent,

*Amuratis oratio.*

in hunc modum elloquutue aſt: Viri Muſulmani, videtis in quem neceſsitatem res noſtræ deuenerint. Pannones enim hi, adhibitis Dacis & Trybsllis, contra nos bellū mouent. Nunc tempus eſt, ſi quis quid nouit quod belli victoriam largiatur, expromere, nec id nos in præſentiarum celare. Mihi enim, vt ſententiem meá proferam, pugnandum eſſe vidatur: & omni mora poſits, quam celerrimè prælium inire. Nem facilè nos victoria potituros arbitror, cum hoſtes nobis numero ſint pauciorec. Sic igitur egendum cenſeo: videlicet vt continuò arme errpiamus, menuſq; cum hoſte cõſerere nihil cunctemur.

*Chaſanis Baſſæ ſententia.*

Cùm rex dicendi in hunc modū finem feciſſet, Cheſanee Europæ dux, quò magis regam ad capeſſendum prælium eccenderet, huiuſcemodi orationem habuit: O rex, non eſt qui non laudibue vehet oretionem tuam, quam modò in medium edduxiſti. Eſt enim rege magno & Otomanide digna, qui hoſtibus viliſsimis nihil ſit ceſſurus, verùm regionem ſuam ſeruare ſumme ope conetur. Niſi enim pugnare inſtituerimus, fortitudo noſtra peribit, impedita timorē regis: hoſtibus verò fortitudo creſcet, eorumq; res vſq; incrementa ſument. Ex more vereor vt nihil vtilitatis, verùm plurimùm periculi capiamus. Etiam proxima pugnæ mora, quæ mihi admodum diſpliculr, cùm decerneretur vt montis anguſtiæ erboribus cæſis clauderentur, nonnihil incommodi nobis ettulit, dum nos timore perculſos, prælio abſtinere hoſtes crederent. Talis fama nequaquem per noſtrum exercitum eſt ſpargenda: nec volo vt timiditatis vllo modo ab hoſte argui poſsimus: verùm cenſeo confeſtim prælium aſſe accipiendum, & præliando regionem defendendá. hoſtine cedamus quæſo? Etiam ipſe præliū capeſſe, ſi hoſtium populationes vlciſci velis. Sin autem ipſe diſcrimen ſubire nolueris, tu hic ſede: ego eos victos dabo, & ſic edfligam, vt nec Pānones, nec Occidentales elij in poſterum re bello laceſſera euſint. Hęc dixit Cheſanes Mazalis filius. Tacentibus eutem reliquis, vt qui non auderent contrariem regi ſententiam proferre, metu ſubacti, Turachnes Theſſaliæ dux in hunc modum locutus eſt:

*Turachanis conſilium.*

Oportet quidem, ô rex, ſingulos quid ſentiant, nihil tuam ſententiam reueritos, dicerē: & tantò megis, quantò meiora pericula oſtentare res videntur. Multò igitur magis æquum eſt, vt nos quæ ſeplmus, in præſenti exponemus domino noſtro, in primie, cum etiē nos idem periculum attingat. Ego ſenè tua volucri ſimilie eſſe aſſueuero. Si volucri alam vnam ademeris, haud poteris ea ad quæuis aliam rem commodè vti, ſi quendo neceſſitas poſtularet. Sin & alteram abſtuleris, corpus ſolum relinquis, nec amplius volere, verùm tantū incedere noueris. Quid igitur faciat auis, ſi ad victū quærendum, aut aliud quippiá conuertitur? Huic ſimilitudini res tuas confero. Ienues corpus eſſe autumo, & in his refugium & receptaculum relinqui nobis tutiſſimum. Aſiæ exercitum alæ eſeimilo, ſimiliter & Europæ exercitum. Si prælium auſpicati fuerimus, neuter exercitus ad prælij finē ſtabit. Aſianus enim exercitus refugiet dimicare cum armatis & haſtatis. Europæ exercitus quidē prælium nō detrectabit: verùm ſi viderit rebire Aſianum exercitum, nec ipſe ad prælij finem manebit, ſed ſibi fuga conſulet. Reliqui igitur tibi ſoli erunt Ienuæ milites, & peregrini. Nequeo itaq; conijcere, quo pacto præſentibus cõmodè vtatie, cum præliādo nihil efficere poſsis. Sed enim meum couſiliū depromá. Cenſeo pugnandum eſſe: verùm vt pauletim retro cedamus, domantes omne quicquid obſtiterit. Nec volo, vt deſinamus retrocedere tam diu, donec & ipſi fame preſſi, perſequi deſierint: & retrò vnde venerūt, ire partexerint. Cedentes deinde perſequemur, & in anguſtijs conſtitutos edoriemur totis viribus. In hunc modum cum hoſtibus iuxta animi ſententié agere potuerimus. Huic ſentētiæ, quia prædicta melior & tutior erat, etiam reliqui qui præſtò erant, calculū addidere.

*Ioſue conſiliarij ſententia.*

Ieſſe autē Brenezis filiue huiuſcemodi oratione exorſus eſt: Ego quidem, ô rex, exiſtimò parum vtilitatis nos capturos, imò nihil, etiá ſi deuicerimus hoſtes. Nē nullum emolumentū inde affulgere video. Etenim Paiazitee * Lælepa, auus tuus, quondem Gallos Burgundiones & Pānones fudit, verùm nihil commodi inde percepit. Nam in ſuam regionem cõtendentee, ſemetipſos & regionem ſeruarunt.

** turbo.*

*Pannones Turcis formidabiles.*

Verùm ſi cõtrarium (abſit omen) accidat, & vincamur, quibus pericule immineant, omnibus perſpectum eſſe arbitror. Satius autē eſſe reor, ſemper eligere tutiore cõſilia, ne in terrorem aliquem incidemus, & vincemur: verùm vt victoriā hoſtibus extorqueamus, niſi res non ex animi ſentētie ſuccedet. Cùm igitur duplex electio ſit ꝓpoſite, vna periculoſa, & altera magis tuta, arripiendá tutiore quis ambigit? Quis ſanæ mentie compos non tutiora magis ſequeretur conſilia? Proinde retrò pergere, & cedere hoſti, nec te decet, rex, nec atiá ſueſerim. Fugere

enim videremur, animiq; hoſtibus creſcerent, nobis verò miouerſotur: nec atiá ampliua Aſianos & pedeſtrem exercitum retinere poſſemus. Sed nec pugnæ ſummá rerum committendam conſulo. Verùm conſultius exiſtimo, vt anguſtias diligenter præcladamus: & tam diu ſedeamua, bic tempus terentes, donec hoſti retrocedendi neceſsitas inijciatur. Deinde cedentibus inſtandum eſſe iudico, vniuerſum equitatum io eos immittétea, eoſq; quàm maximè poſſumus affligentes. Huic ſenteotię, quia præcedente tutior & melior erat, etiam reliqui qui aderaot, coonſenſum præſtare haud ſunt cuoctati. Decretum igitur eſt, neq; pugnare, oeq; cedere velle: magia placebat, tempus cunctando trabere, deinde hoſtibus abeũtibus inhærere. Europæ itaque exercitum miſerunt, vt aditu boſtes quàm acerrimè probiberet. Hæc vbi viſa ſunt, ſumma vi anguſtias defenderunt, nc boſtia iotrare poſſet. Conabantur ſæpiua Pannones irrumpere, & Turcos ex cuſtodia deturbare: verùm nihil promooebant. nam sò loci vbi perrumpere nitebaotur, fortiter reſiſtebaot Turci, & vtrinque pellebantur: verùm Turci pulſis Panoonibus, quàm fortiſsimè obſiſtebant. Cùm multum temporis tandem interceſaiſſet, nec quicquam Pannooes efficereot, fame coacti, neceſſariò retrò quà venerant, pedem ferre compellebantur. Nocte igitur, collectis impedimentis, ex caſtris proficiſcuntur. Vt aurora illuxit, hoſtes abſcediſſe nocto cognoſcentes Turci, pauliſper ſubſtiteruot. Rex deinde eligés de ſuo exercitu omnes quotquot manſerant, & ad prælium Inſtructi erant, eos Europæ duci tradidit, vt perſequeratur boſtes. Turachanè verò ſubſequi ioſsit cum Theſſaliæ exercitu. Ille igitur aſſumptis ijs quos rex dederat, citatiſaimo curſu hoſtea inſequitur. Ioanoes autem Huniades cùm præoouiſſet Torcos cedentibus inhæſuros, delegit & ipſe Pannonum robuſtiſsimos, qoos in inſidiaa locaoit, quaſi repugnaturus fortiſsimè venientibus Turcis. Europæ dux cum per patentes campos iter accelераret, inſequens hoſtes, Turachanes eius frater occurrens, fratrẽ ſic compellat: Túne per pateotes campos proficiſceris, ducens tantum exercitum? ſcito tuam profectionem baud ſatis tutam eſſe. Nam Pannones non ferent ſuoa à noſtris perſecutionem pati. Nec ſanè à prælio abſtinebunt, fuga ſibi conſulentea, cum tsoto tempore oos prouocauerint, vt cum ipſis prælium iniremus. Et quidẽ, vt apparet, pugnæ ſunt cupidiſsimi. Et iam dudum, vt opinor, freodebant, quòd nolebamus in plaoitiem deſcendere, & decernere ferro. Suadeo igitur, vt per radices montis huius hoſtea, quantum ſatis eſt, perſequamur. & ſic, quæ opportuna viſa fuerint, ijs date poterimus. Hæc diceos, Chaſani non perſuaſit. Ipſe autem cum Theſſaliæ exercitu auertebatur, inſtructoq; agmine per mõtia radicem profectiooem faciebat. Chaſanes cum exercitu Europæ per campum feſtinabat, & Pannones qui fugam ſimulabant perſeqnebatur. Cùm autem tractus eſſet ad locum inſidiatum, & Choniates tempus eſſe ratus incurrere in hoſtem ex

*Vngarorũ diſceſſus.*

*Ioãnis Huniadis ſtrategema.*

*Pannonũ & Turcorum pugna.*

inſidijs Turcos inuadit cum ſuis: Barbaros multos nacauerũt, & multos viuos cæperunt. Plurimi Turci in boc prælio deſiderati ſont. * Chatitia frater Catambes Priami filiua à Pannonibus captus eſt. Reliqui Turci in fuga capiebantur, Chaſanes cõ fugit in regis caſtra, paucos de ſuo exercitu ſecum habens. Veniens autem in conſpectum regis, talia dixiſſe fertur: O rex, qualia parpeſsi ſumus à viro quem nooimus eſſe ſceleratiſsimum, qui tuos hoſti prodidit planiſsimè. nam verè proditor eſt. Hoſti noſtra cooſilia enunciauit, & acie inſtructus ire mecum noluit. Georgio autem Buco amico ſuo ſingula indicauit, quomodo eſſemus ipſos oppreſſuri. Inhuoc ſanè modum res tuæ periere, & panci incolumes fuga euaſimus. Ibi tum * Chatites filins Priami infeſtus viro propter fratrem, regẽ exaſperauit cootra Turachanem. Rex cùm graue eſſe iodicaret, Turachanum noo eſſe profectũ cum Europæ duce: verom auerſum aliud iter iogreſſum, prodentem Europæ exercitum, eum cæpit, & vinctum in Aſiam, vt aſſeruaretur in vinculis in vrbe Tochata, miſit. Cbarites noo ceſſabat iram regis augere, in memoriam redigens, Turachanem, cùm ageret in magna Bidina, princeps exiſtens regionis finitimæ Iſtro, vſum eſſe Buco Tryhallorum duce, & amico & familiari. Hac amicitia motum aiebat Turacbanem, voluiſſe illum, quacunque io re poſſet, iuuare. Nam acceptis à Buco muneribus, promiſerat ſe ei operam ſuam locaturum indefeſſam, quaconq; in te voluiſſet. His fidem dans dictis rex, Turacbani viocula iniecit, & in Aſiam vinctum duci ioſsit, vt ibi in carcerem conijceretur. Tbeſſaliam alij adminiſtrandam commiſit. Hoc modo carcere cooditus eſt Turachaoes. Georgius Tryballorũ dux, cùm parum auxilij ſentiret ab Pannooibos io recuperando principatu, legatum miſit io Ianuas regis, vt eius animum exploraret, num ſibi reſtituere vellet principatũ. Quod ſi faceret, promittebat ſe ipſi tributarium fore: & dimidium tributi, quod regio penderat, ipſi quotannia numeraturũ. His conditiooibos ſe fœdus accipere velle memorabat. Quin & Pannoonibus ſe perſuaſurũ pollicebatur, vt cum ipſo fœdus, ſi modò vellet, ferireot. Hæc cum legatus audiente rege recenſuiſſet, promiſit ſe ei & filio redditurum principatum: verùm vt deinceps in fide maneant, amicitiamq; ſuam bona fide colant. Ibi tum * Bulcus Pannonom animos ſibi coociliana, etiam regem Vladislaum eò adduxit, vt fœdua cum Amurate faceret. At Vladislaum in hunc modũ allocutus eſt: O rex, rex Amurates te ad fœdus bortatur: nec boc ſolum, verùm regionem reſtituere pollicetur. Si igitur me audias, fœdus panges. Nam hoc pacto res tuæ ad bellum melius erunt inſtructæ: & ſi deinde ſecundò acceſſeris hoſtiliter, facilè vinces. Hæc vbi eſſet elocutus, ſtatim in ſententiam ſuam perduxit regem. Qui deinde ex ſeotentia Bulci, aut quemadmodum Bolco promiſerat, nuncium miſit in Iannas regis, aduocans regios legatos, quaſi his præſeoribus fœdus percuſſurus, & regionem recepturus. Amurates igitur

** Chalites frater, Carambi, qui & Carambeus, filius à Pan.*

** Chalites F. Imbrami Vide Bonf. dec. 3. lib. 6. qui Chaliten etiam Halibegũ vocat aliàs etiam Halibaſſa.*

*Georg. Deſpotes.*

*Pannorũ fœdus cũ Turca.*

** Bucus.*

Igitur legatos ire iubet, quorum auctoritate fœdera fiebant, quibus cauebatur, vt Georgius regionem ſuam teneret, & eius regionis tributi partem dimidiam regi quotannis ſolueret. Iuſiurandum quoq; exigebatur, ne Pannones deinceps popularentur regis regionem, nèue Turci tranſitent Iſtrum ad vaſtandam Pannonũ regionem: verùm fides iureiurando vtrinque accepta eſt, vt ex eo tempore ſint inter ſe hoſpites & amici: quod tamen abſque dolo fraudéq; vtrorumque fiat. Dacia imperatur, vt ſint regis tributarij, quemadmodum regio fœdere, quod iam antè interceſſerat, continebatur. Preterea vt pertinerent, quemadmodum hactenus, ad Pannones.

*Amuratis nouа expeditio in Caramanum.*

His ita cõpoſitis, Amurates continuò expeditionem contra Caramanum ſumpſit. Nam hic, vbi primùm cognouerat Pannones bellum inferre Amurati, traiectóq; Iſtro regis regionem euaſtare, haud incõmodum ſibi fore ſuiſque rebus ratus, ſi regis in Aſia regionem ſubigeret, cum impetu in eam irruebat, omnia ſubijciens, & in ſeruitutem redigens, quocunque ſe vertiſſet. Caramanus namq; cum audiſſet Pannones petere bello Amuratem, & ipſe hoſtili animo contra ipſum profectus eſt. Itaque cum ab vtraque regione hoſtis accederet, Amuratis exercitus diſtrahebatur, & infirmior reddebatur. Cum igitur maximum impenderet Amurati bellum, ſibi vtile fore ratus, fœdus cum Pannonibus pepigit: omnemq; belli tempeſtatem in Caramanum auertit. Caramanus ne vim regis experiretur, miſit legatos petitũ pacem: quibus mandarat, vt dicerent, ſe paratum eſſe ſeruire Amurati, quandocunque ſua opera indiguiſſet. Sin promiſsis parum fidei haberet, ſe obſidibus & cæteris, ne quid dubitaret, cauturum. Hæc quidem Amurati in Aſia acciderũt.

*Peloponnesi res.*

In Europa verò à Peloponneſiacis principibus quid in regione eius geſtum ſit, nunc dicetur. Vt enim Theodorus, qui poſtea rex electus eſt, venit Byzantium in regnum ſuum, Conſtantinus cognomento

**Dragoſis*

*Dragoſis in Peloponneſum adueniens: & aſſumens fratris regionem, inter cætera & Spartam quæ vergit ad montem Taygetum, & propemodum vniuerſam Peloponneſum, præter Thomæ, qui frater erat regis, regionẽ obtinuit. Etiam Iſthmũ muro includere parabat: nec ceſſabat regis regionem, quæ extra Peloponneſum eſt, ad defectionem ſolicitare: Bœotiam & Thebanorum vrbem, vniuerſamq; Bœotiam in ditionem redegit. Atticæ tyrannus ſiue princeps

**Nerius.*

*nolebat cum eo pugnare: verùm tributum ſe quotannis ipſi penſurum promittebat. Hinc fœdere icto, in amicitiam receptus eſt. Pindum quoque (quem hodie Mezzuno appellant) occupauit.

**Valachi.*

Hunc montem *Blaci incolunt, quibus eadem cum Dacis eſt lingua: nec quicquam ab Dacis, qui Iſtrum accolunt, differre cognoſcuntur. Aduenientes igitur ad iſtum ducem, ſemetipſos ei dediderunt, & deinceps bellum gerebãt cum Turcis in Theſſalia habitantibus, accipientes ducem ab Peloponneſiaco principe. Leodoricium oppidulum in Locrenſium regione ſitum, & Pindo adhærens verſus Phandrium vrbem, principem à rege accipit. Hunc montem, quà ſe in Achaiam porrigit, inhabitant Arabæi viri Albani, quibus permiſſum eſt ab rege patriam ſuam regere regionem. Hi quoque ad Græcos deficiebant. Contrahens igitur vniuerſam Peloponneſum in Iſthmum, muro eum cingere inſtituit.

*Iſthmi murus refectus.*

Opus autem iſtud maturauit acceſſito fratre, qui & ipſe regionem ſub ſe habebat. Vniuerſos igitur huc congregans, murum diuiſit, & ſingulis tantam quantã breui extruere poſſent, partẽ aſsignauit. Murus Iſthmi cum iam eſſet abſolutus, exercitum miſit, qui regis regionem popularetur, & ex profeſſo cum rege bellum gerebat.

** Homeres.*

Nec multo pòſt * Amures Turacbanis filius aſſumpto Theſſaliæ exercitu, impetum in Thebas & Atticam dedit. Quibus vaſtatis, reuerſus eſt magna præda onuſtus. Nerius Athenienſium princeps, vt vidit Turcorum res denuò exoriri, & priſtinam fœlicitatis formam recipere, legatos miſit in Ianuas, petitũ pacem, vt qui velit cum eo fœdus inire, & tributũ, quemadmodum antea, quotannis ſoluere Rex Amurates legationem benignè audiuit, fœduſq; & pacem dedit, hac conditione, vt quotannis, quemadmodum antea, ſibi tributum ferret.

*Nerius Acciolus.*

Nerius iſte à Florentia, quæ Tyrrhenorum eſt metropolis, ad Atticæ principatũ hoc modo proceſsit. Antonius namque Raineri filius, hunc ſimul & fratrem acceríens à Florentia, propinquos & cognatos ſuos ſecum eos habuit, victũ eis & neceſſaria miniſtrans. Poſtquam aũt Antonius apoplexia in ſomno ictus expirauit, vxor eius miſit legationem ad regem Amuratem, vt ſibi & ei qui in ea ciuitate erat optimus, principatum cõmitteret. Is erat mulieri propinquus genere, & meus pater: quem miſit ad regem cũ immenſa pecuniæ vi, vt ſibi principatum Atticæ regionis & Bœotiæ traderet.

*LAONICI Chalcocondylæ patria & genus.*

Vt autem egreſſus vrbe iter ad regem ingrediebatur, qui in vrbe erant potentiſsimi, odio Chalcocondylis moti, vxorem Antonij dolo deduxerunt ex arce, & Antonij propinquos in principatum promouerunt: vxoriſq; genus vrbe expellentes, ipſi ciuitatem tenuere. Affinitatem verò iungentes cum vxore Antonij in filio adoptiuo, viro haud improbo, in arcem redierunt. Nec tamen multo pòſt expellentes mulierem, Acropolim occuparunt, & rempublicam obtinuere, expulſa noſtra familia. Chalcocondyles vt venit ad regem, captus & in carcerem coniectus eſt, iuſſus reddere regionem. Cum autem polliceretur triginta millia aureorum, nec ſic quidem efficere quicquam potuit. Acceperat interea, regem exercitum miſiſſe contra Bœotiam, vt Thebas vrbem occuparet. Ipſe interim haud ceſſabat ſedulò agere, ſicubi fugæ daretur occaſio, vt aufugeret Byzantium. Quæ vbi primùm oblata eſt, relicto tabernaculo & iumentis, profugit Byzantium: ibique conſcendens nauim, ſoluit in Peloponneſum. Naues igitur Atticæ regionis principum per mare oberrantes, nauem fugientis capiunt, & ipſum Chalcocondylen vinctum perduxerunt ad regem. Rex ei delictorum veniam dedit, nihil eum propter delicta culpans. Cum

autem ipſi poſcerentur triginta mille aureos, reſponderunt ſe eos nequaquam poſſe ſoluere. Hinc regio eorum populationibus graniter diuexata eſt ab Turcis, qoi in Theſſalia morabantur. Nerius antem princeps cum iam ab inirio foret Imbellis & effœminatior, per inſidias à fratre Antonio principatu deturbatus eſt. Mortuo tandem Antonio, Nerius Flotenriam veniens, in principatum reſtitutus eſt. Ea tempeſtate, quia ſocia arma iunxerat Nerius Græcis, ipſius regio ab Theſſaliç duce eoaſtabatur. Cum autem grauiſsimè populatiooibus vrgeretur, tandem neceſsitate ſubigente pacem cum rege fecit. Græci audientes pacem inter Atticæ principem & regem conueniſſe, conrinuò arma contra Athenieoſes capiuot. Princeps nuncio miſſo indicauit regi in quanto periculo hærerer, videlicet Græcos vrbem obſidere, eamque ſumma vi, vt capiant, niri. Turachanes igitur Theſſaliæ præfectus mittens nuncios ad regem, eum hortabatur vt bello Peloponneſum laceſſeret. Sed hæc longo tempore demum conrigère. Verùm ea tempeſtate ab duce Peloponneſi regis fratre, quemadmodum diximus, in ſeruirutem redactus eſt. Inter Græcos & in Peloponneſo hæc acta ſunt. Quid verò egerit rex Conſtanrinopoliranus, in ſequentibus declarabitur. Nam hic vt accepit Pannones abiſſe, & fœdera, impulſu Georgij, cum Amurate ſanxiſſe, legaros miſit ad Romanum ponrificem, conſulenres, qoòd ſi triremes & naues aduentatent io Helleſpontum, qnibus præcluderetur Amurari in Europam tranſitus, Amuratem facilè debellati poſſe. Si enim Europæ exercitus ſolus apud Amuratem relictus fuerit, haud pognare aduerſus Pannones volet. Legati ire iuſsi ſunt ad Gallos & Burgundiæ ducem, in memoriam reuocantes cladem, quam perpeſsi ſunt ſub Paiazite imprudentia Sigiſmundi eam cladem, ſi modò velint, Turcis reddi poſſe. Adiuerunt itaque Romanum ponrificem, & triremes impleuerũt decem, quas in Helleſpontum miſere. Eriam Pontifex decem triremes inſtruxit, & milinibus compleuir, & ad regem Ioannem miſir, qoaſi facturus quæ rex imperaſſet. Venientes igitur in Helleſpontum prohibuetunt Europæ acceſſu Amuratem. Hæc autem acciderunt iuxta maritimam Macedoniæ regionem, verſus Ionium. Cum fama volaret, Pannones in armis eſſe, & adnenire in Europam, vt Inde eijcerent Turcos & Amuratem, iamque omnes bellom expectarent haud dubiè imminens, qnia longè laréqne rumor increbeſcat, Pannones exercitum conſcribere, & Helleſpontum iam ab Occidentalibus eſſe occupatam: ſinguli animum intendebant ad recuperaodam patriam regionem, qoaſi eam nacturi, vtcuoque tamen alea belli ceciđiſſet. Zenempiſas igitur ab Macedonia proficiſcens, aſſumptis qui iſtic babitabant Albanis, pergebat per Argyropolichnen, & planiciem eam Caſtoriam vſq; ſubegit. Therizes Berrhœæ princeps colligens Azatinis Scythas, nec non Turcos regis, attractis etiam plurimis ex Therma & Limna* Porrœorum: quibus fretus, Zenempiſæ obuiam progreſſus eſt. Feſtinans autem, imparatos hoſtes, cum adhuc in Caſtoria regions verſarentur, oppreſsit. Albanorum plurimos oecauit: Zeoempiſam ducem peremit, & alios complures. Hæc quidem in Europa euenerunt. Et vbiqne tumultus erat, cum ſinguli ad ſua recipienda properarent. Turcos magna inceſſerat formido, putantes ſe perituros Paononom & finitimarum gentiom Marte. Vbicunque igitur poterant, mœnia & moros firmabãt, expectantes quemnam præſens tumultus exitum eſſet habiturus. Legatus, qui venerat à pontificè Romano, Inlianus nomine, cæterùm Cardinalis & vir bonus, & Romanæ eruditionis admodum peritus, Pannones ad bellum ſuſcipiendum aduerſus Turcos cobortabatur: & iuſiurandum, quod maximũ erat in fœdere, ex Pontificis mandato ſoluebat, quod & coram omnibus legebatur. Deinde impetu quodam ferebantur aduerſus Europã, putantes ſe ipſam deſtitutam auxilio Amurate abſeore, & in Aſia moras nectente, occupaturos. Pontificis namque tritemes in Helleſponto erant, nec ſinebãt Amuratem in Europam tranſire. Prætetea Græcorum rex nunciabat, Amuratem non poſſe traijcere in Entopam, eriamſi omnia conaretur, omnemq́ue lapidem moueret. Pannones etiam pacem fecere cum Boemis, propter eam diſſenſionem qua moti fœdus cum Amurate inierant. Boemi igitur & ipſi accingebantur ad præſens bellum. Nam propterea pax conuenerat, quia pulchrum videbatur, vt in præſentiarum diſcordias ponerent, & ſimul iunctis copijs bellum Europæ inferrent. Adhibueruot in belli ſocietatem Ducas & Draculem, Myrxis ſiue Marci filium, qui ipſe aderat promprus & auxiliaris ad id bellom, offerens decem millia equitũ. Georgiom Tryballorum ducem ad belli ſocietatem incitabant: verùm monirionibus non acquieuit, dicens eos impia & nefanda patrare, fœderum religionem violantes, & priores iniuriari incipientes. Sperabat ſe ſarisfacturum regi Pannonum, qnòd non in belli ſocietatem veniſſer, pecuniaria mulcta. Indicauit tamen regi, eumq; diligenter monnit, ne bellum moueret contra Turcos, quorũ magna potentia eſſet: eos haud facilè à Pannonibus ſubigi poſſe. Cernebat namque Georgius, non eum eſſe belli apparatum, vt Europã obrinere poſſent. Plurimi namque in ea agebant Turci, in caſtris tantum non educati, quiq́ue pletunque non aliunde quàm ex bellis victum pararent. Genus autem hoc hominum, cum ad deſperationem adactum fuerit, virtutem memorabilem vbiqoe oſtendere ſolet. Præterea oſtendit Vladislao, Turcos plurimùm rebus bellicis reliquas gentes excellere. Vladislaos bis nihil perſuaſus, ab *Ardelio ſiue Tranſylnania profectus, Iſtrum traiecit, & copias omnes tranſportauit in regis regionem, & ibi caſtrametatus eſt iuxta Euxini maritimam Dobrodiciam, Bulgarorum regionem. Hinc caſtra mouentes, Calliacren & Barnem ſiue Varnam vrbes obſidere & oppugnare aggreſsi ſunt. Barne pactionibus in ditionem accepta eſt. Cal-

*Margin notes (left):* Græcorũ inter ſe diſcordia. — Legati Græc. Im. ad Papam. — Claſsis chriſtiana in Helleſpontum. — Pannonũ apparatus Turcis formidabilis. — Zenempiſas à Turc. defecit. — *Perrhæborum.

*Margin notes (right):* Iulianus Cæſarius Cardin. — Vngaricũ bellum rege Vladiſlao duce. — Dracula. — Bonfin. 4000. dicit Hoſtis in deſperatione fortior. — *Erdelio. — Dobroitia. Calliacre. — Varna, olim Dionyſiopolis.

liacre

ſiacre verò vi capta eſt, Pannonibua aſcendentibus impigrè murum, & imperu in eam irruentibus. Hanc vbi occupaſſent, & diruiſſeut, necnõ fœdè diripuiſſent, plutimis abductis mancipijs, profecti ſunt rectè ad Byzantij & Oreſtiadis regiouem. Hæc quidem egerunt Pannones. Amutates Mechmetis filius bello petens Caramauum, eius tegiouem populatus eſt: & iumentorum pecoriſque prædas agens, Conij arcem obſidione preſsit. Caramanus ad montes regionis confugiens, ibi morabatut, volens, ſi hoſtis accederet, eum fortiter repellere. Tandem legationem miſit ad Amutatam, promitteus obſides, nec non filium ſuum, quem in Ianuas regis mittere vellet. Addebat, ſe duplo maius, quàm hactenus, regi triburum quotannis perſoluturum. Caramanus cum his conditionibus pacem peteret, fortè aduenit ad regem nuncius ab Tryballorum duce miſſus, referens Pannones tranſgreſſos eſſe Iſtrum. Hoc igirur nuncio nonnihil territus, patitionem Caramani admiſit, & cum eo fœdus inijt: acceptiſque obſidibus & filio, exercitum abduxit. Cum intelligeret Helleſpontum reneri ab nanibus Italorum & Occidentalium, anxius animi erat, cum haud ſatis conſtaret, quo pacto in præſentiarum in Europam tranſuehi poſſet. Nec tamen exercitum, ſumma celeritate adhibita, ad Helleſpontum ducere omiſit, vt nauea hoſtium, ſi adnauigarent, Bombardis & teliquis tormeutis abigeret. Eſt autem iſte locus Propoutidis anguſtiſsimus: & turris ibi eſt in Aſiam recedeus, quæ Sacra nominatur: vt neutro ſic coeat, vt ab continente ſubmoueatur. Cum igitur huc veniſſet, in animo agitans Europæ & Aſiæ exercitum in Eutopam tranſmittere, triremes non amplius inuenis. Nam ventus, qui coortus erat admodnm validus, haud ſinebat naues in Propoutide nauigare. Is ventus multis regnauit diebus, nec naues vllo modo contta ipſum niti poterant. Amurates igirur cum hoſtium triremes nõ amplius adeſſent, per ocium ipſe ſimul cum vniuerſis copijs in Europá tranſportatus eſt. Cum tranſuectus eſſet cum copijs ſuis, ad Byzantij regem nuncium miſit, qui diceret ſe ſaluum & incolumen cum vniuerſo exercitu tranſuectum eſſe in Europam, & pergere contra hoſtes. Proinde ne cunctetut quàm celerrimè conſcripto exercitu ſubſidio venire.

*Turcorũ res in Aſia.*

*Turris ſacra in Propontide.*

*Amurates in Europã.*

## LIBER SEPTIMVS.

GRæcorum rex, vt audiuit quæ adferebat nuncius Amuratis, dolebat animo, quemadmodum veriſimile eſt, quòd eum tranſitu prohibere nequiuiſſet, verùm abſq; prælio tranſijſſet, & per ocium copias traduxiſſet omnes. Hæc quidem moleſto ferebat animo. Deliberabat, quid in præſenti rerum ſtatu potiſſimum ageret, bellúmne ſiue pacem Amurati nunciaret. Nam ſi pacem cum Amurare retinere inſtituiſſet, fore vt ei per Ponti regionem exercitus ductanti, cogeretur commeatum & neceſſaria præſtare. quare ſe maximè offauſurũ Pannones iudicabat: & hinc maximum ſibi imminere periculum à Pannonibus, ſi Amuratem deuiciſſent. Videbatur igitur eo tempore conſultiſsimum fore, ſequi Pannonum partes, & bellum Amurati inſerre. * Chatites Priami filius Amuratem non omnium, quemadmodum eius literæ indicant, certiorem reddidiſſe videtur. Amicus etiamnum ea tempeſtate erat Græcia, & volebat hos quàm minimè ex aperto bellum gerere cum rege, priuſquam ſatis exploraſſent, quònam bellum eſſet erupturum. Amuratea igitur, cum contra ipſum rectè pergerent hoſtes, arma bene inſtructua capiebat: & exercitũ Europæ vniuerſum congregatum accipieus, ſingulos ad bellum fortiter ſuſcipiendum cohortabatur. Sequutus igitur Pannonum exercitum, noctu eò loci caſtra muniebat, vbi hoſtes præterita die caſtra poſuerant. Similiter cum dies illuxiſſet, haud longè ab Pannonum caſtris & ſua locabat. Hoc faciebat per dies quatuor, vt poſſet contemplari hoſtium multitudinem, nec non quis eorum eſſet ad id bellum animorum habitus: An eſſent formidoloſi, & proinde citò omiſſuri eam expeditionem: an audacia fieri, nihil meruentes, profectionem facerent: præterea an omnia in caſtris eorum ordine gererentur: abundarent ne commeatuum copia, vel ſecus. Hæc omnia quis facilè explorare poteſt, ſi ſubinde hoſtilem ſequatur exercitum. Exactiſſimè etiam cognoſcat hoc modo, audaceſqua au timidi ſint: præterea an inter ſe conſentiant, ſi agmen ſic iter ingreſſurum, aut ingrediatur. Hæc quidem per quatriduum explorare haud ceſſabat Amurates. Quinto autem die Ioannes Choniates vt ſenſit ſubſequi regis exercitum, deliberat, adhibito in conſilium & Pannonum rege, num ibi velint prælij aleam experiri, & ſic vlterius proficiſci: aut prælium detrectantes, vlterius progredi, hoſtilem regionem occupãtes. Decreto igitut facto, pugnandum eſſe, hoſtium aduentum expectarunt. Amuratea igitur aduenieus, caſtra in eodem communit campo. Peregrinos primò locauit, qui per circuitum ferramenta magna deſigebãt: & in hunc modum ab Ianuis quaſi circulo ambiebatur rex. Ferramentailla, quocunque cum exercitu proficiſcitur rex, portant cameli, nec non peregrinorũ arma. Si prælium occipiendum eſt, arma inter milites diſtribuit. Poſt hos ſcuta collocauit, & ante ſcuta camelos ſuos conſtituit. Hic ordo Ianuarum eſt. In medio autem conſiſtunt Ipſe rex, & Aulæ eius duces, nec non quotquot ſibi de Ianuis in exercitu præſtò ſunt. In proximo ſtatuitur Europæ exercitus: cui præeſt dux inſignis nomine Carazites. Is autem exercitus diſtribuebatur per manipulos, qui paruis interſtitijs dirimebantur. Aſiæ quoque exercitua in aciem educebatur, & à fronte locabatur in manipulos ſegregatus, vt ſe mutuò adiuuare poſsint, ſi quid periculi ab hoſte ingruiſſet. Nam equeſtres copiæ non niſi in turmas ſeparatæ, hoſti opponi poſſunt, cum interim pedeſtres pulchrè in cornua aptari poſsint, equites verò minimè. Pannones interim haud ocio torpebant. Verùm & ipſi

** Chalilet Imbrami F. al. Carambi.*

*Caſtrametatio & pugna ad Varnem 10. Nouē. 1444.*

*Turcorũ acies.*

*Græc. deliberatio.*

aciem exornabant per turmas, & tribus ſuas. Pannones in dextro, Daci in ſiniſtro curabant cornu. Ioannes Choniares habens Phazen, id eſt eos qui Bitaxides vocantur, proficiſcebatur contra Aſiæ ducem. Plurimi Aſiani haud ſuſtinentes Pannonum imperum, antequam ad manus ventum eſſet, fugam arripiebant. Fugientes perſequebantur, Pannones: tandemque diſperſi fugientibus inhærentes, Aſiæ exercitum terga dare toegerunt. Regi relinquebatur Europæos exercitus, qui adhuc ſtabat, nec quóquam fugerat, expectans hoſtem. Manifeſtum enim eſſe reor, quantiſper manſerit rex, tantiſper etiam Europæ exercitum conſiſtere. Qui etſi hoſtibus non reſtiterit, verùm in fugam abierit, attamen in regia caſtra reuertitur. Nam iſtud hominum genus nouimus poſt Scythas paſtores maximè fugere, ſéque in fuga facillimè colligere, & prælium redintegrare. In fugam verò verſi facilè ſeruantur. Daci inter pugnæ tumultum cum cernerent Albanos in fugam effuſos, nec ſibi temperarunt: verùm in regios theſauros conuerſi, eos & regni opes diripuerunt, nec necnon regium cubiculum, interfectis camelis, cum ſeſe mutuò ad iſtam rem vſque cohortarentur. Occupati iſto opere cum forent, prædandique iam obrepſiſſet ſatietas, haud in prælium redibant, nec vlli parêre volebant, ſed in caſtra ſua reuertebantur. Ioannes cum fugaſſet Aſianum exercitum, accedebat ad regem Vladislaum, eumque diligenter monebat, vt eo loci cum ſuis militibus ſubſiſteret, nec eo quoquam abire pateretur, vt ſibi redeunti in pugnam contra Amuratem, ſi quid periculoſius ingruiſſet, refugium tutiſsimum, quò ſe reciperet, eſſet. Præcepit quoque Vladislao, vt obteſtaretur milites qui ſecum erant, ne ſe loco mouerent: verùm in iiſdem veſtigiis hærentes expectarent, donec fuſo, fugato, victóque Europæ exercitu, victor reuerteretur: & donec prælium quod nunc ſolum cum Ianuis reliquum ſit, conficiat. Hæc cum dixiſſet, confeſtim accingebatur, vt prælium committeret cum Europæ exercitu, qui ad ſiniſtram regis inſtructus ſtabat: & manus conſerens, aliquandiu pugnabat. Pugnæ autem hæc facies erat. Cum ventum eſſet ad manus, Pannones Turcos fugabant, eoſque vſque ad caſtra perſequebantur. Turci conuerſi, deinde Pannones inſequebantur: necà perſecutione ceſſarunt prius, quàm & eoſdem ad caſtra compuliſſent. Si quando Pannones victoria fruebantur, Turcos perſequebantur acerrimè, plurimíque cadebant obtriti à Pannonibus. Etiam Pannones aliquando, quamuis plurimi forent, cum rubore retrò gradum ferebant. Cecidit ibidem Carazies Europæ dux, Pannonico gladio transfixus. Solent enim Pannonici gladii vulnera dare, quæ nihil differunt ab iſtis quæ facere conſueuerunt haſtæ. Gladii namq; Pannonum & Germanorum longi ſunt, & acuti, nec librato ictu feriunt, quemadmodum barbarici & Italici. Barbarici gladii (& eiuſmodi vtuntur Turci) ponderoſi ſunt admodum, vnáq; tantum parte ſcindunt. Nec ſcio gladios quorum acies altius in corpora penetret. His comparantur gladii Italici, qui quondam Græcis in vſu fuere. Germanici & Pannonici gladii longi & rotundi, nec non interdum quadrati ſunt: aciem habent acutam, & in mucronem oblongum deſinunt. Vulnera infligunt, ſi quis iis vtatur inſidens equo, talia, qualia haſta dare ſolet. Pannonico gladio transfoſſus expirauit Carazies. Nunc quid penes Vladislaum regem Pannonum acciderit, dicetur. Erant apud hunc regem viri complures, qui inuidebant Ioanni Huniadi, eiuſque virtutem ægris ferebant animis. Videntes igitur eum pulchrè & decenter bellum adminiſtrare, & in fugam egiſſe Aſiæ exercitum vniuerſum, nec non generoſiſsimè dimicare contra Europæ exercitum, cuius ducem Caraziam nomine peremerat, ſic alloquuti ſunt regem: O rex, quid hic conſiſtimus, & expectamus Ioannem, eique quaſi ſolus vir ſit, permittimus hoſtem vincere, & reliqua omnia perficere? Infamiam maximam nobis importat, dum hic ocioſi tempus terimus: ſeruum verò tuum ſinimus feſtinare & pugnare contra hoſtes. Oportebat ſanè regem nobis adiunctum militaria facta edere, quæ plurimùm laudis merentur apud vxores noſtras, & apud eos qui vrbes noſtras inhabitant, nec non apud Turcos. Verùm ille in fugam vertens tantam hominum multitudinem, gloria potitur immortali: tibi autem hic ſtanti, & ſingula ſpectanti, ignominia relinquitur: quam etiam ad poſteros tranſmittes. Nec enim eſt vt vereare, Ianuarum milites nos accedentes fortiter ſuſcepturos, cum ab Ioanne adeò facilè Aſianus exercitus fugatus ſit: verùm fugam, ne dubites, inibunt. Age igitur contra Ianuas regis pergamus. Cum enim ſis rex, vt cum rege congrediaris honeſtum eſt. Hæc cum audiuiſſet rex adoleſcens (magna enim iſta oratio pollicebatur) quam citatiſsimo agmine contendit ad Ianuas, vbi Amurates ſtabat paratus ad prælium: & foſſa munitus expectabat, quis prælii euentus eſſet futurus. Pannones adorti ſunt peregrinorum coronam, qui & ipſi fortiter inter caſtra prælium pro Amurate ciebant. Ibi equus, quo vehebatur Pannonum rex ſecuri feritur, & pedes vulneratus corruit vnà cum seſſore. At qui proximè ſteterant (tantus prælii tumultus erat) non ſenſerunt caſum regis. Peregrini victoria potiuntur, caputq; Pannonum regis retulerunt ad Amuratem. Nomen autem peregrini, qui id facinus memorabile ediderat, erat Theiizes, qui inſigne virtutis præmium apud regem conſequutus eſt, eumq; in maximo honore habuit. Ferunt, Amuratem, cum Pannones irruerent, & fortiter dimicarent, fugam inire ſtatuiſſe. Antequam fugam arriperet, viſum eſſe à viro id moliri regem: qui regem conuiciis lacerans, vt qui nequaquam honeſtè ageret, ſi fuga ſibi conſuleret, eum retinuit. Nec multo pòſt caput regis Pannonum abſciſſum, allatum eſt in caſtra ad regem Muſulmanorum. Pannones cum cederent, regem ſuum quæritabant, cum autem comperiſſent eum in acie cecidiſſe, & obtruncatũ eſſe, in prælium redeunt,

volen-

*Fuga Turcorum inſidioſa.*

*Valachi Turcorũ res diripiunt extra ordinem.*

*Huniadæ in pugna ſolertia & conſilium.*

*Gladii Turcorum, Vngarorũ, et aliorũ nationum, quales.*

*Inuidiæ calumniam cauſa.*

*Vngarorũ audaciam tempeſtiua.*

*Vladislaus temerè inuaſeros aggreſſus cadit.*

*Amurates à gregario correptus.*

volentes mortui corpus tollere: nec tamen Turcos vincere quiuerunt. Hic rumor vt deuenit ad Choniatem, & ad reliquos qui hunc comitabantur, exceſſerunt prælio. Cum autem retrò cedetent, & palantes nullo ornatu iter facerent, omnia exactà expiſcabantur. Rebus omnibus cognitis, non ad caſtra properabant, verùm rectè ad Iſtrum contendebant Choniates & Daci. Etiam Pannones qui regem ſecuti fuerant, fugam arripuere, cedentes nullo ordine. In hoc diſceſſu interfectus eſt ab Turcis Iulianus Cardinalis, vir optimus. Ceciderunt ibidem & alij boni viri complures. Daci etiam aliquot deſiderati ſunt. Ioannes Huniades cum ad Iſtrum veniſſet, exercituſque traduxiſſet, diſperſi ſunt milites. Cum ipſe ſtipatus paucis incederet, captus eſt ab ſuo hoſte Dracule Dacorum principe. Nam Choniates antea huic inter Pannones aduerſatus eſſet, in conſpectu regis Vladislai: & iter faciens ex Dacia, & Iſtrum tranſiens cum copijs, vrbes eius diripiebat. Præterea detulit eum apud regem Vladislaum, quaſi faueret Turcis, & res Amuratis ſedulò adiuuaret, ſubinde Pannonum conſilia ijs ſignificando. Verùm Dracules in eum irruit ira percitus, quaſi eum interfacturus, Sed pecunia tantum effecit vt incolumis demitteretur, & inuiolatus. Quum autem iret per Daciam, captus eſt ab Dracule, à quo in carcerem coniectus eſt, eum vlciſci in animum cum induxiſſet. Pannones in patriam reuerſi, cum accepiſſent Ioannem eſſe captum, id graue & intollerandum iudicabant. Haud enim ferendum cenſebatur, vt vir Pannonius & in dignitate collocatus, ab Dracule teneretur. Quapropter miſerunt legatos, qui iuberent, vt dimitteret Ioannem. Sin minus, ſciat nos eum pro hoſte habituros, & cum vniuerſis copijs noſtris contra ipſum profecturos. Hæc cum nunciarentur à Pannonibus, ſibi ſuiſque metuens Dracules, ne quid furioſius conſulerent, & hoſtiliter accedentes virum vi eriperent, Choniatem dimittere decreuit. Benignéque eum tractans, haud ceſſauit eum comitari per Preſobú, Ardelium vſque ad Pannones. Draculem autem haud multò pòſt Choniates, cum expeditionem pro Dano Daciæ principe ſuſcepit, vnà cum filio peremit. Nam conſcripto exercitu, Danum * Meſerempis filium in Daciam reducere parabat. At Dracules vnà cum filio repugnare hoſtibus ſtatuebat, & præparabantur ambo ad prælium. Et iam ille deſcenderat in aciem. Cumque acies vtrinque inſtructæ conſtitiſſent & poſcerent prælium, Daci relicto Myrxe filio, ad Danum ex acie transfugerent. Qui vbi vidit, ſe relicto, Dacos tranſire ad Danum, fugam iniit: quem fuga ſibi conſulentem Danus quàm ſtrenuiſsimè perſecutus eſt, comprehendenſque Draculem vnà cum filio vtrunque trucidauit. In hunc modum rebus geſtis, redibat domum. Nec multò pòſt eum ducem & rerum gubernatorem creerunt, cum bello peterentur a Germanis & Boemia, eiq; res adminiſtrare pro ſuo arbitrio permiſere. Comparata igitur exercitum, profectus eſt contra Boemos, & longo

*Pannonũ fuga.* *Iuliani cædes.* *Huniades à Dracule captus.* *Huniades liberatus.* *Danus in Moldauiã reſtitutus, exacto Dracule.* * *Mazalempes.* *Huniades gubernator Vngariæ.*

tempore cum his bellum geſsit. Tandem collatis ſignis pugnans cum * Ilcra, viro in re militari conſpicuo, victus eſt. Verùm cum denuò cum iſto cōgrederetur, victoriam recepit. Amurates caput regis Vladislai haſtæ præfixum cum hinc inde miſiſſet, & exercitibus ſuis oſtentaſſet, collectis omnibus domum reuerſus eſt. In eo prælio Turcorum, quemadmodum ab his accepimus, ceciderũt ſex millia. Verùm Pannones aliquanto cæſi ſunt plures. In diſceſſu etiam plurimi Daci amiſsi ſunt. Hunc finem Turcica expeditio ſortita eſt. Rerum ſumma rediit ad Amuratem, cum eos qui in Europa erant, cœptorũ admodum puderet. Therizen, qui Vladislaum obtruncauerat, eiuſq́ caput in caſtra attulerat, Amurates regionibus & opib. plurimis donauit, eumque præfectum conſtituit. Corpus Caraizia ferẽs Adrianopolim, magnificè ſepeliri curauit, ipſeq; exequias honorificè duxit. In huius locũ ſubſtituit Scuram virum Albanum, vt Aſiæ dux eſſet, quem captum abduxit ex Albanorũ regione, eumq; in ſua domo educauit. Primùm declarauit eum præfectũ, poſtea eum Aſiæ ducem deſignauit. Phatumam verò honore ſiue dignitate ſua priuans (erat enim regiæ domus iudex) Saraxiem virum Græcum genere, in eius locum ſubrogauit. Potentiam autem maximam tenebat * Charites Priami filius, quo in Ianuis regię vir prudentior non erat. Nec multo pòſt Amurates Phetumam comprehendi iuſsit, opeſq; omnes ei ademit, quarum numerus complectebatur circiter quinquaginta centum myriades auri: argenti autem circiter quadraginta millia librarum. Græcorum rex in fœdus rediit cum Amurate, idq́ne nec amplius violatum eſt. Nam quietem amplexus eſt, regemq; Amuratem muneribus coluit, vt nihil mali contra ipſum amplius moliri inſtitueret. Fœda autem contentio erat inter regem Græcorum & fratrem Theodorum coorta, qui Byzantium venerat, vt regnum à fratre ſuſciperet. Is ſe pro rege gerebat, fratriq; reſiſtebat. Poſtremò ex aperto inter ſe hoſtiles inimicitias geſſere. Nam expeditionem ſumpſit aduerſus Byzantij regem Theodorus frater, cui Selybria & regio finitima cōmiſſa erat. Cum enim peteret redditus ſufficientes, quibus vitã ſuam cōmodè ſuſtinere poſſet, repulſam paſſus eſt. Hinc bellum inter ipſum & fratrem eſt exortum. Prius tamen quàm quicquam bellando profeciſſet, vitam ſuam ærumnoſam relinquens mortuus eſt. Duce autem Peloponneſi incurſionem faciente in regionem regis, ſuæque ditionis Pindum, Bœotiam, Locros qui Ozolæ dicuntur ingente, neque ab Attica etiam abſtinente: ea vbi accepit Amurates, haud diutius cunctandum ſibi ratus, præcepit vt Aſianus & Europæus exercitus ad ſe Pheras, relicta Adrianopoli, venirent. Incitauit autem eum Nerius Athenarum princeps, nec non Turachanes Theſſaliæ præfectus, vt exercitum rectè ad Peloponneſum ductaret. Conſtantinus Iſthmum muro includens, eundem etiam præſidijs emuniens, plerunque ibi verſabatur. Vbi intellexit Amuratem hoſtiliter cum exercitu accedere, omnes quot-

* *Gyſcra Boemus, qui aliis Iosn. de Brandis. Bonfin. 3. dec. lib 5.* *Scuras Albanus.* *Hali Baſſa* * *Chaliles Imbrami ſiue Carabei F.* *Græcorũ Imp. diſſenſio.* *Amurates in Peloponneſum.*

quotquot in Peloponneſo erant, accerſiuit, nec
non fratrem ſuum, qui eo tempore nuptias fi-
liæ ſuæ coucelebrabat. Nam eam elocauerat
Trybollorum principis filio Eleazari. Hi igitur
accerſiti in Iſthmum adueniunt, murumque fir-
mant, vt eſſet propugnaculum munitiſsimum
ad propulſandos hoſtes. Amurates accedebat,
& non ceſſabat copias ſuas augere, aſſumens ex
omnibus regionibus, quas permeabat, milites.
Venit igitur Thebas, quò venerat cum exercitu
Nerius Athenienſis, vt iuuaret eum aduerſus
Peloponneſiacos. Cum itaque perueniſſet Min-
gias, caſtrametatus eſt: ibique aliquot diebus
moratus eſt, vt Bombardas & funes ad præſens
bellum pararet. Deinde mouit in Iſthmum, vbi
& caſtra communiuit, quæ vtrinque mare, tan-
ta eorum magnitudo erat, attingebant. Specu-
lator Peloponneſiacus cum rediſſet ad ſuos re-
gis copias, iumenta & camelos annunciauit.

*Iſthmus à Turcis obſidetur.*

Nec ſilentium tenere potuit, verùm ſic allocu-
tus eſt principem: O domine, quantum peri-
culi conciuiſti Peloponneſo bellum ſuſcipiens
cum tanto rege, qui Aſiam, vniuerſamque Eu-
ropam contra nos ducens, nō ſatis ſpacij ad ex-
ercitus locandos inuenire poteſt? Neque ho-
ſtem ſuſtinere poteris, etiam ſi duplici muro
Iſthmum amplexus eſſes. Sed quæſo te per
Deum immortalem, legatos mitte quampri-
mùm: & ad pacem pangendam regem hortare,
ne infeſtus accedens, nos malos prorſus malè
commiuuat. His auditis, princeps ira exarſit:
itaque incenſus ſpeculatorem in carcerem duci
iubet, vt tandem quid euenturum eſſet, audi-
ret. Miſit quoque legatum ad regem, qui ne-
quaquam nomine principis ſatis moderata pe-
tebat. Volebat namque princeps ſibi tradi Iſth-
mum, & regis regionem quæ extra Iſthmum
erat, quam armis ſubegerat, vniuerſam habere
auebat. Verùm propterea pœnas regi dedit: le-
gatumque capiens Pherris in vinculis habuit:
ipſéque, cum medium hyemis foret, contra Pe-
loponneſum copias duxit. Legatus ille Chal-
cocondyles Athenienſis: quem cum in vincula
vnà cum miniſtris dediſſet, Pherris contra Pelo-
ponneſum perrexit. Amurates cum in Mingijs
caſtra poſuiſſet, optimates exercitus, qui nume-
ro erant ſex mille, aſſumpſit: & Iſthmum cir-
cuiuit, vt videret murum, nunquid præſidij in
eo ſitum eſſet ad reſiſtendum. Et quidem gra-
uiter ſuccenſebat Turachani, quia cum ipſe
cenſuiſſet æſtate bellum inferendum eſſe, ie
hyeme rem incipiendam ſuaſiſſet: quaſi Pelo-
ponneſiaci non eſſent vim hoſtilem expectatu-
ri, verùm cōtinuò fugam ingreſſuri, vbi primùm
accepiſſent Amuratem hoſtiliter accedere. Die-
bus etiam aliquot ea gratia cunctatus eſt Amur-
ates, quaſi princeps Peloponneſi illico deditio-
nem eſſet facturus. Verùm cum hęc ſpes fefelliſ-
ſet, deſcendens, caſtra ad murum tranſtulit. Die
deinde poſtero princeps exercitum Bombardis
longis petiuit. Sequenti die eos qui murum de-
fenſabat, tentarunt machinas muro admouen-
tes. Quarto die tempore veſpertino ſinguli iu-
xta tabernacula ſua ignes fecerūt quàm potue-
re maximos, Nam Turcorum eſt conſuetudo,
vt ignes plurimos parent, biduo antè eius diei
in quem pugna collata eſt. Hymnum quendam
canunt in honorem Dei & Herois, ſignificantes
quòd tertio abhinc die prælium committere ve-
lint. Tunc igitur ignes excitantes quam potue-
re plurimos, accingebantur ad oppugnationem
muri. Quarto autem die * Sarrachorides, qui in-
ter cæteros inutilis ſunt turba, funibus machi-
nas ad murum traxerunt. Nam præter exerci-
tum qui regem ſequuntur, adſunt & alij com-
plures, qui frumentum à finitimis in caſtra ſub-
uehunt. Sunt in caſtris & alij ex Aſia oriundi pe-
dites, qui Agiades nominantur, quorum opera
rex vtitur ad itinera purganda, & ad caſtra com-
munienda, nec non ad alia quibus in caſtris o-
pus eſt. Arbitror autem caſtra huius regis pul-
cherrimè omnium, quæ nos vidimus & audi-
uimus, inſtrui, quantum attinet ad copiam fru-
menti, nec non ad ſitum tabernaculorum. Nam
primùm omnium mercatores plurimi comi-
tantur regem iſtum, qui frumentū, equos, man-
cipiáque emunt, nec non reliqua quibus indi-
get exercitus. Hinc rerum omnium exercitui di-
nes copia eſt. Præterea magnates qui comitan-
tur regem, ſinguli plurima in expeditionem ad-
ducunt iumenta. Quidam adducunt camelos,
qui arma, frumentum & hordeum, vt pabulum
ſit iumentis ſufficiens, portant. Quidam equos,
quidam mulos, quidam tam equos quàm mu-
los in expeditionem agunt. Horum autem tan-
tus eſt numerus, vt duplo iumentorum nume-
rus hominum numerum exuperet. Comitan-
tur regem alij plurimi ab ſua regione, quorum
vius in frumentationem maximus eſt. Si neceſ-
ſitas aliqua ingruerit exercitui, alimēta in opti-
mates diſtribuit, & ſic proficiſcitur. Tentorio-
rum quis cernat in caſtris regis plerunque de-
cem millia, plus minuſue reſpectu expeditio-
nis. Eo quidem tempore Sarachorides oppo-
ſiti Græcis eos pugnando tentabant * totamq;
noctem ducebant inſomnem, vt ad prælium
Græcos incitarent. Vt aurora illuxit ſigna cane-
re iubet rex: cymbala, cornua, tubæque, pugnā
iam fore, maximo ſono ſignificabant. Turci in-
ſtructi occipiebant murum oppugnare quàm
fortiſsimè. Rex & peregrini armati in acie in-
ſtructa ſtabant in medio Iſthmu, vbi caſtra po-
ſuerant. Scalas expediebant, murum ſuffodie-
bant, fortiterque præliabantur, vt murum occu-
parent. Huc etiam Bombardarios cōſiſtere iuſ-
ſerat, qui Bombardis proſpectum Peloponne-
ſiacis adimebant. Bombarda namque res eſt
admodum violenta, nec arma reſiſtere Bom-
bardæ impetui poſſunt: verùm omnia pene-
trat: tum etiam mapis permeat, quando cor-
pus aliquod reſiſtens fuerit nacta. ſiquidem cro
cum lanamque non peruadit. Cum peregrini
iam tuti ab periculo ſtarent, ſcalaſque muro ad-
didiſſent, murum ſcandebant eò loci vbi ſpecta-
tor oppugnationis aderat rex. Primus itaque in
murum euaſit, ſuumque cepit peregrinorum de
numero * Chiteres, Tryballus genere: eoſque
qui reſiſtebant, in fugam coniecit. Hi autem or-
dine

*Oratio exploratoris Peloponneſij.*

*Conſtantini legatio ad Amuraten.*

*Laonicipater captus.*

*Iſthmi oppugnatio.*

*Turcorum pugnas incundi mos.*

** Zarachoride lxx.*

*Agiades. Guaſtador Schaufelpauren.*

*Caſtrorum Turcicorū inſtructio.*

**Deeſt aliquid.*

*Bombarda duriora penetrat mollioribus ſuccumbit.*

**Georgius*

*Græc. clades iſthmo expugnato.*

dine relicto abibant, cum metus msximus ab Deo & imperitia ipſis incuteretur. Nam formidine agitati, in fugam effundebantur. Præterea illi qui his proximè ſteterant, neſcij quid msli ſuis accidiſſet, fugientes abibant. Tandem omnes deſerenres murum, ſine ordine fugerunt. Turci irruentes, quà murus ab Cbitete ſuperatus erat, & alij quà murum ſuffodientes ſtrauerant, nec non per portas irrumpebsnt. Quidam ad caſtra Græcorum ferebantur, Græcorumque ſuppellectilem, & reliquam felicitatem diri ›iebant. Quidam verſi in hoſtes, quoſdam necarunt, quoſdam viuos ceperunt, & ad mancipiorum conditionem redegere. Cædes fugienrium edebstur maxima. Verùm quid Græcorum ducibus contigerit, audiamus. Hi vbi conſpicati ſunt Græcos fugam arripere, primò eos retinere conabsntur. Cum autem in fugam effuſos inhibere non poſſent, aufugerunt & ipſi, non tamen Corintbum. Cerri enim erant, ſi obſiderentur Corinthi, ſe facilè expugnatum iri, cum haud ſufficiens eò comportatus eſſet cõmestus nec alius etiam belli apparstus. Celeri autem fuga contenderunt ad mediterranesm regionẽ: iamq́; præuenerant hoſtes, & in ſumma Laconia Peloponneſi expectabant quónam profecturus eſſet rex. Decreuerent namque in mare profugere, & regione cedere, ſi Amurstes cum exerciru aduentarent. Nouerant nsmque, Peloponneſiscotum tcs sb rege planiſsimè contuſas eſſe. Nec arma, nec viri, nec quicquam amplius memorsru dignum vel in vrbibus, vel in arcibus reliqui erst. Nec ſperabant in poſterum Peloponneſi principstum ſub ſe futurũ, ſed augurabantur ſe Peloponneſi res omnes amiſſuros. Amurstes vt Iſthmum occupauit, & in Peloponneſum venit, primùm quidem circiter trecentos captiuos, qui nocturna fuga, in montem ſuprà Cenchreas ſitum, quem Oxi vocant, euaſerent, quaſi indagine circundari iuſsit. Omnes capti ſunt: doló q; in vnum locum abducti, crudeliter occiſi ſunt. Poſtea Amurates emit mancipia numero ſexcenta, quæ ad ſacrificinm duxit in honorem patris ſui, volens eum expiare cædem virorũ occiſorum. His ita peractis, exercitum diuiſit. Partem exercirus Turachani Theſſaliæ præfecto tradidit, qui rei militaris habebarur peritiſsimus, & plurimum conuerſatus erat cũ Turcis Peloponneſi. Dedit eidem de numero peregrinorum mille milites, vt his instructus, profectionem per mediterraneam regionem faceret. Ipſe quidem rex per Sicyonem iter fsciens, rectà in Acbaism conrendit. Vrbem eo die, quo Iſthmus in poreſtatem venit regius exercitus aggreſſus eſt: captamq́; diripuit vniuerſam. Aberát enim oppidani, profecti in Iſthmũ. Nec admodũ in munito loco vrbs ſita erat. Quapropter eam continuò diripuere: & maximam Pelopõneſi partem peragrantes, perſecuti ſunt bello duces, & reliquos Græcos. Cum aũt hoſtium alius slið, vbi ſe rutum putsbat, palantes delaberenrur, vrbẽ defenſoribus vacuam in poteſtarem redigit, obſidioneq́; arcẽ premere ſtatuit. Erant in ea arce * Mulgerius Græcus, & alij

*Amur. crudelitas.*

*Sicyon, nunc Baſilica, directa.*

** Calagerius.*

quidam Græci non multi cum liberis & vxoribus. Turci igitur ſuffodientes arcem, cum Mulgerius nullam ſalutis ſpem affulgere cerneret, ſe metipſum & arcem Amurati tradidit. Hos quidem cum liberis & vxorib. miſit Angium, vrbem opulentam. Ipſe verò ædificia vrbis captæ incendit. Quo facto, vlterius proficiſcens, venit Patras Achaiæ vrbem opibus florentem. Oppidani vrbem iſtam deſeruerant, abeuntes in continentem Venetorũ, quæ ex oppoſito erat. Remanſere tamen quidam in arce & in regia: ſtulti quidem, cum reliqui ſibi fuga conſulerent, ipſi ſemetipſos in graue diſcrimen pręcipitarũt. Erant aũt numero quater mille. Viros igitur & mulieres quæ in regia erant, pactionibus Amurares in fidem accepit, omneſq́; in mancipiorum album retulit. Hinc arcis oppugnationem auſpicatus eſt. Peregrinoſq́; miſit, vt eam ſubitò caperent. Hi ſumma vi impetum in murum dantes, eumq́; ſuffodientes, in arcem irrupêre. Græci reſinam & picem incenſam per foramina iaculantes, peregrinos expulerunt acerrimè repugnantes, arcemque & murum reficientes, & optimè munientes: Amurates, vbi aduenit Turachanes, vehens maximam hominum aliarumq́; rerum prædam, cum exerciru diſceſsit: nec multò pòſt pacem cum Græcis fecit. Ex eo inde tempore Peloponneſus, quæ prius libera erat, regi rributaria facta eſt. Thebas Thebani, cum hoſtiliter accederet rex, deſeruere: & in Iſthmum ſe contulere, quaſi ibi habitaturi, qui tamen ab Turcis capti ſunt. Exterior autem regio, Pindus videlicet, & reliqua regio, quamprimùm Iſthmus captus eſt, in regis poteſtatem deuenit. Appetenre iam æſtate, Amurates bellum mouit contra Scenderen Ibanis filium (Alexandrum ſiue Scanderbegum appellatum) qui puer venit in Ianuas regis, eiuſque concubinna factus eſt: randem effugit in patriam ſuam regionem. Ducta deinde vxore * Arianetis filia, ex profeſſo bellum cum rege gerebst. Nam tributum haud amplius regi pendebant, nec in Ianuas ibant, parẽre quoque regi detrectabant. Quapropter Amurares conuocans Aſiæ Europæq́; exercirus vniuerſos, Ibanis regionem bello perere ſtatuebst. Veniens igitur in regionem, vaſtabat vniuerſam vicos agroſque incendebat. Frumentum, omnemque cõmeatum cõburebat. Omnia quæ in ea regione erant, populationibus diſsipsbátur. Scenderes igitur ipſe, necnon Albani omnes, in maritimam verſus Ionium Venetorũ regionem, vxores & liberos, quo ab impendenti periculo tuti forent, expoſuerunt. ipſi autem vndique per regionem obambulantea, ſedulò diſpiciebant, ſicubi vrbes ipſorum auxilio indigerent. Caſtra habuerunt in monte qui regioni eorũ impendent, & in Ionium vſque porrigitur: & ibi expectarunt belli euentum. Amurates * Sphetiam vrbem exercitibus circumſedit: oppidaniſque nunciare iuſsit, ſi deditionem facerent, ſe ſingulos ad ſua abire permiſſurum. At hi cõditionem iſtam nõ admiſerunt. Quapropter cum peregrinorum cohorte murum ſubit: & cum imperu in * vrbem irrumpens, ea potitur, prædæq́; toram exponit.

*Patræ à Turcis occupata Georgius.*

*Georgius Caſtriolus, qui & Scanderbergus.*

** Eouica.*

** Sphetiſgradum.*

** Dibram.*

exponit. Viros omnes trucidari ioſsit. Deinde
copias duxit contra Getiam, quam pactionibus
in ditionem accepit. Captis aũt oppidanis, ex-
*Croiam. ercitum *Ctuam vrbem Albanorũ primatiam
mouit. Vrbs hæc ſita eſt in loco muoitiſsimo.
Hanc obſidione cinxit, murumque Bombardis
concuſsit, eiuſq́; non modicam partem ſtrauit.
Deinde per loca ruinis parentia cum peregrinis
irrumpere quęrebat, quaſi vi eam capturus. Cœ-
pta aurem omnia cum irrita caderent, exercitũ
abduxit omnem, quia æſtatis iam extremum e-
rat, & frigus hybernum grauiter exercitum ad-
fligebat. Filium ſuum Mechmetem jam pube-
ſcentem per caſtra circũduxit, regnóq; præſecit.
Sic autem iſta euenere. Cum pugnarer aduerſus
Pannones Varnæ, & exercirus ſuos ad fugam in
clinare cerneret, valde rimuir, putans ſe mox cũ
Amuratis votum. ſuis periturũ. In hac grauiſsima neceſsitare cõ-
ſtitutus, vouit, ſi incolumis euaderet præſena
periculum, & victotia potiretur, ſe ceſſurum re-
gno, & id commiſſurũ filio, & abiturũ in Aſiam,
vt ibi vitam traducat, admixtus ſacerdotibus &
Nazaræis: & culturum frequenter Heroem, eiq;
immolatorum. Cum igitur Pannonibus victo-
riam extorſiſſet, rege eorum perempto, domum
rediit, filiumq́; iuniorem accerſiuit ad regni gu-
bernacula. Nam filius eius Aladines natu maxi-
mus haud amplius ſuperſtes erat, ſed naturæ de-
birum exoluerat, præcipiratus ex equo in vena-
tione, cum perſequeretur ceruum. Is quidem in
hunc modum oecubuit. Mechmetem aũt iunio-
rem ad regni moderamen vocauit. Cum autem
veniſſet vocatus, regnum & Ianuas, necnon pe-
regrinos pater eius fidei commitens, ipſe profe-
Amuratis ſeceſſus. ctus eſt Pruſam, vbi Aſiæ ſedes regia eſt. Abdi-
cato igitur regno, cum Zichidis, qui Turcorum
Nazaræi ſiue monachi ſunt, & cum Seitidis, nec
nõ cum reliquis doctis conuerſatus eſt. Nec mul
to pòſt pœnituir virũ, quòd regoo relicto, nunc
priuatá ſequeretur vitam. Cum ſũt præſentem
vitæ conditionem haud ferre poſſet, cõſilia agi-
tauit, qua ratione citra tumultum regiam digni-
tatem reciperer. Sedulò enim præcauebat, ne ſi
filius ſentiret quid ipſe molireror, bellum exo-
riretur, cuius ipſe auctor ab Turcis haberetur.
Quæ quidem facere inſtiruit, ad finem deduxit,
videlicet vt rediret ad regnũ opera & induſtria
*Chalilis F. Carãbi. *Chatitis filij Priami, quo familiariter vteba-
tur, & eum quo ei arctiſsima interceſſerat neceſ-
ſitudo. Chatires ergo vbi ſententiam Amuratis
ſatis intellexit, puerum Mechmetem venatum
ire iubet, vt ſe quàm pulcherrimè ex equo exer-
Hali Baſſæ conſilio Amur. imperium recuperat. ceret. Quo dicto audiens, venatum abiit Interea
Chatites nuncium mittit ad patrem, quem ſubi-
tò dicta die nihil veritum in vrbis regiam veoire,
& ius dicere vt regem ciuibus iuber. Amurates
quemadmodum iuſſus erat, filio venatione oc-
cupato, ad præſtitutam diem aduenit. Adueni-
ens regnum inuaſit ciuibus Ianuiſque vt regem
decet, ius dixit. Filius, vt accepit patrem mutara
voluntate regnum recepiſſe, neſciens quid age-
ret in præſenti negocio, tamẽ acceſsit, patremq́;
regem adorauit: eumque ſecutus eſt, quocun-
que militatum abiiſſet. Nec latuit Mechmetem,

opera Chatitis patrem quàm maximè adiutum
iſta egiſſe. & quamuis Chatiti meritò iraſcere-
tur, iram tamen oſtendere noluit, veritus viri
porentiam, qoa plurimùm pollebat apud pa-
trem Amuratem. In hunc modum eo rempore
propter patris in regnum reditum, filius affectus
erat. Poſtquam autem exercitom abduxit ab
Macedonia, quæ verſus Ionium patet, quæ Al-
banorum regio eſt, per eum annum in Europæ
regia quietem agens manſit. Ineunte deiode Amur. cõtra Scanderbergũ.
anno iterum expeditionem ſumpſit cõtra Scen
derem Ibanis filium, & contra eam quæ iſtic ſita
eſt Albanorum regiooem, cum iuſsiſſet vniuer-
ſos exercitus inſtroctos & paratos præſtò eſſe.
Plenus igitur irarum proficiſcebatur verſus * *Croiam.
Cruam, quaſi eam vi expugnaturus. Præterea
in animo habebat expoſtulare cum Venetis, vt
Scenderem traderent. Quod ſi facere omitte-
rent, ſe obſeſſurum vrbem quamcunque Scen-
deres fugiens intraſſet. Vt regionem hoſtilem
eſt ingreſſus, rectà contra Cruam properabat, &
in eam regionis partem, quam antea intactam
& inuiolaram ab populationibus reliquerat,
ſuos milites incurſionem ſacere iubet. Qui di-
cto audientes, incendijs omnia, ignem inijcien-
tes, miſcuere. Et hanc regionem miſerè vaſta-
runt vſque ad flumen * Verùm re- *Deeſt aliquid.
gionem vltra flumen ſitam populari nequiuere,
quia regijs equitibus haud erat Peruia. Albani
aurem vxores & liberos in munita Venetorum
loca ablegantes, colligebantur in montem,
qui Cruæ vrbi immioet. Hinc Scenderes edu- Scanderbergi apparatus.
cens vxores & liberos, deponebat eos in vrbes
Venetorum. Viri verò relinquebantur in vrbe,
vt reſiſterent hoſti, mœniáque deſenſarent. &
hi potiſsimùm huic negocio deſtinabantur, qui
volentes, non coacti, præliom ſubire cupiebãt.
Amurates Bombardas expediebat, aſsidens vt
murum diſijceret: & deinde cum peregrinis ir-
rumpens, vrbem ſui iuris faceret. Omnibus au-
rem, quemadmodum oppugnatio requirebat,
comparatis, murum Bombardis feriebat, eiuſ-
que parrem deſtruxit maximam. Scenderes
ignes in monte fecit, eoſq́; ſuis, qui intra vrbem
eranr, oſtendit, vt ſcirent, quandocunque ne-
ceſsitas poſtularet, ſe affuturũ auxiliarem. Cum
regij quidam aſcenderent montem, Scenderes
eos aggreſſus eſt, præliabaturque, opera me-
morabilia edens. Cum autem regi videretur
murum ſatis eſſe ſtratum, vniuerſis copijs op-
pugnationem occipit. Peregrini eò loci vrbem
capere parabant, vbi murus diſiectus erat. Nec
tamen ſuperare potuerunt oppidanos, qui prę-
ter ſpem fortiſsimè pognabant, cum deſpera-
tio animos feciſſet. Deinde eum fame vrbem
perdomare ſtatuiſſet, denuò copias vniuerſas
contra vrbem in aciem eduxit. Interea nuncius Huniades Amuratẽ terret.
venit ab Georgio Tryballorũ duce, qui nuncia-
bat Ioan. Choniatem, congregatis Pannonibus
plurimis, traijcere Iſtrum, & cõtra ipſum hoſtili
animo pergere. His auditis, Amurates continuò
omnib. impedimentis & ſarcinis collectis, vrbe
quam obſidebat digreſſus eſt, obuiamque hoſti
proceſsit, quà eum venturum cognouerat. Miſit
quoque

quoque Amurates præconem in Europam, qui ediceret, vt Turci omnes ad regem cõuenirent. Qui vbi primùm regis voluntatem intellexere, citiſsimè aduenerunt, cum ſinguli conarentur in tempore adeſſe, vt pro rege certarent. Hinc cum vniuerſo exercitu profectus eſt in quandam Myſiæ regionem, per regionem Tryballorum.

**Morauus qui et Schiniza.*

Ea autem regio eſt, quam alluit *Morabas fluuius, & in Iſtrum effunditur. Hinc ſe fundit regis regio ad octingenta ſtadia, vſque ad *Neſium vrbem regis: ad dexteram procedenti Nobopyrum ſiue Bopyrum vſque, ad montem magnum Tryballorum principis colitur.

**Nyſſum.*

Huc cum veniſſet Amurates, inuenit Ioannem Choniatẽ cum Pannonum exercitu hoſtili animo, aduerſum ſe pergere. In caſtris Choniatis erant quadraginta millia peditum, tam ab Pannonib. quàm ab Dacis allecti. Septem millia equitũ erant, & ciuilibus vehebantur alij, quorum numerus erat bis mille. In his arma & neceſſaria ad expeditionẽ ſubuehebantur. In ſingulis duo viri ſtabant, ſcutifer & Bombardarius, in iiſdem vehebantur Bombardæ plurimæ, quas Zarobotanas nominant.

*Huniadis exercitus cõſilia coronatus.*

In huncmodum armati & inſtructi, Iſtrum tranſgreſsi ſunt. At Tryballorum dux cernens Pannonum exercitum nõ adeò eſſe validum, vt copias regis vincere poſſet, magiſque metuens Amuratem, quàm Pannones alienigenas, à quibus multa mala eſſet perpeſſus: & quamuis eſſet admodum cupidus vlciſcendi Amuratem, qui filios eius oculis priuarat, attamen haud volenti animo iſtam expeditionem adiunctus Pannonibus ſubibat, imò eam prorſus recuſabat. Haud enim Pannones ſatis firmi videbantur ad debellandas copias regis. Hæc cum Pannonibus reſpondiſſet, Ioannes eo reſponſo irritatus, graues minas in Tryballorum ducem iactauit. Nec tamen omittens cœptam expeditionem, copias in regis regionem infeſtas induxit: progreſſuſq́; Priſtinum vſque, caſtra in *Coſobo campo cõmuniuit, vbi olim Amurates Orchanis filius, cum Eleazaro Seruiæ Deſpota manus conſerens, eumq́; interficiens, ipſe quoque occubuit, interfectus à viro Tryballo.

*Georgij Deſpotæ perfidia.*

**Ambsfel.*

Cauſa quæ Ioannem ad iſtud bellum traxerat, hæc erat. Quum vidiſſet in eo certamine, quod Varnæ commiſſum erat, Turcos, vbi primùm ad manus veniſſent, ceſsiſſe, & fugam arripuiſſe: putauit Turcos facilè vinci potuiſſe, ni obſtitiſſet Vladislai regis imprudentia. Nec nũc quidem difficile & laborioſum dicebat Turcos bello domare. Animo igitur agitabat, maiorem comparare exercitum, vt Amuratem copijs perterritum vinceret. Hæc adeò procliuia & facilia factu putabat, vt ne quidem dubitaret quin, quemadmodum animo concepiſſet, omnia eſſe euentura. Miſsis legatis ad Scenderem & Arianitem, vtrunque in Europam progredi, & ſibi coniungi iubebat. His ſic præceptum eſt.

*Huniadis audacia.*

Amurates vt in campum Coſobum venit, ibi caſtrametatum eſſe cognoſcit Pannones. Proinde & ipſe caſtra munit. Amurates autem in armis dicitur habuiſſe quindecim mille myriades hominum. Poſtero die confeſtim accingebatur ad prælium, iuxta eum inſtruebatur acies. In dextrum cornu aptabatur exercitus Aſianus, cui præerat dux nomine Scuras. Siniſtrum cornu tenebat exercitus ab Europa conſcriptus, quem regebat dux Carazies. Iuxta vtroſque ponebantur equites cum ſuis ducibus. Mediam aciem occupabat rex.

*Amuratis acies.*

Quando autem Amurates caſtrametatur, primò caſtra vallo firmat. Deinde camelos locat: dein ſcuta defigit, deinceps peregrinos cum Bombardarijs, nec non reliquis collocat. Rex vbi aciem exornauerat, etiam Choniates ſuos in aciem educit, eamq́ue hoc pacto inſtruit. Dextrum cornu tenuere Pannonum præfecti, nec nõ patrueles Choniatis, *Secules, & Eiloces, Megaluſeſque. Mediam aciem curabat Choniates cum Birezides militibus, & Ardelij exercitu. Siniſtro cornu præfuit Danus Choniatis amicus, quem in Daciæ principatum produxit odio Draculis: quem Daciæ principatu deturbauit, & in eius locum ſubſtituit Danum, cui Dacos parêre iuſsit. Hunc in id bellum ſequuta erant octo millia Dacorũ.

**Zeculi. Erdelly, Tranſſyluani, Siebenburger.*

Cum autem vtrinque acies inſtructæ ſtetiſſent, iamq́; prælium poſcere viderentur, ibi Birezes, vnus è numero Choniatis militum, in medium procurſans, & equo inſidens, prouocabat ad ſingulare certamen vnum è Turcis antequam acies concurrerent. Turci vbi explorarunt virum iſtum proceſsiſſe vt certamen ſingulare cõmitteretur, conſtitere & ipſi. Hinc continuò ab Turcorum exercitu proficiſcebatur Eliezes filius *Barizæ, de numero præfectorum Aſiæ viri illuſtris, & in re militari excellentis, qui quondam dux extiterat peregrinorum in Ianuia regis. Hic, vbi in medium proceſsit, obuiam pergebat Pannoni. Et cum haſtis infeſtis concurrerent, haſtæ fractæ ſunt. Et Birezes vnà cum equo in terram corruit. Eliezes conſciſſo pectorali, & zona cum ephippio ſoluta, poſtremæ æqui parti inſidens vehebatur. Huius enim equus longè melior erat altero, nec tamen lapſum Pannonem perimere quiuit: quia ipſe quoque ægrè & difficulter equo portabatur. Pannone in terram ex equo effuſo, clamorem maximum ſuſtulit Amuratis exercitus, cum bonum id quaſi omen rei gerendæ ducerent.

*Birezide, quos Huſſarones appellamus.*

** al. Bariſatage.*

*Duellum ex prouocatione.*

Cum vterque ad ſuum exercitum eſſet digreſſus, ibi tum Amurates Eliezen ad ſe vocatũ in hunc modum alloquutus eſt: O puer, ex quibus initijs tantam rei militaris nactus es ſcientiam, cum certò conſtet te antehac nulla feciſſe ſtipendia? Nunc autem rerum bellicarũ imperitus cum huc acceſſeris, ita pugnaſti in hoſtem, quaſi faſtigium rei militaris attingeris. Ibi tum adoleſcens reſpondit: O rex, lepus me hanc docuit fortitudinem. Rex rei nouitate ictus, interrogauit: Et quo tandem, quæſo pacto, ô adoleſcens, quis ab lepore fortitudinem diſcat? Adoleſcens reſpondit: Ego quidem in Aſia eram, & in ea regione morabar, cui patrem meum præfectum præpoſueras, ibamq́; venatum. Forte in nido ſuo leporem reperi. Putabam igitur ſatis eſſe ne lepus manus meas euaderet, eum ſagitta traiectum interficere. Lepores enim Attalia habet curſu celerrimos: verùm in Europa optimos. Hæc

*Imp colloquium cũ Eliezes.*

mihi cogitanti, in ptomptu erat pharetra quadragiota ſagittis oouſta. Primam itaque ſagittam mittens, aberraui. Secundam verò ſagittam expediui, quam ſimiliter in leporem iacolatus ſum. Et hæc errore abducta, leporem nihil læſit: verùm adbuc maximè ſtertebat. Iniquo igitur fereus animo, quòd leporem non vulneraſſem, illico ſagittas omnes in leporem torqueo. Cum autem nulla amplius ſupereſſet, lepus ex ſomno experrectus, vt primùm ſenſit tumultum, aufugit. Canes modicùm fugientem perſecuti, eum aſſequi oon potuere. Experientia igitur didici, cum tot ſagittæ irritæ cecidiſſent, quòd fatum vitam lepori prorogaſſet. Et exinde ea ſententia io aoimo fixa manſit, ô rex, vt ceoſerem neq; gladium, neque haſtam, neque ſagittas amplius mihi formidandas eſſe, quaſi ſi fato ſit ordinatum vt diutius viuam, haſta mihi vitam eripere nõ poſsit. Quapropter pectore forti, nihil trepidaos, cõtra Pannonem iſtum proceſsi ſciens, ſi ſato ſit decretũ vt diutius viuam, nihil periculi poſſe mihi ab eo ingruere. Hæc audiens, mirum in modum rex delectatus eſt, & adoleſcentem propter ratiocinationem iſtam plurimùm dilexit, eumq; donauit veſte Syrio opere auro illito contexta. præterea patriæ regionis eum principem declarauit. Pater namq; adoleſcentis mortuus erat, aliuſq; regionem eam adminiſtrabat ex imperio regis. Turci quidem & omnes quotquot Turcicæ ſuperſtirioni inhærent, plurimũ admodum fato tribuunt. Atq; hęc

*Amuratis pugna cũ Hunnade.*

in ea Mooarchia contigere. Cum verò regij exercitus in campo collocati, ſignis collatis præliarentur, Aſianus exercitus quietem duxit. Rex enim verebatur, ſi Aſiani primam coitionem feciſſent, vt in fugam verterentur, eorumq; fuga etiam cæteros traheret. Quapropter maluit exercitum Aſianum ocioſum, & ſpectatorem potius

*Turcorũ victoria, 1448.*

pręlij aſsiſtere. Exercitũ Europęum in cohortes diſtribuit: & cum Pannones pręlij cupidos accedere conſpicaretur, nec ipſe pręlium recuſauit. In hunc modum cõgreſsi, Europæ exercitus in cohortes ſecretus, præter ſpem, egregiè & memorabiliter pugnabat. Proiode cum Pannones

*Hungarorum fuga.*

Turcis appropinquare nõ auderent, ſumma vi ſugiebãt. Turci Pannonũ equos perſequebãtur, & grauiter admodum ea in perſecurione laborabant. Laſsi igitur tandem & fatigati inſequendo, hoſtium equos ſagittis feriunt: Pannoneſq; à tergo adorientes grauiter vrgebant. nam Turci oumero & equorũ genetoſitate ſuperabant. Præterea plerunque non impetu, verùm arte io prælijs vtuntur. Quapropter ea tempeſtate Turcorũ res meliore ſtatu, quàm Pannonũ, erant. Et quidem primo die multi Pannones in pugna cadebaot, nec non plurimi Turci trucidabantur à Pannonibus. Per totũ iſtum diem æquo vtrinque Marte pognatum eſt. Veſpera autem appetente, relinquentes pręlium, vterque exercitus in ſua caſtra colligebatur, quietiq; ſe dabãt. Pannones putabãt Turcos noctu abituros, nec amplius in caſtris manſuros. Et equites quidem aon pauci iam diſceſſerant. Vbi aũt Tryballos inuenere expectaotes in anguſtijs hoſtem abeuntem, in caſtra redierunt. Pannones quidem arbittabantur ſe die craſtino cum parua hoſtilis exercitus manu congreſſuros, quaſi cæteri diſſugiſſent, noo expectantes hoſtem: & ſic victoria facilè potituros, regiſque Ianoas debellaturos. Rex verò Amurates & Turci ſeipſos confirmantes, haud amplius metuebant Pannones. Animis igitur receptis, & plurimũ exhilarati, acciogebantur ad prælium, quaſi eo die qui ſequeretur, præliaturi cum hoſtibus, eoſq; in fugam cõiecturi. Eo die quæ modò memorauimus, contigere. Iſtam noctem Pannones deliberando con-

*Pannonũ cõſultatio*

ſumpſere: & cum cõſultarent, ſinguli ſuam ſententiam, quemadmodum ſibi conſultum videretur auſpicari præliom, in medium adducebãt. Varij multiq; habebantur ſermones. Ibi tum cõſultantibus Pannonibus, Taures Sauzis filius,

*Tau. Tur. oratio.*

naues ex genere Otomanidarum, qui tum caſtra Vngarorum ſequebatur, Amuratis primi ex Sauze filio nepos, progreſſus in medium, huiuſmodi orationẽ exorſus eſt: Nobis iam ſatis ſuperq; in Aſia & Europa pugnatum eſt. Necdum etiam animum aduertimus, vt pugnandom ſit contra Amuratem, vt res eius contundamus. Niſi enim peremerimus viros iſtos, non facilè poterimus Amuratem vincere, At mihi videtur, ſi quis certamen ſubeat cum hoſte, eiq; infligat lethalem ictum, hoſtem deiecerit, & reliquo exercitu pro arbitrio vti poterit. Vbi aũt magis quis lethale infligat vuulnus, quã ſi caput feriat? Tum enim corpus totum dolet. In capite enim quaſi vrbs & regimen totius humani corporis ſitõ eſt. Sin autem baud dederis lethale vulnus, difficile admodum & laborioſum erit ſuperare hoſtem. Et vt meam ſententiam capiatis, ſic audite. Vidiſtis vt Ianuæ regis ſteterint neutrò inclinatæ ad pugnam. Nec etiam periclitari volunt, qoaſi ſalus regis atque adeò totius exercitus in ipſis ſita ſit: nec prius quàm neceſsitas poſtularit, pugnã capeſſunt. Agite igitur, hunc regis exercitum inuadamus: qui ſi in ſogam abierit, nullos nos expectare ſuſtinebit. Cenſeo autem, vt regem aggrediamur cum vniuerſo exercitu, cum curribus quoque, io quibus Bombardæ & Bombardarij ſunt: & vt pergamus adhuc hac nocte confeſtim contra Ianuas, nec cunctemur. Et accedentes, Bombardarum globis ſagittiſq; petamus Ianuę milites, ijſq; terrorem maximum inferamus. Satis certò ſcio, eos non manſuros vſque dum illuceſcat dies: ſed hac adhuc nocte lubenti & cupido animo fugam arripient. Quod ſi fuerit factum, facile nos rerum potiremur. His dictis, omnes cõſenſum præſtitere, & vno ore ſic faciendum eſſe pronunciarũt. Continuò igitur curribus in regis exercitum iouecti ſunt, ſub prima adhuc noctis vigilia. Cum appropinquaſſent Ia-

*Hungarorũ pugna noua.*

nuæ militibus, terrorem facere maximum, Bombardarũ globis & iaculis ferieotes peregrinos. Et qoidem vim faciebant caſtris Amuratis. Verùm peregrini vbi rem cognorunt, magno animo Pannonibus reſtitere. Nam Bombardas expediebant, Bombardarioſq; euocabant, & non ceſſabant iaculari Pannones: plurimi in ea nocte vtrinque cadebant, icti Bombardarum globis.

296

bis. Poſtquam dies aduenit, & Pannones videbant regis caſtra in ea regione locata fortiter pugnatè conſilium cepere redeundi, vnde egreſsi erant in caſtra: nec expectandum eſſe, donec circumducerentur ab regis militibus ſtantes prope Ianuas. Hæc ſententia vbi placuiſſet, cedebant feſtinantes in eum locum vbi caſtrametari erãt. Die exorto iterum ad prælium præparabatur Choniates, periculum facturus, ſi felicem rerum ſortirentur euentum. Pugnans itaq; impetum dabat in Aſianum exercitum, & fortiter congrediebatur cum hoſtibus. Europæ dux cum accepiſſet Pannones congreſſos eſſe cum Aſiano exercitu, Tutachanem Theſſaliæ præfectũ mittit cum ſuo exercitu, vt à tergo adoriretur Pannones, & quàm fortiſsimè contra eos præliaretur. Tutachanes imperata impigrè faciens, Pannonum plurimos, cum in terga eorum irruiſſet, in eo prælio ſtrauit. Quidam enim perſequebantur Albanos, à quorum veſtigijs, quamuis celerrimè fugerant, nuſquam abſtitere. Miniſtri tamen præfectorum qui ex Europa venerãt, haud fugam inierant. Cum autem à ſuis eſſent deſtituti, qui fuga ſibi conſulebant pugnabant haud ſecus ac Turci, contra Pannones. Præterea contra eos acerrimè prælium inibant, qui erant ex Europa, & à tergo vim faciebant. Nam conuerſi collato pede nunc hic, nunc alibi, vbi alteri alteros indipiſcebantur, in eo campo manus conſerebant.

*Valachorum fuga.*

Daci cum vidiſſent Turcos impigrè præter ſpem rem gerere, & ſibi hinc plurimum periculi imminere, huiuſmodi conſilium cepere. Nam nullam mali liberationem cernebãt, etiam ſi incolumes ex eo prælio euaſiſſent. Nec etiam in iuriſiurandi religione ſpem aliquam ponebant, quo minus regi pœnas luerent, iniuriarum quibus ipſum affeciſſent, quòd in ea expeditione ſocia arma iunxiſſent Pannonibus. Videbatur igitur in præſenti tumultu conſultiſſimum fore, nuncium mittere ad regem Amuratem, & cum eo in gratiam redire. Traditis namque armis, teſtabantur ſe in poſterum regi hoſpites & amicos fore. In hanc ſententiam cum omnes conceſsiſſent, nuncius ad regem miſſus eſt. Hic cum veniſſet ad Ianuas, huiuſcemodi orationem habuit: O rex, Daci miſerunt me in conſpectum tuum, vt pacem veniamque delictorum, quæ in te & in regnum tuum commiſere, orem. Teſtantur quoque ſe nunquam quid nouarum rerum ſua ſponte molitos fuiſſe in te & regnum tuum, niſi Pannones eam neceſsitatem iniecissent, iubentes, imò cogentes, vt coniunctis copijs expeditionem iſtam ſuſciperent. Nunc igitur ſupplices petunt, velis eos exaudire, & pacem dare. promittunt ſe tibi bellum præſens ex animi tui ſententia confecturos: & profecturos tecum in militiam deinceps, vbicunq; tibi vſui eſſe poterunt. Hæc cum expoſuiſſet nuncius, * Chatites regiæ domus princeps in hunc modum reſpondit: Sed vos, ô Daci, ſcitis profectò quanta ſit, fueritq; iam ab initio, potentia regis. Et quoniam nunc in neceſſitatis articulo adeſtis, fœduſq; nobiſcum initis citra dolum & fraudem, amici eritis in poſterum. Si quid eorum quæ promittitis, feceritis, gratiam referentes regi, ſcitote quòd eum beneficijs nunquam vincere poteritis. Arma autem, ite, & confeſtim huc tradite. Chatites hæc loquutus eſt, dicens ſe ea dicere ex ſententia regis, eumque dimiſit.

*Valachorum caduceatoris oratio.*

** Chaliles.*

*Hali Baſſæ reſpõſum.*

Daci, cum reuerſus eſſet nuncius, & quæ mandata accepiſſet à Chatite ex mandato regis, enarraſſet: continuò defecerunt à Pannonibus, & ab ijs ſeparati venerunt quàm proximè ad Ianuas regis. Hic cum ocioſi ſtarent, putabant ſe gratiam hanc referre regi, quòd eum in præſenti neceſſitate adiuuarent. Sperabant quoque ſe munera & veſtes ab rege accepturos propter id beneficium. Rex autem, cum in proximo conſiſterent Daci, putans ne id facerent ex compoſito, pacti prius cum Pannonibus vt ſibi aliquid mali inferrent, accerſit Europæ ducem (quem Baſſam Romani vocãt) habentem milites circiter viginti mille. Qui vt aduenit quemadmodum præceptum erat, iuſſus eſt circumdare corona Dacos, omneſque trucidare, nulli parcens. Daci quoque arma tenentes ad reſiſtendum accingebantur. Nolebat enim rex vt traditis armis inermes interficerentur: verùm armatos pœnas delictorum dare eos volebat. In hunc modum miſerabiliter, vt quorum nulla ratio haberetur, peribant.

*Valachi transfugæ omnes cæſi.*

Pannones cum conſpicati eſſent Dacorum tranſitionem, primò mirabantur quid hæc ſibi vellent. Vt compererunt Dacos in hunc modum reconciliatos eſſe regi, grauiter ſuccenſuere, quòd turpiter admodum deſtituiſſent amicos ſuos. Verùm haud multo pòſt, vbi animaduerterunt vniuerſos, nullo eorum reſpecto habito, crudeliter interire, admiratione figebantur, cogitantes regis ſententiam, videlicet quòd non deſideraret huiuſmodi ſocios & auxiliares. Proinde plurimi faciebant, ſi quamprimùm abſcedere poſſent. Ioannes igitur excedens prælio, pergebat ad currus, & colloquebatur cum ducibus, qui ibi erant, dicens: Se venire cum ſuis ab ea hoſtium turma in qua ſteterit rex. Itaque vbi in Ianuas irruperit, & id per nuncium ſignificarit, vt vno impetu omnes aduenient, atque in Ianuas irruant. Hæc cum dixiſſet Choniates, circa extremam noctis vigiliam elegit eos qui optimè ad bellum erant inſtructi, & quos ſibi familiariſsimos ducebat: & illis qui curribus vehebantur, imperat, vt vbi primùm ſignum dederit, ſumma vi in Ianuas ferantur. Ipſe verò mutata voluntate, ad Iſtrũ inſtructo agmine quàm celerrimè properabat.

*Huniadis ſimulatio & fuga.*

Cum autem dies illuxiſſet, non amplius apparebat iis Pannonibus, qui relicti erant cum curribus, non procul ab rege ſubmoti. Turci videntes caſtra hoſtium eſſe vacua, & paucos admodum cum curribus eſſe relictos, admirabantur quid hoc ſibi vellet. Deinde quidam occurrebat, nuncians Pannones circa decimam noctis vigiliam fugiſſe trans Iſtrum. His auditis, peregrini arma capiunt, & curſu ferebantur contra Pannones ad currus relictos. Hi, cum cernerent ſe à ſuis deſertos & proditos, fortiter præliabantur, cum deſperatio virtutem accenderet aduerſus peregrinos. Nec multò

*Hæc ſub ann. 1448. feſto die Lucæ acta feruntur, vt refert Bonfin. ſed aliquantũ ab hoc diuerſus.*

pòſtperegrini cutrus conſcendunt, & per Pannones vecti omnes trucidarũt. At Pannones per cotum diem in conſerta hoſtium turba pugnantes, cum forent viri optimi & ſortiſsimi, tandem occubuere. Regem quidem ad perſequendos Pannones adhortabantur duces: verùm is eorum conſilia repulit, cum animo ſecum reputás, quænam paſſus eſſet à Choniate Chaſines filius

** Mazaia lu.*

*Mazaricis, cum perſequeretur Pannones. Volebat itaque præſenti fortuna melius vti. Cæſi ſunt in iſto prælio, vt accepi (vtrinque enim occiſi à Tryballorũ duce, poſtea dinumerati ſunt)

** 800.*

** Alij quadraginta millia Tarcorum cecidiſſe tradunt: alij 4000.*

Pannonum & Dacorum *decem & ſeptem millia, Turcorum quatuor millia. *Nam facilè dignoſcuntur à reliquis Turci, cum omnes ſint circumciſi. Præterea Pannones admodum decenter capillos nutriunt: Turci verò raduntur, relictis quibuſdam circa tempora capillis. Rex cum exceſsiſſet prælio, tollere iuſsit cadauera occiſorum. Turcos ſepulturæ mandari curauit, iuxta flumen Morabam prope ripam. Ioannes autem fugiens feſtinabat ad Iſtrum. Veſperi aduenit

** Sph-zanum.*

*Huniadis ſollicita fuga.*

*Sbetzanium vrbem regis. In ambiguo autem erat quomodo tutius profectionem facere poſſet, ne cognoſceretur à Myſijs, & in periculum deinde veniret, vt caperetur à Tryballorum duce. Haud enim Choniatem fugiebat, Georgium, cum quo ſibi inimicitię erant grauiſsimæ, id parare, vt ipſum caperet. Secum autem omnia diligentius reputanti & expendenti viſum eſt, vt ſegregatus ab reliquo exercitu, cum paucis tecta pergeret Belgradum. Hoc cum ſtatuiſſet Choniates, ſecunda noctis vigilia amiciſsimos ſuos & familiariſsimos aſſumens, alia gradiebatur via. Cum in hunc modum profectionem facerent, putabat ſe magis cognoſci poſſe. Antequam igitur dies adueniret, omnia ſecum in animo voluens deliberabat. Tandem decreuit conſultiſsimum eſſe, ſi incolumis præſens diſcrimen euitare velit, vt ſolus à ſuis ſeparatus iter ingrederetur. Exorto iam die cum ſolus iter faceret, ex equo deſcendens, pedes peruenit ad collem quendam. Videns autem Turcum hoſtiliter oberrantem, confugit in paludem aqua plenam, quæ in longum extendebatur. Deinde cum ex palude proceſsiſſet, peruenit in Georgij regionem. Incidens autem in Tryballos quoſdam, eos ſibi itineris duces parare volebat, promittens ſe ipſis mercedem daturum. Illi autem quemadmodum promiſerat Choniates, itineris duces facti, eum in itinere per inſidias truncare nitebantur. Eum igitur quaſi interfecturi, comprehendunt. Qui, vt rem ſenſit, ſtringens gladium, Tryballum illicò ſtrauit, cum eum in humerum vulneraſſet. Alter autem fuga ſibi

*Georgij inſidiæ in Huniadem.*

conſulens euaſit. Interea Tryballorũ princeps, cum comperiſſet Choniatem ab Amurate victum fugam arripuiſſe, miſit præconem, qui ſuis nunciaret, vt nulli Pannoni regionem tranſire concederēt prius, quàm interrogaſſent quiſnam eſſet, & quò abiret. Reliquos quidem paterentur incolumes & inuiolatos abire. Verùm ſi inueniſſent Choniatem, eum capere, & ad ſe adducere iubebantur. Principes itaque regionis ſuis edicunt, quemcunque Pannonem nacti fuerint, ad magiſtratus perducant, vt videant quiſnam ſit. Qui aliter fecerit, & huic edicto non paruerit, eum ignominioſiſsima morte periturum. Choniates igitur fame deficiens, quónam ſe verteret, neſciebat. Venit igitur in quendam Tryballorum locum. Ibi cum videret quoſdam Tryballos terram colere, ad eos iter flectebat, petens ſibi panem dari. Vt conſpicati ſunt agricolæ virum Pannonem adeſſe, & panem quærere, dixerunt: At, ô hoſpes, panis quidem tibi in promptu eſt; verùm neceſsitas poſtulat, vt te perducamus ad magiſtratum vrbis, qui quis ſis, excutiat. Magiſtratus vbi te viderit, continuò ad regionem tuam te abire ſinet: nec quicquam mali ab eo patieris. Nam (opinor) Choniatem quærunt. Reliquos Pan-

*Huniadis pericula.*

nones qui huc pergunt, dimittunt, nullum eorum reſpectum agentes. Agricolæ cum hæc dicerent, eum haud dimittebant. Verùm eum fortius comprehendentes, efficiunt vt confiteretur ſeniori, neceſsitate ſubactus, ſe eſſe Ioannem Choniatem. pollicebaturque magna hoſpitalitatis munera, opeſque & agros ſe daturum dicebat, ſi ductus fuiſſet inuiolatus, & ab nullo Tryballo viſus, Belgradum. Senior quidem virum agnouit, eumque ſuſcepit traducendum in regionem ſuam illæſum. Fratribus autem ſuis, quiſnam eſſet vir ille indicauit, pręcipiens ne quóquam abirent, & quis vir ille eſſet, enunciarent. Veſpere facto, virum deduxerunt in eam domum, in qua paleas & iumenta aſſeruabant, & diem craſtinum expectabant, vt Choniatem omnibus apparatis abducerent Belgradum. Eo autem die diſſenſio exorta eſt inter fratres. Hinc vnus de numero fratrum cõmotus, indicauit vrbis magiſtratui, vbinam eſſet Choniates. Aſſumptis itaque miniſtris, pergebant ad domum, in qua erat Choniates latitans in palearum receptaculis, eumque capientes abduxerunt ad vrbis magiſtratum. Magiſtratus autem eum vinctum deduci curauit ad præſidem, ſignificauitque eum eſſe deprehenſum latitantem in fœno. Præſes, cum adductus eſſet Choniates, eum in carcerem coniectum, ad tempus aliquod in arce detinuit. At

*Huniades à Seruiæ Deſpota captus.*

*Huniades dimittitur 1448.*

Choniates perſuaſit principi arcis & cuſtodibus vt ſimul cum ipſo inſurgant hoſtiliter cõtra pręſidem, & vrbem occupent. Cum quidam rei, quæ parabatur, conſcius inſidias patefeciſſet, etiam quid cuſtodes ſiue præſidiarij milites molirentur, cognitum eſt. Verùm hi occiſi ſunt omnes. Ioannes autem affinitatem iungens cum *illo, filiam ſuam filio eius *in matrimonium collocando, remiſſus eſt Budam in regnum ſuum. Et quidem hæc contigere in expeditione quam Pannones ſumpſerunt aduerſus Turcos, duce Choniate: eáq; expeditio quē diximus finem conſecuta eſt. Amurates reuerſus in regni ſui ſedem, non multo pòſt bellum Byzantio inferebat. Græcorum rege Ioanne defuncto, in Conſtantinũ, defuncti fratrem, regni ſucceſsio deuenit. Nam Ioanne mortuo, frater eius Demetrius in regni ſucceſsionē feſtinabat. Verùm

** Deſpota*

** Mathia.*

*Conſtantinus 8 Græcor. imp.*

pruhi

297

prohibitus eſt ab oppidanis, matre, arbitris, & ab Cantacuzeno, * Nataraq;, qui arbitrorũ partibus fungebantur. Timebant enim, ſi is aſſequeretur regnum, fore vt Conſtantinus exercitum peregrinum abducat, & ſic regnum regniq; res interituras. Expectarunt itaq; Conſtantini aduentũ, nec permiſerunt Demetrio vt regnum ſuſciperet. Ea tempeſtate Byzantium venerat & Thomas frater iunior, putans ſe regem adhuc ſuperſtitem inuenturum. Volebat enim quædam cum eo, in quibus eius opera indigebat, colloqui. Verùm rex mortuus erat, nec eum adhuc viuantem inuenire potuit. Repetit tamen maximam diſcordiam, quę exorta erat propter Demetrium, regnum Byzantium affectantem. Conſtantino haud multò pòſt Byzantium adueniente, Peloponneſum inter ſe diuiſerunt, & iuriſiurandi religio interpoſita eſt ne poſtmodum diuiſionem illam violarent. Verùm frater iunior naui in Peloponneſum vectus, vrbes Peloponneſiacas contra diuiſionis iuſiurandum ad defectionem ſolicitabat: & adhibitis Peloponneſiacis, qui ad ipſum confluxerant, bellum gerebat cum fratre ſuo Demetrio. Qui adducens exercitum regis Turcorum, cùm ad eam rem operam ſuam locaret vxoris frater Aſianes, fratrem coegit ſecũ pacem pangere: cum vtrinque rem totam permiſiſſent arbitrio fratris regia Cõſtantinopolitani transigendam, obſides fidemq; inuicem propter regionem dantes. Sub idem tempus quo hæc geſta ſunt, Amurates Mechmetis filius mortẽ obijt, in conuiuio ictus apoplexia, quam nimia vini conciuerat copia. Regnauit autem annis triginta duobus. Regni ſucceſſorem reliquit Mechmetis filium ſuum. Habuit & alterum filium, * quem tulit ex vxore ſua * Spenderæ filia Amurates, vir iuſtitiæ quique eximius cultor. Viſus eſt fortunæ aura non admodum aduerſa. Prouocatus, vt ſe defenderet, bella occipiebat. Laceſſitus, confeſtim in armis erat: non autem iniurijs irritatus, bellum ægrè ſuſcipiebat. Nec id ignauiæ adſcripſeris, nam ſi vis hoſtilis propulſanda erat, nec etiam hyeme cunctabatur per loca aſperrima incedere, nec penſi quicquam facere vel labores vel pericula. Hoc autem defuncto, regni moderamen nactus eſt Mechmetes. At quamprimùm mortẽ Amuratis acceperũt peregri * qui Adrianopoli erãt, inter ſe coniurarunt, vt vrbem eam caperent. In unum autem locum extra urbem collecti deliberabant, ubi uel quomodo urbẽ aggrederentur, ut hinc opes plurimas colligerent. Verùm Chartes * Priami filius, reliquos Ianuarum milites arma capere iubet; & illis minatur, ni continuò arma ponerent, exitium. Cùm autẽ arma depoſuiſſent, concionem dimiſit, dicens eos nequaquã ex bona cauſa iſtud moliri. Nec multò pòſt ex Aſia adueniens Mechmetes Amuratis filius ad regni gubernacula, rebus eam formam induxit, quam in præſentiarum vtiliſsimã fore rebatur. Cum Græcis fœdera ſanxit, ijſque maritimam Aſiæ regionem conceſsit. Etiã cum Triballorum principe pacem fecit, cui filiam, Amuratis vxorẽ, ipſius verò nouercam remiſit,

*Nataraq.*

*Paleologorum diſcordia.*

*Amuratis mors. an. 1450.*

*Calapinum, qui Chriſto initiatus Galixtus Othomanus dictus eſt.*

*Al. Sponderbei, vel Sponderbei filia.*

*Mechmet XII. Tur. rex 1440*

*nempe Ianizari.*

*Caramb.*

*Mechmetis cũ Græcis fœdus.*

putans ſe ei rem gratam facere. Regionẽ eidem quantam antea contribuit. Fratrem ſuum, cùm regni moderamẽ ſuſcepiſſet, peremit, cum aqua infuſa ſpiritum eius interclusiſſet. Hunc autem interfecit regis pincerna nomine Sataptares, qui haud multò pòſt fato functus eſt. Fratrem ſuum in hunc modum è medio ſuſtulit. Amuratis alteram vxorem Spenderæ filiã in matrimonium collocauit viro in Ianuis potentiſsimo, quem Iſaacũ nominabant. Hunc plurimùm diligebat, eumq; Aſiæ ducem declarauit. Fœdus percuſsit quoq; cum legatis, qui ab Peloponneſo aduenerant. Mortuo Amurate, Caramanus Haliſutius, qui iam antea non ceſſabat Aſianos incitare vt deficerent ab Turcis, & contra Otomanidas quoq; bellum ſuſciperent, ſperans eo modo ſe maximam potentiam nacturum, etiam eo tempore Aſianos plurimùm ad defectionẽ accendebat. Ingreſſus itaq; cum exercitu regis, regionem eam populabatur, & iumentorũ prædas agebat. Mechmetes vt audiuit Caramanum ſuam vaſtare regionem, rei indignitatem nõ ferens, illicò arma cepit. Et relinquens Sarazziem Ianuarum principem, cum quo ſibi arctiſsima int[…] venerat familiaritas, tranſgreſſus eſt in Aſiam, bellumq; Caramano indixit, eiuſque regionem euaſtauit. Caramanus regionem deſerens, in montium cacumina, quemadmodum antea conſueuerat, ſe recepit. Verùm poſtea legatos miſit ad regem, ſuadente Charite filio * Priami, dicens. Si pacem daret, ſe, vbicunq; vſui eſſe poſſit, ipſi miniſtraturum. Præterea ſe paratum eſſe confitebatur, reſtituere Candelorum. Quæ vbi intellexit rex, eum in fœdus admiſit. Reuerſus deinde, cùm veniſſet Calliopolim, peregrinorum numerum, qui non in eam expeditionem venerant, inquirebat. Ducem autem eorum, cui nomen erat Hagiapaſes, flagellis cæſum dignitate iſta ſpoliauit. Hagiapaſes pœnas iſtas propterea dederat, quòd regi contra Caramanum pergenti non indicaſſet, quinam adeſſent, quiue abeſſent. Septem millia virorũ erant, qui curabant accipitres regios, quos iſto ex ordine deturbauit, & milites eſſe iuſsit. Etiam canum curatores ab iſto officio mouit: inquiens ſibi ſufficere centum viros, qui canes: & quingentos, qui accipitres curent. Nec ſe eò ſtultitię proceſſurũ, vt velit alere hominum tantam multitudinem, propter rem quandam vanam & nouam. Adiuuit Demetrium Peloponneſiacũ principem in eo bello quod cum fratre geſsit, cui regione cedere recuſabat. Miſit ei auxilio Turachanem, vt Iſthmum penitus deſtrueret. Thomas quidem in gratiam redijt cum fratre, vt in poſterum inter ſe amici & hoſpites forent. Vrbem Calamatam ei dedit pro Scortorũ regione, quam fratri ademptam poſsidebat. Hæc quidem hactenus. Tzaniſes Cariſuphis filius, legationẽ miſit ad regem, petens ne regionem Sebaſtiæ finitimam popularetur. * butyri, & mille camelos.

*Sarazzies.*

*Caramb.*

*Deeſt aliquid.*

Cæterum omiſit bello eum petere, quamuis prior bellum indixiſſet hoſtis. Tzaniſes autem ille pertinet, vt ſuprà memorauimus, ad nigros

**Brizia.*

Mauroprobantes dictos, qui Cariaſuphis filios priuans * Dabtiza, compulit eos in Samariam vrbem: quos profectus à Pagdacia Babylone, obſidione premebat. Deinde ſubiugans Armeniam, exercitum mouit contra * Erzegenam Armenorum regiam ſedem, eamq́; occupauit, habens in ſuo exercitu circiter octo myriades hominum. Hinc mouens, ingreſſus eſt in Aſiam, & Mechmetis regionem vaſtare aggreſſus eſt. Qui circa Sebaſtiam colebant, ne ipſorum regio vaſtaretur, butyri magna onera portabát, & ſuam regionem à populationibus illęſam retinebant. Tzokies vnus de numero Temiris nepotum, profectus ad Semarchanda, eam Cariaſuphis filij regionem ſubegit. Præterea Pagdaciam Babylonis vrbem, vt ſuprà edocuimus, obſidione cinxit. Chaſanem cognomento Longum in inferiorem Aſiam & Armeniam mittens, omnia quæ ad iſtam regionem pertinebant, in poteſtatem accepit. Hæc quidem hactenus.

**Erzingam.*

## LIBER OCTAVVS.

APpetente iam æſtate, Mechmetes Amuratis filius præparans [...] Aſia plurimùm calcia, condere inſtituebat in Europa, iuxta Propontidem in Boſphoro, quà via ad transfretandum ex Aſia arctiſsima eſt, vrbé Læmocopiam nuncupatam. Vniuerſos qui in Europa & Aſia erant, ad id opus perficiendum edocabat. Qui cùm impigrè aduenißent, ædificare auſpicati ſunt, cùm prius in ſingulos duces & præfectos opus vniuerſum fuiſſet diſtributum. Cauſa, quæ regem ad eam vrbam extruendam impelerat, hæc erat: videlicet vt tranſitus in Aſiam ſibi facilis eſſet, & ne Occidentales venirent, nauibuſq́; traiectum impedirent, nouaſque res in Aſia molirentur. Eam vrbem plurimùm quoq; conferre iudicabat ad Byzantij oppugnationem. Turres etiã tres, quas maximas nouimus, poſuit, duas extruxit iuxta continentem, vt ab his progreſsi, irruere poſſent in naues quæ mare legerent. Harum alteram fecit maximã. Turres præterea plumbo intexit. Latitudo muri erat pedum viginti duorum: at turrium latitudo erat maior, continens triginta pedes. Cum muri iam ſtarent, quos opere intra tres menſes abſoluerant, impetũ dedit in Byzantij regionem, ex profeſſo cum Byzantijs bellum gerens. Hyeme iam inſtante Turachanem in Peloponneſum miſit, vt ibi bello laceſſeret Græcorum regia fratres. Hic aſſumpto Theſſaliæ & Europæ exercitu quantus Pherris erat, & Europæo duci parebat, profectus eſt cõtra Peloponneſum, adhibitis etiam ſuis filijs. Additi ſunt huic & Theſſaliæ Macedoniæq́; vrbium principes. Omnibus igitur paratis, per mediterraneam, quam olim Arcadiam dixere, & per Tegeam Mantineamq́; exercitum ducens, venit in Ithomæ & Meſenæ regionem. Cum autem diebus multis iumentorum prædas ex ea egiſſet, tandem etiã Neopolichnem cepit. Obſidione deinde Sidetopolichnen circumuenit: quam cum ſuæ ditionis facere non poſſet, exercitũ abduxit. Cùm autem cum exercitu proficiſceretur, Achmates iunior Turachanis F. captus eſt ab Aſane, qui erat frater vxoris quã duxerat Peloponneſi princeps. Hic enim ei inſidias ſtruxit circa Mycenarum regionem, quà erat iter facturus hoſtis. Achmatem captum deduxerũt in Spartam ad principem, eumq́;, donec ſuis teſtitueretur, in vinculis habuere. Æſtate deinde ſequente, vbi primò ver apparuit, Machmetes Amuratis filius expeditionem contra Byzantium ſumebat. Iam antea iſtam expeditionem mente conceperat, verùm prius in Propontide vrbem Læmocopiã ædificare volebat. Cùm autem hyems adhuc ſęviret, edicit vt omnes qui in Aſia, quiq́; in Europa agerent, ad maritima loca conuenirent, ad claſſem fabricandam. Naues & triremes fabricabantur. Bombardas fieri curauit maximas, quantas nouimus ea tempeſtate nunquam extitiſſe. Cùm iam tempus poſtulare videret, vt ipſe bello ſe immiſceret, Europæ ducem Saratziam iubet cum exercitu Europæ præcedere: bombardas & reliquas belli machinas, necnon bombardam maximam Byzantium ſubuehere. Tanta huius bombardæ magnitudo extitit, vt à ſeptuaginta iugis boum & à viris bis mille trahenda fuerit. Saratzias vbi aduenit Byzantium turres, in quas agricolæ ſe recipiebant fugientes hoſtem, quaſdam fame expugnauit, quaſdam vi cepit: viros inde abductos necauit. Etiã Byzantij regionem grauiſsimè populationibus accedens afflixit. Nec multò poſt ſecutus eſt rex ipſe, & caſtra poſuit, quæ ab vna maris parte in alteram porrigebantur. In eo loco quià dextra regi erat, vſq; ad eum locum qui Aureæ portæ dicitur, caſtrametatus eſt Aſianus exercitus. In ſiniſtra parte iuxta locum qui Lignea porta appellatur, Europæ exercitus tendebat. In medio regia caſtra ſita erant cum peregrinis & Ianuæ militibus, qui caſtra circa regem ponere conſueuere. Zoganus regis affinis è regione ſupra Galatiam vrbem caſtra communierat. Quadraginta myriades hominũ dicuntur tum temporis in exercitu regis fuiſſe. Numerum autem iumentorum apud omnes cõſtat duplo maiorem fieri, vt ſatis alimenti pabuliq́ue equis hominibuſq́; ſit. Soli etenim Turci quod ſciam, ſibi neceſſaria ſemper apportant, quocunq́; tandem bellandi gratia proficiſcantur. Præterea vt commeatuum copia abundent, camelos & mulos quàmplurimos, vt in neceſſarijs ſeruiant, ſecum ducunt. Mulos quidem habent propter aliam ipſorum felicitatem. Singuli verò equos, camelos, muloſq́; pulchriores oſtentandi gratia adducunt. Rex cùm veniſſet Byzantiũ, haud multò pòſt ſecuta eſt claſsis regia, in qua erant triremes triginta, naues minores ducentæ. Græci vbi intellexere aduerſum ſe aduentare claſſem regiam, Cathenas ferreas ab vrbe quę ex aduerſo erat, extenderunt in Byzantij murum prope arcem. Naues præterea quotquot aderant, quarum quædam auxilij ferendi gratia, quædam mercium appulerant, intra cathenas ſtatuunt, vt aditu regiam claſſem excluderent, ne intra portum

*Læmocopia arx iuxta Seſtum, nunc Bogazaſar, quaſi [...]li incijuram ſi ue punctudicas, [...] ticch, odei Kragab vocatur.*

*Mechmetis ædificia.*

*Peloponneſi oppugnatio.*

*Belli Conſtantinopolim trãslatum.*

*Conſtantinopol. obſeſſa.*

*Annonæ ratio apud Turcos.*

*Cathenæ ferreæ apud Byzãtiũ, & portus Conſtantinopolitani deſcriptio.*

tum veniret. Is enim ad vrbē patet ſtadijs octoginta, & in continentem ſe porrigit ſtadijs centum & quinquaginta. Vrbis quidem illius mœnia haud admodum firma ſunt, nec admodum magna flumina habet, vt naues aduenientes periclitentur. Quà verò vrbs ſpectat continentem, muros habet duos firmiſsimos. Vnus magnus & memorabilia eſt: alter extrà ſitus eſt, verùm præcedente minor, foſſam ſubiectam habens latitudine ingeri, lapidibus extructam. Rex cum Græcis delibetabat, vbinam reſiſtendum eſſet

*De obſidione deliberatio.*

hoſti. Tandem viſum eſt, vt irent in exteriorem murum, qui foſſa munitus erat, & repugnarent hoſti, quemadmodum fecerant, cùm Amurates Byzantiū oppugnauerat. Rex Mechmetes continuò machinas plurimas vrbi admouit. Bombardas duas expediebat, quibus mœnia ſterneret. Vnam oppoſuerat regali Græcorum palatio: alteram direxerat in Romani nominatam portam, ad quam regis caſtra erat. Erant autē Bombardæ per caſtra vndiq; diſperſæ, quæ globulos in Græcos iactabant. Bombardæ quas rex habebat, duæ maritimæ, emittebant lapidem qui appendebat * talenta duo, aut amplius. Lapides hi nigri erant, & apportabantur ab Euxino ponto per eos quibus rex id negocij dederat. Bombardarius regis nomine Orbanus genere Dacus erat, & antea conuerſatus erat cum Græcis. Deinde relinquens Græcos inopia rei familiaris, acceſſerat Isnuas regia. Hic ab rege conductus, magno precio bombardas parabat. Ea autem tempeſtate, qua Byzantiū oppugnabatur, bombardæ duæ, quæ ſtabāt ab vtroq; latere maioris bombardæ, incendebantur. Hæ emittebant lapidem cuius pondus erat dimidium talentum * Hæ itaq; cùm globos ſuos torquerēt, muri lapides perfringebant. Eos deinde ſequebatur bombarda maxima, quæ torquebat globum cuius pondus continebat tria circiter talenta, & magnam muri partem ſternebat. Nam is globus mirum in modum magno impetu latus, grauiter omnia diſsipabat. Bombardæ huius tonitru tantum eſſe traditum eſt, vt finitima regio vſq; ad quadraginta ſtadia concuteretur.

** vltra centum librat.*

*Vrbanus magiſter bombardarū Valachus.*

** Quinquaginta libre.*

*Conſtantinopolis oppugnatio.*

Murus externus, necnō turres bombardis ſubijciebantur. Etiam internus murus bombardis arietabatur. Bambarda maxima interdiu ſeptē eiaculabatur globos, noctu vnū, qui diei ſignum erat: & indicabat vbinam eo die globos torqueri oporteret. Et quidem primò terror inijciebatur Græcis maximus. At peregrini & reliquus exercitus parantes tegmenta & pluteos ex luto rubro & albo pro caſtris, ſubibant murum, & ingrediebantur foſſam vrbis, ſatis muniti & tectiijs tegmentis. Præterea perfodientes eum locum qui extra foſſam erat, faciebant foramina, ex quibus bombardarum globulia & ſagittis grauiter afflixere Græcos, cùm interim ipſi nihil mali ab his paterentur, nec quoque videri poſſent. Nam ne nocere quidem Turcis Græci, & ſi maximè voluiſſent, poterant. Rex quoque curauit effodi cuniculos, qui in vrbem ferrent. Foſſores, qui cuniculos agebant, excitatunt turres quatuor excelſas, quæ inſiſtebant machinis ligneis, & alia propugnacula, ex quibus illicò ignem iacularentur in hoſtem. Cuniculi tamen haud proſperum inuenere euentum. Nam Græci, vt ſenſere hoſtem cuniculos agere, fodiendo Turcis occurrerunt: eoſq; iniecto igne expulēre cuniculia, cuniculoſq; obtinuere. Turci parabant turrim ligneam excelſam admodum. In ſuprema eius parte ponebantur ſcalæ plurimæ, quaſi iſto propugnaculo freti, murum tentare & ſuperare vellent. Hæc quidem in continenti fiebant, ſi quomodo tandem vrbis oppugnatio procederet.

*Cuniculis vrbem ſuffodere conati fruſtrantur.*

*Oppugnatio maritima.*

Quo pacto autem vrbs illa mari oppugnari cœpta ſit, nunc exponam. Cùm nō poſſet naues à mari appellere intra portum, vt vrbs ſimul terra mariq; oppugnationem ſuſtineret, ſtatuit ſuprà, iuxta Zogani caſtra, nauigia reflectere, ibiq; ea quaſi munimentum contra portum collocare. Et hic quidem in ſuperiore parte per montem nauigia tranſportauit, quæ velis remiſq; inſtructa, in littus portus egit. In hunc modum naues tranſmiſit ſeptuaginta, necnon alias naues, quæ tribus & quæ quinq; impellun tur remis. Omnia ſic erant ordinata, quaſi in craſtinum intra portum nauigare vellent. In littora ſtabant milites parati propulſare hoſtes bombardia, ſi accederent, prohibituri deducere naues. Græci vbi animaduerterunt naues hoſtiles in littore portus ſtare, naues quotquot ad manus erant, militibus implauerunt, conantes accedere, & regis naues incendere. Græci vbi primùm hæc ſententia recepta eſt, id facere aggreſſi ſunt. Implentes itaq; nauigia armatis, profecti ſunt, vt comburerent naues regis in portu ſtantes. Turci vt intellexerunt Græcos accedere, bombardas arripientes, naues Græcorū duas cotruperunt, quæ continuò mergebantur. Viri qui natare neſciebant, à Turcis capti ſunt. Turci vbi primùm dies appatuit, captiuos ad vrbis portas adductos, in Græcorum conſpectu mactarunt. Erant & apud Græcos quidam Turci, qui in vinculis aſſeruabantur. Græci igitur hos in pinnas muri rapientes, è regione hoſtilium caſtrorum interemerunt. Et in hunc modum captiuorum cædes compenſata eſt. Naues regiæ, cùm nemo eſſet qui eas prohiberet, nauigarunt ad vrbem. Quò cùm appuliſſent, rex illicò pontem fecit è regione continentis, quæ Ceramariorum appellatur. Is in vrbem ferebat, & extructus erat ex dolijs, quorum ſemper duo coniungebantur, & fortiter connectebantur. Per eum ex Zogani caſtris ad vrbem iter erat. Et quidem in hunc modum contigit, vt vrbs omni à parte obſidione arctaretur. Copiæ quoq; Græcorū ſubinde infirmiores reddebātur, cuius cauſa erat vrbis amplitudo. Ambitus .n huius vrbis maximus eſt earum quæ apud nos ſunt vrbium. Continet enim in circuitu centum & vndecim ſtadia. Cùm autem milites vndiq; per vrbem diſtribuerentur, accidit vt minus munita foret, cum exercitus in hunc modū diſtraheretur. Iam quadraginta diebus murus bombardis fortiter quaſſatus erat. Ceciderāt turres quatuor, necnō alia propugnacula, murique pars magna. Corruerant præterea turres maioris muri bombardis ictæ.

*Conſtant. amplitudo.*

diſictæ. Gręci quidem primò & ipſi bombardas ſuas expediebant, eaſq́; in hoſtem dirigebant. Græcorum bombardæ emittebant globum, cuius pondus erat talentum cum dimidio. Harum vnam opponebant Mechmetis bombardæ maximæ. Verùm quando globũ eiaculabatur, tantus edebatur ſonus, vt mœnia mouerẽtur, Græciſq́; plus detrimẽti quàm Turcis inferret. Quapropter parùm efficiebant. Bombarda enim, quam habebant, maxima, vbi primùm incenſa eſt, diſsiluit. Hinc irati contra bombardariũ inſurrexerũt, quaſi muneribus ab Mechmete corruptum, eumq́; capitis anquirebant. Cùm autem nullum ſatis manifeſtum ſignum, quo crimen comprobarent, inuenirent, crimine eum abſoluerunt, atq; impunitum dimiſere. Mœnia, quæ Turci bombardis ſtrauerant, noctu ſcalis quibuſdã & dolijs obſtruentes, reficiebant ſumma celeritate. Interea cùm hæc fierent, nunciatur Mechmeti, duas naues onerarias ex Ægæo nauigare Byzantium. vna quidẽ, & quæ magnitudine præſtabat, Ianuenſium erat: altera verò erat regis Græcorum, commeatum adportans. Hæc vbi accepit rex, continuò triremes & alias naues militibus compleri iubet, quas miſit contra hoſtiles naues, in propinquo exiſtẽtes: quia ſatis ſecundo vento ferebantur in vrbem. Regię naues & triremes pergunt quò iuſſæ erant. Primoq́; Græcam adoriuntur nauem, quæ propemodum capta fuiſſet, ni Ianuenſium nauis teuerſa laboranti naui ſubſidio veniſſet. nam maximo impetu ruebat in regias triremes. Rex ex littore inclamabat ſuos, eoſq́; iubendo & adhortando quò magis accenderet, interdũ equo ingrediebatur mare. Verùm Græcorum naues inuiolatæ optatum contigere portum. At in eo certamine vulneratur oculus regij nauarchi, cui nomen erat Pantogles, à ſuis, vt ipſe teſtatus eſt coram rege: & manifeſtò aſſeuerabat, ni vulnere fuiſſet impeditus, ſe facilè naues in ditionẽ potuiſſe accipere. Cùm ſic factũ excuſaret, ſupplicium quod minitabatur rex, euaſit. Eos autem quos ſuſpectos habebat rex, capi & in vincula duci iubet, quaſi expetiturus pœnas. Murus cũ iam ſatis eſſet diſiectus, peregrinique facilè penetrarent in vrbem, iuſſit ignes ſolitos vndiq; per caſtra fieri. Cętera quoq; ita inſtruebat, quaſi qui tertio ab eo die vi irrupturus eſſet in vrbẽ. Miſſo itaq; præcone in caſtris pronunciat ſe vrbis prædam & mancipia militibus conceſſurum. Interea quum hæc parabantur, & murus bombardarũ impetu iam diruptus eſſet, Scenderis, qui Sinopen regebat, filius, nomine Iſmael, ad Græcos abijt, & cum eis in hunc modum orationem habuit. conabatur enim Græcos ad fœdera ſancienda cum rege perpellere: Res veſtræ, viri Græci in ſummo diſcrimine nunc verſantur. Quare non mittitis legatum ad regem, petitum pacem? Si mihi vultis negocium iſtud committere, facilè eò inclinabo regis animum vt vobiſcum fœdus feriat. Nam nõ dubito, quin gratiam maximam ſitis relaturi ei qui illud vobis effecerit. Et ni quàmprimum fœdus interuenerit, vrbs veſtra fœdiſsimè diripietur, & vos ad internecionem omnes miſerabilem in modum peribitis: Vxores & liberi veſtri in mãcipiorum numerum referentur, & in calamitatem deuoluemini intolerandam. Mittite igitur, mora omnis abſit, legatũ ad regem, & pacem vobis conficiam. Hæc locutus eſt Iſmael Græcis. Deinde conſilia in vnum conferentibus, viſum eſt vt legatus abiret ad Mechmetem, tentaturus ſententiam regis, quam ſuper Græcis iam mente concepiſſet. Is autem qui ad regem legatus ire iuſſus erat, haud erat vir admodum illuſtris, & claro genere natus. Quem, cùm veniſſet ad ianuas regis, opera Iſmaelis, rex iuſsit renunciare Gręcis, vt tributi nomine quotannis decem miriades aureorum numerent. Sin autem conditio hæc ipſis impoſsibilis viſa fuerit, abeant relinquentes vrbem ſinguli cum bonis ſuis quocunque voluerint. Sententia Mechmetis vt propoſita eſt Græcis, ad conſultationem vertuntur. Tandem multis vltrò citroq́; dictis, ea ſententia vicit, cuius tenor erat: magis repugnandum eſſe hoſti, quamuis ingens diſcrimen ſe oſtenderet, quàm ignauiam imbellem ſequi: & nullo cõmiſſo prælio abnauigare, deſerentes vrbem. Ego exiſtimo legatum Græcorum cum huiuſmodi reſponſo ab Mechmete ad Gręcos dimiſſum, vt eorum animos tentaret. Nam cùm foſſas eorum cerneret vſq; fieri ad repugnandum inhabiles, conabatur explorare, quænam Græcorum in præſenti diſcrimine eſſet ſententia: prætereanum res eorum adhuc aliquid roboris ſiue firmitatis haberent. At Græci in hunc modum quem diximus, ſe gerebant. Rex, cùm omnia ad oppugnationem ſatis inſtructa & parata forent, conuocans peregrinos, eos ſic allocutus eſt: Viri peregrini, meique filij, qui ſemper rem præclarè geritis, quocunque belli tempeſtatem vertero, in vobis certò ſitum eſt, vt vrbs illa occupetur. Scitis, cùm ſententiam vobis interrogarem, quod reſpondiſtis vrbem captu eſſe facilem, ſi ſaltem muri ſternerentur. Circunductos igitur vos interrogaui, ſi ſatis iam muri diſsipati videantur. Tantum igitur muri, quantum ſatis apparebat vobis, bombardarum impetu corruerat. Nunc itaq; cùm tempus poſtulet vt oppugnationem vrbis occipiamus, hęc vobis proponere volui. Vos qui vbiq; cùm apud me, tum apud maiores noſtros ſemper plurimum laudis & gloriæ rebus fortiter geſtis inueniſtis, rogo Græcorum regnũ parare velitis. Haud vos præterit, quot nobis in Europa Aſiaq́; præfecturæ ſint. Harum & pulcherrimam & optimam ei dabo, qui primus in ſupremum murum euaſerit. Eundemq́; pro dignitate honorare non ceſſabo. Hanc autem ei gratiam referam, vt à me accipiat principatum opulentum: & ſedulò annitar, vt plurimum ab noſtri generis hominibus honoretur, & celebretur. Portò ſi reſciuero, dũ oppugnatio feruet, aliquẽ in tentorijs manere, & muri oppugnationem refugere, is profectò, etſi inſtar volucris alas haberet, nũquã noſtras, quo minus ſupplicium det, effugiet manus. Ita igitur, pugnam iſtam & pulcherrimam & opulentiſsimã capeſsite. Nam manent vos, quorum potie-

*Naues ſubſidiariæ.*

*Pantogles.*

*Orator Turcorũ ad deditionem hortatur.*

*Legatio Græc. ad Turcam.*

*Mechmetis aſtus.*

*Mechmetus ad ſuos oratio.*

potiemini, in vrbe iſta mancipia plurima & precioſa, mulieres & liberi, diuitiæq; plurimæ. Hęc dicentem decuriones & manipulorum ductores, qoi aſcenſum muri, qua parte irrupturi erát, deijci bombardis iuſſerant, regem bono animo eſſe iubent, vt qui in vrbem citra omnem tergiuerſarionem ſint procurſuri. petebant autem vt rex ipſi a hanc gratiam rependeret. In vincula duci præceperat rex viroa, qooa ſuſpicabatur victoriæ naualis impediendæ gratia gubernatoris oculum vulneraſſe. Hoa vinculis eximi, & impunitoa dimitti flagitabant. Rex peregrinorum preces haud eſt auerſatus: verùm vt ijs rem gratam faceret, captiuos carcere emiſit. Interea cùm iam tempua, quo oppugnationem auſpicaturus erat, inſtaret, per caſtra edici iubet, ſe in craſtinum maturino tempore oppugnaturum vrbem. Pronũciat munera & dona ei qui in iſta oppugnatione ſe optimè geſſerit: illi autem qui ſe prælio ſubtraxerit, capitale ſupplicium præmium fore edicit.

*Zychdes, Turcorũ ſacrificuli.*

Zichides in caſtra progreſsi, in memoriam redigebant Turcis gloriam, qua hactenus claruiſſent. Præterea dicebant, Heroa ijs qui in prælija occumberent, ſempiterná polliceri beatitudinem. Commemorabant & alia, vt gens illa aſſolet.

*Ioannes Iuſtinianus Longus.*

Græci virum Ianuenſem, qui auxilio venerat cum naoe maxima & trecentis armatis, eo loci cum ſuia conſiſtere iubent, vbi rex & peregrini irruptioné facturi erant. Ibi ſtantem cum ſuis armatis vim hoſtilem amoliri volebant. Haud procul aberat rex Græcorum cum ſuis, vt quàm fortiſsimè hoſtes propulſaret. Etiá Cardinalis Iſidorus Sarmatarom antiſtes, cuius antè meminimus, Græcis, penes quos ea tempeſtate erat, auxilio fuit. Aderat enim vt ſynodum congregaret, & Romano pontifici Gręcos reconciliaret. Hæc quidem paulò antè confecerat. At Græcis illa cum Romanis reconciliatio nimis ſera extitit.

*4. Cal. Iul. 1453. die Martis, capta Conſtantinopolis, 54. die obſidionis Aliter Sabell. lib. 6. Enn. 10. qui factũ ait 1452.*

Rex Mechmetes cum tempus iam aduenisſet (erat autem Martis dies) vt oppugnationé vniuerſis copijs aggrederetur, cymbala, cornua, tubaſq; canere iubet. Signumque occipiendæ oppugnationis dedit: & vrbé ſummo mane fortiter oppugnabant: irruenteſq; in vrbem præliabantur magna virtute. In eo muro qui portum ſpectat, Græci fortiſsimè reſiſtebant, Turcoſque magnanimiter expellebant. Etiam capita quorundam, qui ſcalia admotis murum ſuperare conabantur, amputata de muro deuoluebantur, cum Græci ſumma vi mœnia defenſarent. Ea parte qua rex cum peregrinorum manu irruptionem fecit, Ianuenſes armati vi ſubmoti ſunt. Longus horum dux vulneratus eſt manum, ictus bombardæ globulo. Reliqui armati haud manſere à vulneribus intacti. Deſerentes igitur locum quem occupauerant, Ianuenſes in fugam vertuntur, qoos fugientea cædebant Turci. Longus dux cedebat: eum ſequebantur armati, quos hoſtili animo inſequebantur Turci. Rex Græcorum vt accepit Ianuenſes ceſsiſſe loco, quem defendendum ſuſceperant, & fugam inire, accurrens citato gradu, Longum percunctantur, quónam abiret? Cui Longus reſpondit, eà quà Turcis Deus ipſe iter aperit. Verùm rex Græcorũ ad Cantacuzenum & alios paucos conuerſus, dixit: Eamus ô viri forti animo contra barbaros iſtos. Cantacuzenus, cùm fuiſſet vir optimus, in eo prælio mortem oppetijt.

*Cantacuzeni imp. mors.*

At rex Græcorum Conſtantinus in fugam coniectos eſt, hoſteſq; continuò inſequentes eios humerum vulnerarunt: atq; mortuus eſt. Reliqui Græci vbi conſpicati ſunt peregrinos ad magnum murũ corſitare, miſsilia & ſagittas & lapides deſupernis torquere: præterea Longum cum ſuis armaris in fugam effundi, & inſequi fortiter peregrinos: nec ipſi dubitarunt fugam arripere, cùm ſinguli extra murum ſe iactare cuperent, vt euaderent hoſtium manus. Cum fuga celeri eſſent delati ad Romani nuncuparam portam, impediti affluenti vndiq; hominum turba, humi cadebant. Deinde alij accedentes per iacentes incedebant. In hunc modũ aſcendentea in eos qui ceciderant, ſtudio tranſeundi magnum feceront aceruó hominũ, adeò vt nullus eò elabi poſſet. At ſic nullo reſpectu habiro, periere plurimi, cùm alius aliũ fuga præuenire feſtinaret, & in miſerabile hoc veniebant ſpectaculũm. Portæ quoque claudetur oppletæ corporibus Græcorum, cùm per ea exirum quæreret vadentes.

*Expugnatur Conſtantinopolis.*

Peregrini muro magno ſuperato (nam & huius partem bombarda maxima diruerat) earuebant in vrbem, quam diripiebant, euntes qoà cuiq; liberum erat, nemine prohibente. Græci quidam, vbi primùm fama captam eſſe vrbem volabat, fuga ferebantur in portum ad Venetorum & Ianuenſium naues. Plurimi naues cũ ſumma celeritate ingreſsi intercidebant, nauibus altò merſis. Eaq; contingere videbantur quæ contingere ſolent in eiuſmodi turbis, cùm omnes nullo ornatu nulloq; ordine ſuſq; deq; currerent, vt ſemetipſoa ſeruarent, tutos ab imminenti periculo. Et hi quidem Turcorum manus euitarunt. At vrbia ianitoras ignorantia & inſcitia infelice vſi cum cernerent Græcos conuerſos in fugam, ad naues properare, & impetu in eos qui ſalutẽ conſequerentur ruere, putabant, ſi eos clauderent intra vrbem, fore vt cogerentur redire & redintegrare prælium cum hoſte. id conſilij ſuggerebat oraculũ quoddam in vulgus decantatum, fore videlicet vt cum hoſtes venirent vſq; ad ciuitatis locum Tauri dictũ, & oppidanos perſequerentur, oppidanos tum conuerſos, neceſsitate ſic vrgente, hoſtẽ expulſuros, vrbemq; fortiter retenturos. Huic oraculo arbitror fidẽ accõmodantes ianitores, claues de moro extra vrbem iactaſſe. Cùm autẽ turba magna virorum & mulierum huc cõflueret, tandem contendebant ad maximum vrbis templũ S. Sophiæ dictum. Huc cõgregabantur viri pariter & mulieres, liberiq;. Nec multò pòſt capti ſunt à Turcis citra prælium, plurimiq; viri intra templum à Turcis trucidati ſunt. Reliqui Græci per vrbem fuga diſsipari, quò ſe verterent, vt effugerent præſens diſcrimen, neſciebant. Haud multò pòſt quidam eorum pecorum mora trucidati, quidam capti ſunt. Plurimi Græci cùm forent viri boni, fortiter ciebant pręlium, eligentes potius pro patria

mori

mori quàm videre vxotes & liberos prædam fore hoſtiũ. Theophilus exortus Palæologorum genere fortiter dimicans, in ea pugna occubuit. Palæologorum ſocij pater & filij eius, manus conſerentes magno animo, cæſi ſunt in eo prælio. Complures Græci alij, qui latera regis ſtipabant, occiſi ſunt, nequaquam ſuſtinentes videre patriam in ſeruitutem hoſtium redactam: per vniuerſam vrbem plena omnia erant cædentibus & cæſis, fugientibus & perſequentibus Notaræ regis præfecto & Orchani Mulſumanis nepoti, vt ipſi Græci iudicarunt, hæc acciderunt. Cùm audiuiſſent captam eſſe vrbem, accurrerũt ad turrim quandam vrbis, quaſi hîc deliberaturi, an omnes fuga ſibi conſulere deberent. Cùm in hanc turrim adueniſſent, Orchanes obſitus pannis cuiuſdam * Nazaræi, ſeipſum præcipitẽ ex turri dedit, eoq; caſu mortuus eſt. * Notares obſidione circundatus, tandem in conferta hominum turba ſimul cum liberis in hoſtium poteſtatem venit. Peregrini continuò regis caſtra mulieribus & pueris, qui erant Græcorum illuſtrium liberi, repleuerunt: magnaſq; inde opes ferentes, admodum opulenti facti ſunt. Videre erat regia caſtra plena viris & mulieribus ſe inuicem vocantibus, necnon libetis iſta calamitate admodum attonitis & perculſis. Multum auri argentiq; ex vrbe in caſtra portabatur: lapidũ precioſorum copia erat maxima. Locus caſtrorum omnigenis veſtibus replerus erat, adeò vt vno die ditarentur iſta caſtra admodũ inſigniũ virorum diuitiarum & cæteræ felicitatis abundantia, vt dubitarent Turci quo pacto ea rerum omnium copia frui poſſent. Vendebantur lapides precioſiſsimi paruo precio: quia peregrini eorum precium ignorabant. Interdum aurum pro aurichalcho peregrini vendebant. In hac rerum turba miſerabili captus eſt Cardinalis Iſidorus * Sarmatarũ antiſtes: qui ductus in Galatiam vrbem, venditus eſt, & conſcenſa naui profugit in Peloponneſum. Si rex Turcorũ virum hunc nouiſſet, videlicet quòd Cardinalis eſſet, certè eum interfeciſſet, nec eum fuga elabi permiſiſſet. Verùm eum quoq; inter cæteros occiſum eſſe putaret, nullã eius rationem habebat. Poſt hæc quidam [illegible] regis Græcorum ad regem attulit, & ab eo munera magna, necnon principatum accepit. Quomodo autem Græcorum rex interierit, peregrinorum nullus explicare potuit. Creditur tamen in porta, ſicut & reliqui, expiraſſe: cùm regnaſſet annis tribus, & menſibus tribus. Venêre in hoſtium manus viri Veneti illuſtres, qui mercium gratia Byzantium appulerant: necnon alij plurimi: quos eadem neceſsitas cum triremibus eò pertraxerat, Græci igitur eos haud abire ſinebant: verùm in præſenti rerũ diſcrimine eos auxiliares adeſſe volebant. Venetorum * iudex qui præſtare videbatur, ad regẽ deductus cùm eſſet, interfectus eſt. Reliqui deinde dimittebantur. Omnes hinc etiam qui erant de claſſe regis, accingebantur ad prædam. Venetorum triremes ſolutæ ferebantur, hominibus vacuę, per Helleſpontum: & die tertio * Euiam appellunt. Nam plurimos eorum Græci ex nauibus deducentes, diſpoſuerant ad cuſtodiam vrbis, per muri pinnas eos collocantes. Verùm capti ſunt: quidam eorum interempti ſunt. Triremes aduenientes, Byzantinam calamitatem nunciant. Omnes quò abirẽt, parùm ſciebant. Exiſtimabant enim eandem calamitatem quamprimùm ad ipſos peruenturam. Penè omnes quotquot Ægæi maris inſulas incolebant, fugam arripiebant. Græcorum duces, & omnes qui in Peloponneſo erant, iſta calamitate territi, feſtinabant ad mare. Quapropter poſtea accidit, vt Albani, qui in ea erãt, ad defectionem properarent. Rex quidem occupato Byzantio, Zoganum affinem ſuũ nauea adſptare iuſsit, & pergere in vrbem Galatiam èregione ſitam: & imperare, ne ad naues pergant. præterea edici iubet ijs qui intra vrbem erant, vt ſinguli in ſuo loco quieti manerent, nec paterẽtur quenquam conſcendere naues. princeps enim huius ciuitatis vbi comperit Byzantium in poteſtatem veniſſe hoſtium, timens ne ſimile exitium ſe ſuoſq; raperet, accipiens vrbis claues, veniensq; ad regem ſeq; vrbemq; & ciues eius fidei commiſit: promiſitq; in poſterum ſe ſuoſq; fideliter & obedienter ſub ipſo fore. Quapropter rex miſit Zoganum, vt vrbem in fidem acciperet, & nulli concederet intrare naues. Verùm eius vrbis ciues, vbi vidiſſent triremes regias accedere, omnes vno impetu & confertim cœperunt irruere in naues. At Turci retinebant eos, & vt cæteris metũ iniicerent, quoſdam trucidarunt. Zoganus cùm aduenisset, vrbem ingreſſus eſt: & rempublicam ordinans, regium præfectũ vrbi præfecit. Vno itaq; die duarum vrbium potitus eſt. alteram ſœdè diripuit, alterá in fidem ſuſcepit: eiuſq; incolas, muros qui continentem ſpectant, diruere iuſsit. Id autẽ ea gratia imperabatur, ne ſi naues ab Italia aduenirent, ad defectionem propenderent: quam muri deſtructi vetabant. præterea vt ea vrbs, ſi denuò ingrueret bellũ, regi aduenienti pateret. Græci, quotquot exitium euaſerant, abducebantur Galatiam, & libertatem recipiebant. Hi erant viri præ cæteris maximè illuſtres. Notaram regis Græcorum primarium iudicem cum vxore & liberis redemit Turcorum rex: & cum eo collocutus, permiſit ei vt vbi vellet, cum ſuis habitaret. Hic autẽ expectabat auxilium ab Italia, quod breui affuturum arbitrabatur. interim tamen Byzantij cum rege manſit. Quidam Græci qui erant libertatẽ conſecuti, & præſenti exitio ſubtracti, iterũ colligebantur Byzantium, propinquos & amicos eorum in libertatem antiquam aſſerentes. Verùm haud multò pòſt regis iuſſu omnes interiere quod quidem ſic eueniſſe compertũ eſt. Vbi eſt rumore allatũ ad regem, Notaræ eſſe filium natum annos circiter duodecim, vnum de ſuis pincernis miſit petitum puerum. Notaras poſtquam accepit ex pincerna regis voluntatẽ, grauiter ira ſuccenſus eſt: ſibiq; eam petitionẽ admodum periculoſam & intolerandam fore iudicabat. & ſic compellauit pincernam regium: O pincerna, haud ferendum eſt, regem mihi liberos velle eripere, cum nihil ſit quod crimini det,

*Monachi*

*Orchanis Muſulmani mors.*

*Leontares qui et [illegible] Lucas raptus.*

*Præda ex vrbe capta quibuſdã quatermil lies mill b. ducatis æſtimata Veneti damnum paſsi ſũt 50000 Genuẽſes. 20000. Florentin. 20000 An comitani 15000 du*

*Rußiæ.*

*[illegible] Mechmeti ſublatum.*

*Baiulus.*

*Aeginã.*

*Pera capta.*

*Mœnia Peræ deiecta*

*Leontares redẽptus.*

*Libertate donatirur ſum caſi, & cur.*

300

det, cùm ſemel errorem remiſerit. Sin autem id fixum ratumq; ſedet in animo regis, quare non imperat, vt nos turpiſſime morti liberos noſtros tradamus? Hæc locutus, addidit, Se nequaquã filiũ regi petenti daturum, cùm nullã in ipſum commiſerit culpam. Pincernę autem adhortanti, & monenti ne talia & diceret, & faceret in regem quaſi illicò periturus: non obtemperauit. Pincerna igitur reuerſus ad regem, reſponſum

*Leontaris cædes.* quod ab Notara acceperat, exprompſit. Rex iratus, præcepit vt Notaram cum liberis, quos ſecum haberet, continuò abducerent, & neci darent. Hos quibus id negocij iniunctum erat, cùm aduenisſent, rogauit Notaras, vt primò liberos in conſpectu ſuo occiderent, & poſtremò in ſe hoſtili ferro ruerent. At filij timentes mortem, precibus fatigabant patrem, vt interfectoribus opes vniuerſas quas in Italia haberet, pernumeraret, ne ipſi perimerentur. Verùm pater liberorum preces auerſatus, iuſsit vt forti animo ad imminentem mortem irent. Hi quidem primò interfecti ſunt. Poſteà ſe necandũ & ipſe interfectoribus præbuit. His ita peractis, nec reliquis Græcis pepercit rex: verùm omnes quotquot liberati aderant Byzantij, ad ſupplicium

*Græcorũ miſera cædes.* extremum rapi iuſsit. Hi quidem pecorum modò percuſsi, nulla eorum ratione habita, periere. Regem autem in Græcorum cædem concitauit aduena quidam cuius filiam ardentiſsimo amore proſequebatur rex: & cõgreſſus cum ea, amore amens propinquis mulieris quæcunq; petijſſent, gratificabatur. Huius itaq; patri obtemperans rex, Græcos mactari iuſsit. Apparet Byzantij exitium miſerabile ſuperaſſe omnia, quæ per vniuerſum orbem cõtigiſſe ſcimus excidia. Nec diſsimile eſt Ilij excidio. Vltionẽ Ilij, diruti Byzantij calamitatem quidam credunt. Græcis barbarorum vi pereuntibus. Romani quidem conſtanter aſſeuerant vltionem apprehendiſſe Græcos, propter ea quæ barbaris fecerunt in Ilij deſtructione. Hæc quidem hactenus.

** Cerambei.* Rex Charitem * Priami filium comprehendi iubet, cùm iam antea eum interficere animo deſtinaſſet.

*Hali Baſſa, captus expilatur.* Verùm cùm res ſuæ necdum ſatis firmæ forent, metu inhibitus, eum nõ cepit. Cùm eum comprehendiſſet, vinctum curtui impoſuit, & Adrianopolim vehi iuſsit, vt ibi in vinculis aſſeruaretur. Nec multò pòſt bonis omnibus, auro & argento, quantum poſsidebat, eum exuit. Nam vir ille opibus cumulandis admodum inhiauerat: diuitijſq; omnes, quotquot in regia erant, longè antecedebat. Hæc contigere, cùm plurimũm polleret apud regem Zoganus regius affinis: cuius filiam deſponſam Machmeti Michaëlis filio, cùm iret vnà cum rege viſum, a-

*Hali Baſſæ cædes.* more perculſus, vt eam vidit, vxorem duxit. Alteram verò Mechmeti deſpondit Zoganus. Et quidem tum ſtatim Charitẽ necauit, miniſtroſque eius captos Iagupem & Mechmetem ſpoliauit opibus. aureorum autem erant duodecim myriades. Miniſtri Charites, quorum complures erant, pullati obambulare volebant, vt lugerent eum, quaſi vir bonus fuiſſet. Verùm vbi rex id comperit, continuò per præconem edici iubet: Si quis in craſtinum diẽ atro amictu vſus fuerit, is continuò in Ianuas regis accedat. Cæterùm nullus contra edictum regis, pullatus apparuit. Rex iam antea indicia haud obſcura præbuerat, ſe virum iſtum odiſſe. Idem loquebatur fama, quæ plerũq; diuinatrix eſſe conſueuit. Cùm quondam vulpes ligata eſſet in Ianuis

*Hali Baſſæ interitus prodigia.* rex dixiſſe fertur: O miſera, quare non opibus Charitem noſtrum præfectum corrupiſti, vt effugeres, verùm adeò miſerabiliter hic agis? Fama nonnihil & Charitem perterruit. Profectus eſt ergò peregrè, vt Mechmetis ſepulchrum viſeret, ſperans fore vt interim regis furor frangeretur. Rex autem aſtu virum circumuenit, haud ceſſans eum opibus colere. Quondam cùm rex cerneret Charitem fama vulgi perturbatũ, pecuniam ei miſit multã, dicens: Bono ſis animo, nec facilè audias illos qui neſcio quæ horrenda tibi augurantur. Fac bono animo ſis. Charites in hunc modum deceptus, nuncium ad regem miſit, dicens: O rex, in te ſitum eſt vt & doleamus, & gaudeamus. Si igitur dolere iubes, neceſsitas vrget vt id faciamus: ſin autem gaudium imperaueris. gaudio maximè indulgendũ eſt, ac læto nos animo eſſe oportet. Verùm Charites, quemadmodum expoſuimus, mortuus eſt. Rex capto Byzantio, gloria inſoleſcẽs & ſuperbiens, vbiq; magna efficiebat, & regnum ſuum vſq; promouebat, plurimis regionibus in ditionem accepta. Miror autem ſi qui fuerint, qui

*Sybillina oracula.* Sybillinis oraculis fidem non habuerint, cum Byzantenæ regionis regũ catalogus ab Leone (vt aiunt) ſapiente rege conſcriptus, in hunc regem & in patriarcham Florentiæ Tyrrhenorũ mortuum, exeat. Nam nec Conſtantinum regem, vt

*Is in actis Conſilij Florentini Ioſephus vocatur.* qui à barbaris eſſet peremptus, nec in regia defunctus, nec Gregorium in Italiam abeuntem, tabula illa accipiebat. Loca autem regum in iſta tabula, qui ſuo tempore fuerunt, necnon patriarcharum, ſiue paucorum, ſiue compluriũ, qui ad vrbis eius patriarchatum peruenere, interciſa ſunt vſque ad iſtum regem, & ad iſtum patriarcham. Extant & alia regis huius opera memorabilia, vt qui phyſices & aſtronomiæ fuerit peritiſsimus, earumq; potentias exactè tenueriit. Sunt autem duo aut tria, quorum vt recordemur, operæprecium eſt. Verùm in ſequentibus memorabũtur. Cùm Peloponneſiaci duces pararent fugere in Italiam, adhibitis & Græcorum clariſsimis, rex Mechmetes cum ijs fœdera ſanxit. Quo facto, cœptam fugam omiſere. Manentes itaq;, in grandẽ prouoluti ſunt calamitatem. Nam Albani cùm cernerent eos paratos ad fugam, naues ab terra moliri & ſoluere, dicto amplius audientes eſſe recuſabant: & inter ſeſe conſpirant, quaſi Peloponneſum ſuæ ditionis facturi. Eius conſilij autor & inſtigator erat Petrus Claudus, vir improbus, & parum dextris moribus præditus. Is non intermittebat ad defectionem impellere Albanos. Inſtabat vſq;, vt à Græcis deſciſcerent, ſibiq; quẽ elegiſſent, principem crearent. Primò quidem Albani rem au-

*Albanorũ defectio.* diebant, quaſi qui vellent ſuis principibus obtemperare: poſtea verò animos mutarunt, cùm

*Emanuel Cantacuzenus Alban. dux.*

etiam alij quidam Græci ad eandem rem capeſſendam Albanos incitarent, ducemq; creari vellent. Tandem Emanuelem natũ ex genere Cantacuzenorum, ducem conſtituunt, reſq; Græcorum agunt feruntq; : & bellum occipientes, iumenta pecoraq; quæ Græci habebant, diripere haud abſtiterunt. Albani autem omnes paſtores ſunt, & nullibi certis ſedibus morantur. Hinc itaq; profecti, vrbium domos occupabant: & accurrentes, quaſdam obſidebãt, quaſdam expugnantes diripiebant. Cùm Græcos mancipiorũ loco ducerent, & planiſsimè cõtemnerent, ſcripſerunt ad Ianuas regis, promittentes, vrbes & exercitus Peloponeſiacos in regis poteſtate fore, ſi ipſi Peloponneſum tradidiſſet. Pollicebantur ſe quotannis tributum magnum regi penſuros. Albanos adiutabant Centerion Zacharias, frater mulieris eius quam duxerat regis frater: & Lucanes.

*Zacharias Centerio.*

Hos adductos in vrbem Chlumeriam, in carcerem, qui in arce erat, vinctos coniecit. Albani ciuitatis præfectum promiſsis accendentes, perſuaſerunt vt in ipſorũ partes abiret, & deficeret, Centurioniſq; filiam duceret, viroſq; captos vinculis eximeret. & propalàm bellum cum Græcis gerebant. Centurionẽ quidem regis frater Thomas ideo in vincula duci iuſſerat, quòd cùm Amurates Mechmetis Iſthmum deſtrueret, ipſe rectà ex Peloponneſo in Achaiam ſe recepiſſet. Ad defectionem inclinabat ipſe, necnõ Bochales Leontares principes.

*Emanuel Bochales.*

Et quidem Bochales apertè defecit, & propalàm bellum gerebat: & conſerens manus cum Raule principis duce, captus eſt: captoq; oculi eruti ſunt. Hos quidem in hunc modum accuſans, in carcerem coniecit. Centerionem videlicet, quòd deſeruiſſet Peloponneſum Amurate Iſthmum diruente: Lucanem autem, quòd res nouas moliretur, & cõſpirationem faceret cum his Græcis qui Peloponneſi ſtatum, nouarum rerum cupidi, conturbarent. Concitauerat vir iſte iam antea ad coniurationem faciendã Græcos inſigniores, necnõ Albanos potentiſsimos, adeò vt iam vires coniurationis eſſent haud pœnitendæ. Hunc cùm eſſet ortus genere non malo, ſed maximè obſcuro, cùm videretur optima eſſe indole præditus, & cætera non imprudens, Theodorus iunior Spartæ princeps in eorum album retulit, qui primi apud ipſum habebantur: opibuſq; eum colere haud ceſſauit. Ab hac igitur principis munificentia progreſſus, Græcos illuſtres in ſeditionem præcipitauit, & Peloponneſi res in ipſum, captando auram popularem, conuertit. Simulabat autem ſe diſsidere à ſententia Græcorum Byzantiorum, & timere plurimùm ipſis, regioniq;. Dicebat ſe & * leges timere.

** Turcas.*

Nam ſi obtinuiſſent Peloponeſi res, fore vt deijcerentur ex præſenti rerum felicitate, plurimùm momenti in eo ſitũ putabat, vt cum aliquo quocunq; tandem, conſpiraſſet principe. Res autem Peloponneſiacæ nihil ſani præ ſe ferebant. Exercitum itaq; ducentes contra Clinam, recedebant victi admodum turpiter. Deinde expeditionem ſumebant aduerſus Patras Achaiæ, & ducẽ iuniorem. Necnon in hac expeditione aduerſis fortunæ procellis iactati ſunt, plurimis de ſuis amiſsis. Et profectò parùm abfuerat, quin res Peloponneſi translatæ eſſent ad Albanos, ni Aſanes profectus in Ianuas regis ab eo exercitum impetraſſet. Aduenit autem regius exercitus, cui præerat Turachanes. Hic vt venit cum exercitu in Peloponneſum, collocutus eſt cum principibus, vt conſultarent, quomodo bellum adminiſtrandũ eſſet, & huiuſcemodi orationem exorſus eſt:

*Turachanis ad Pelopon. principes oratio.*

O Græcorũ regis filij oportet quidem veſtrûm quoſdam hic adeſſe in bello. Nam vbi vos viderint hoſtes, citius ad vos pergent, ſcientes ſe nihil mali à vobis paſſuros. Nos enim, qui hoſtes eorũ ſumus, vbi conſpicati fuerint accedere ad nos recuſabunt formidine occupari. Huic meo conſilio ſi parueritis, rebus in præſentia ex animi ſententia vtemini. Hoc autem diligenter moneo, & hortor etiã, ne deinceps veſtros ſubditos, quemadmodum hactenus, tractare velitis.

*Subditi quomodo tractandi.*

Verùm bonis benefacere ne ceſſaueritis, malos verò pœnis ſubdere ne omiſeritis, & vtrinq; maxima cura & indefeſſo ſtudio hoc agite. Nam ſi boni vos adiuuerint (adiuuabunt autem, ſi beneficia veſtra ſenſerint) [illegible] difficilè erit punire malos. Si igitur malis haud permiſeritis quicquã impunè facere, quid inopinati vobis poterit contingere? Manifeſtũ enim eſt, ſi improbi in bonorum ordinem redacti fuerint, facilè omnes eò cõuertentur qui improbi in vos fuerint. Et in hunc modum oppreſſi & imminuti peſsimè peribitis. Oportet autem ab præteritis cõiecturam facere, vt id quod in præſentia vtile ſit, ſtatuatur. Verùm veſtri erga vos ſic ſunt adfecti, vt amore complectantur eos qui vos oderunt, & contrarium ſemper ſequantur. Et ni rex veſtram vicem dolens, vobis ſubſidio veniret, & regionem propemodum amiſſam redderet, bene ſcio de vobis rebuſq; veſtris actum eſſet. Cùm igitur rerum experientia doceat, vos haud rectè hactenus rempublicam & principatum adminiſtraſſe, videtur neceſsitas monere, imò poſtulare, vt porrò aliter ſubditos imperio temperare in animum inducatis. Et illud iterum ſedulus moneo, ne ſinere velitis, dum domi agitis, res veſtras ſeditione diſſipari: ſed infeſtis animis ite contra eos, qui ſeditiones excitare nituntur, neq; quicquam his ita delinquentibus mollius remiſeritis. Duo enim illa Turcos ad maximam euexere potentiam, videlicet diligenter malos conquirere vbicunque neceſsitas exegiſſet, & meritis ſubdere pœnis: deinde in bonos non ceſſare conferre beneficia. Et ſi quando inſtantia prohibuiſſent, ſontes pœnis ferire, dare veniam peccantibus haud cunctabantur. Verùm vbi iam omnia eſſent in tuto, nec quicquam periculi immineret, pœnas ijs qui ſic commeruerant, infligebant, nec eos iniurijs certare ſinebant, verùm iniuriarum vltionem conſtanter expetebant. His dictis, poſtremò eos hortabatur, vt ſe ſequerentur in Albanos.

*Demetrius Albanos inuadit.*

Et primò quidem Demetrius adiunctis Turcis proficiſcebatur cõtra Borbotanem regionem munitam, in quam Albani cuſtodiæ cauſa liberos & vxores depoſuerant,

*Borbotana regio.*

ſant, in aditu murum & turrim exædificantes. Eò cùm veniſſent ambo duces, locum obſidione premere occipiunt. Græci Turcique pariter murum ſubruentes, vi in eam regionem irruebant, ſi quo modo eá occupare poſſent. At nox ſuperueniens impedimento fuit, quò minus is locus in ditionem hoſtium veniret. Inſtante autem nocte, per vallem, in qua mons deſinit, fuga dilabuntur Albani. Verùm Turci vbi allatū eſt, hoſtes fugam capeſſere, continuò ſigna inferentes, cepere viros & mulieres circiter decem mille. His ita geſtis, exercitum mouerūt in Thomam. Thoma fratre iuniore exercitum vſque mutatis vicibus ſubſequente. Hinc exercitus ducitur contra vrbem Ætum ſiue Aquilam dictam, quæ non multò antè Centurionis partes ſecuta fuerat: quam in fidem hac conditione receperunt, ſcilicet vt exercitu mille mancipia, arma & iumenta traderent. Poſteà & cæteri Albani in ditionem venire haud abnoebant, cùm mitterent legatos ad duces, qui dicerent, Albanos paratos eſſe imperata facere, ſi paterentur ipſos habere loca quæ ſubegiſſent: nec rogeretur equos & iumenta, quæ prædando acquiſiuiſſent, reſtituere. Conditiones hæ, quemadmodum duces ſinguli id ſignificarunt, ſunt acceptæ, & ex eo ſinguli ſuis ducibus reconciliati ſunt. Turachanes autem id quærebat, vt res Albanorum infirmiores efficeret, vt in poſterū principes ijs vterentur commodioribus. Hic vir, cùm iam adornaret abitum, denuò cum Græcis in colloquium venit, & in hunc modum diſſeruit: O reges Græcorum, cùm nuper apud vos ſermonem haberem, ſatis opinor declaraui, quid, quantum attinet ad res veſtras, fieri velim. hoc autē nunc adijcere placuit: ſi concordes fueritis, res veſtræ in tranquillo & felice requieſcent ſtatu: at ſi diſcordes fueritis, & diſſenſiones moueritis, contrarium eorum quæ in medium adduxi, eueniet. In primis operam date, ne ſubditi veſtro imperio conuicijs vos proſcindant, dum alta fruimini pace: verùm impenſius contumeliarum & iniuriarum auctores punire ne ceſſaueritis. Mali enim principium, quamuis peſsimum ſit, attamen continuò ad magnas procedit contumelias quæ vbi auctæ fuerint, ſeipſas haud amplius ſuſtinere poſſunt. Itaq; ne quis id bonum cenſuerit. Solet enim id cuius quis amore rapitur, vſque creſcere & incrementa ſumere, quicquid tamen ingruat. Hæc locutus, Peloponneſi ducibus dexteram porrigit: quo facto, abijt. Cæterùm longè alia quàm hic præceperat, ſecuti ſunt ſtudia. Nam dum vterq; ad ſuos colendos & beneficijs deuinciendos eſſet pronior, vſque diſcordias inter ſeſe fouerunt, dum vterque ſuos maiore indulgentia habere niteretur, quo eos ſibi magis fidos pararet. Itaque toti ad gratificandum propendebant duces. Quidam apud hos viri primarij, reliquos ad ſeditionem & cōiurationem inſtigabant: quod quidē ideò fiebat, vt diſcordia exorirentur, & illorum concordiā inhiberent. Interim duces his quaſi malo dæmone incitati, res ſuas miſeri corrumpendas commiſere. Lucanes Peloponneſiacus adducens quoſdam Byzantios, Albanos & Peloponneſios ad conſpirationē impulit, vt pro ſuo arbitrio, non ducū reſpub. ſuas adminiſtrarent. Hac coniuratione freti, pergebant ad Aſanem, cuius auctoritas in Pelopōneſo erat maxima, vt qui Corinthum, necnon modicam Peloponneſi partem regebat. Hic eos nequaquàm admittebat, neq; quicquam ijs concedebat. Exinde tùm Albani & Peloponneſiaci tributum, quod imperatum erat, pernumerare abnuerent: nec Aſanes id ad regem perferre potuit. Tributum autem annuum pendebant duodecim millia aureorum ſtaterū. Quapropter in hunc modum mutuis diſcordijs attriti Græci, paulatim peribant. Nam propalàm iactabant Albani & Peloponneſij, ſe tributum non exoluturos, niſi inter ipſos regio vniuerſa æqualiter diuiſa fuiſſet. Oportebat ſanè hæc, cum parum propitia fierent fortuna, ipſis exitium adferre, & planiſsimè ad nihilum redigere. Rex quidem Mechmetes ſecundam capto Byzantio expeditionem contra Tryballos & * Nouopyrgum vrbē ſumpſit. Hæc intra regis regionem ſita eſt prope flumen * Morabū, qui fluens à Priſtino regis regione, & hinc veniens in Iſtrum exhauritur. Exercitus regius vniuerſus graſſabatur per Tryballorū regionem vniuerſam: equitatus quoq; in hāc emiſſus prædas rerum omnium confertim agebat. Ipſe autem circonſederat parte copiarum vrbem, & ſupino bombardarum iactu grauiſsimè, quæ intra eam erant, adfligebat. Bombardas autē erectas, ſupino iactu lapides in altum torquentes, primus rex ille inuenit. Nam bombardæ illæ erectæ, ſiue mortaria, in aerem globum ſublimem iaculantur. Qui deinde delapſus, id penitùs ad quod à bombardario fuerit directus, ſternit & comminuit. Tanta autem globi certitudo eſt, vt nullo modo aberret à ſcopo, quem bombardarius animo deſtinarit, quamuis globus in altum eiectus fuerit. Diebus igitur plurimis Mechmetes oppidanos in hunc modū lædens, tandem eos deditionem facere coegit. Vbi ſemetipſos ſuaq; fidei regis tradidere, ipſe ſupellectilem & precioſiſsima quæque accipiens, & partē quandam hominū in mancipiorū conditionē transferens, reliquos ibi habitare paſſus eſt: maximè propter metalli opus, cuius in primis iſtius regionis incolæ periti cenſentur. Nec contemnendus regi redditus eſt ex metallis quæ ſunt iuxta iſtá vrbem. Tryballorum princeps Georgius cognito contra ſe Mechmetem hoſtili animo pergere, abijt tranſiens in Pannoniam ad Choniatem: veritus ſi Senderouiam veniſſet, vt obſideretur à rege. Rogabat itaq; Choniatē, ne ſe amicum & propinquū deſereret, verùm acerrimè à vi Turcorū aſſereret. Vbi autē Georgius tantum effecit apud regem vt pax fieret, non multò pòſt expirauit. Succeſsio principatus deuoluebatur ad Eleazarū filiū iuniorem. At cæteri Stephanus & Georgius continuò ſurripientes pecunias quotquot poterant, venēre ad regem: qui tum his regionem aſsignaret, factō eſt vt victū nanciſcerentur ſufficientem. pax autem cūm eo conuenerat, vt quotannis tributum maximum fer-

*Thomas Demetrij frater.*

*Vide actū Turcicū.*

*Turachanus ad Græcos oratio.*

*Stratagema princi pes ſubditis infeſtos faciendi.*

*Palæologorū principum diſcordia.*

*Græci tributum recuſant.*

** Nouobardū qui & nouus mons.*

** Morauū*

*Metallorū artifices retenti.*

*Spendereguis legatum.*

ſecinerit, ad murum ſinguli, & ad ea loca quæ defendenda ſuſcepiſſent, curſu ſe protiperent, vt peregrinis, quos ab reliquis intercepiſſent, pro arbitrio vti poſſent. Verùm peregrini vbi primùm oppugnationem ſunt auſpicari, vrbem, nemine reſiſtente & prohibente, ingreſsi ſunt. Pannones enim, quemadmodum moniti erát, retrò ceſſerunt, & ſe occultabant. Peregrini autem, cùm crederét Pannones fuga eſſe dilapſos, raptim in vrbem procurſantes: alius aliò ad prędam conuertebantur. Cùm autem, quemadmodum conuenerat, tuba ſonniſſet, qui prius murum defenſarant, celeri curſu ſe ſinguli ad ſuá loca contulere, & peregrinos incluſerunt intrá vrbem. Choniates inſtructa acie contra peregrinos ibat. Hi videntes Pannones ex arce prodeuntes aduerſum ſe pergere, ad murum retrò ire inſtituunt. Cedentibus peregrinis, acriter inſtitere Pannones, & plurimos letho dederunt. Cęteri, qui ad murum properabant, cùm viderent Pannones per murum in ſoliris ſtationibus armatos diſpoſitos, vi eos aggrediebantur: & contra ipſos curſu lati ferebantur in foſſam. In hunc modum eo tempore Pannones eiecere peregrinos, & barbaros vincebant. Poſtea coniunctis copijs Capiſtranus & Pannones egreſsi ſunt, vt prælium committerent cum eis qui regias bombardas curabant. Initio itaq; prælio bombardarios in fugam coniecere, & bombardas obtinuere. Rex cernens ſuas bombardas à Pannonibus captas, multum animo diſcruciabatur: proinde & ipſe ibi conſiſtens, fortiter prælium capeſſere haud neglexit. Cùm autem Pannones non poſſet à bombardis ſubmouere, tandem & ipſe fugam arripit. Pannones eo loci continuò receptui canebant: & digerentes bombardas in caſtra regis, ea grauiter adflixere. Cùm iam meridies adeſſet, & fuga reliquaq; quæ euenerant, nunciata eſſent Pannonibus qui è regione morabantur, aduehuntur non pauci, nec tamen in vrbem, verùm in caſtra iter maturant. hi qui in vrbe relicti erant, in caſtra egrediuntur, & vndiq; regia caſtra ſumma vi oppugnant. Tentoriis in regiis caſtris diſiecerunt plurima. Azapides (quos Huſſarones noſtri vocant) diripuerunt forum. Rex clamabat, * vt eximerent eorū puellas. Ipſe quoque prælium cum ſuis occipiens, Pannones in ſugam vertebat. Eò loci peremit virum Pannonium rex, verùm vulneratur femur: nec tamen vulneratus in fugam effunditur. Deinde cùm ad bombardas recipiendas egrederetur, Pannones conuarſi Barbaris acriter inſtabant, & eos ſimul cum rege vſq; ad caſtra perſequuntur. Et cum tertiò hoc eſſet factū, rex grauiter animo dolebat, non adeſſe peregrinos, & ſuppetias ferre in eo prælio: verùm eſſe profectos ad colligendum pabulum, & neceſſaria. Vocans autem in iſto tumultu Chaſané peregrinorum ducem, huiuſmodi orationem habuit. O peſsimè hominum, quo nobis peregrini abeunt? Quomodo te duce ingreſsi ſunt prælium? Neſcis ex humili fortuna quàm ad magná dignitatem te prouexerim, vt ſis videlicet dux? Sed ſcito, niſi prælium me abſumpſerit, pœnas mihi dabis, pro omnes iniuſtiſsimas eſſe pronunciarint. Chaſanes reſpondens, inquit: O rex, peregrinorum plurimi ſaucij ſunt. Reliqui qui integri ſunt, dicto nolunt eſſe audientes. Ego autem, vt opera mea vtaris fideli & forti, quámuis mihi indigneris, in medios me conferam Pannones: ibique fortiter dimicans, pro rebus tuis occumbam. His dictis, in medios ſe confert hoſtes, & in conſpectu regis à Pannonibus trucidatur. Fuit autem vir optimus. Etiam miniſtri quidam eius ibidem interfecti ſunt. Cùm Pannones in caſtris fortiter inhærerent Turcis, eoſque fugam capere compellerent ex improuiſo adueniunt ſex millia equitum regis, quos miſerat iam ante ad cuſtodiendam & defendendam regionem ſuam Iſtro adiacentem: præterea vt obſiſteret Pannonum nauibus aduenientibus ne in terrá exire poſſent. Equites hi aduenientes, cùm iam ferueret prælium, Pannones in medium agunt, & plurimos ibidem interimunt. Deinde cùm verterent Pannones in fugam, eos ex caſtris pepulerunt, & ad bombardas ſe recipere coegerūt. Et in hunc modū finis præliandi, cum iam inſtaret veſper, factus eſt. Rex cùm cerneret res ſuas propemodum acciſas eſſe; fuga vná cum exercitu ſuo euadere enititur. Nam peregrini pleriq; ſaucij & timidi erant. Adueniente igitur nocte, iubet vt impedimenta omnia colligant, ſeq; ad profectionem præparent, quo parati & inſtructi ſequerentur quocunque eos ducere inſtituerit. Et tandē noctu fuga ſibi conſulens abibat, cum interim malè metueret nē Pannones cū reliquo exercitu trāſgreſsi, ipſum perſequi ſtatuerent: atque in hunc modum diſceſſus, & in patriam reditus ſibi ſuiſq; difficilis redderetur. Et ſanè Pannones perſequendi fugientem hoſtem admodum cupidi erant: & id feciſſent, ni Choniates eos à perſecutione inhibuiſſet, ſciens Turcos, quando diſcrimen anceps impenderit, duplo quàm ſint aliàs, fieri fortiores, & omnia perpeti. Huc accedebat & peſtis, quæ ſæuiſsimè Pannonum inuaſerat caſtra, vt nequiuerint longo tempore pòſt vix ab illo contagio reſpirare. Ioannes quidem eo in prælio vulnus accepit, ex quo haud multò pòſt mortuus eſt. Hæc quidem mihi præcipua cauſa extitiſſe videtur, quòd Pannones à perſecutione hoſtium abſtinuerint. Ioannes non diu poſt fugam regis viuens, defunctus eſt, cum extitiſſet vir optimus, qui ex humili loco ad maximā conſcendit potentiam, memorabilia deſignans facinora contra Germanos & Boemos: & in regnum Pannonum ſuccedens, maxima florebat gloria. Præterea præclarè rem geſsit aduerſus Turcos, quos putabat, niſi copijs maximis ſuorum & virtute, ſuperari haud poſſe. Pannonum regnum, necnon exercitus eorum ipſe quoque ſuſcepit. Cum autem ei inuiderent reliqui Pannoniæ principes, nec eius imperia capeſſerent: tamen breui affectum eſt, vt regnum retineret, cum etiam illi inuidi confiterentur, regnum eſſe iſti viro committendum, quòd non ceſſaret & firmiſsimum & tutiſsimum præſtare. Apparet autem, virum hunc, quęcunq; aggreſſus eſt, eſſe-

*Bombardæ Turcis ereptæ.*

** Vt hoſtium oculos exſculperent.*

*Chaſanes obiurgatus.*

*Chaſanis fortis interitus.*

*Mechmet victus, obſidione ſoluta diſcedit 8. Idus Auguſti, 1456. 46. die à cœpta obſidione.*

*Vngari peſte infeſtati.*

*Huniadis mors. 4. Id. Sept. 1456.*

 ciſſe,

eiſſe, vſum & diligentia ſingulari & celeritata
præterea, quòd vbicunq; occaſio affulſiſſet, con-
tinuò præſtò fuerit. Sunt qui tradunt, hunc virũ
peſte infectum mortem obijſſe. De Capiſtrano
nunc quanrum ſcimus, referemua. Capiſtranua
ſectator fuit Brenardini Canilij, qui plurima &
magna quæ pertinent ad religionem Ieſu, do-
cens, magnam ad gloriam & claritatem emer-
ſit. Nam facilè princepa, quanrum ad eruditio-
nem & contemplationem attinet, per vniuer-
ſum Occidentem apparuit. Itali in bonorẽ Ber-
natdini demortui feſta celebrant, & templa ex-
ædificant, eau heroi. Nec paucæ ſtaruæ per Ita-
liam viſuntur, quæ conſecratæ in honorẽ huius
viri poſitæ ſunt, quaſi extiterit vir quidam ſan-
ctus & diuinus. Commemorantur & miracula,
quæ vir ille fecerit. Huius ſectatot cùm foret Ca
piſtranus, quemadmodũ antea explanauimus,
& ad plurimas regionea accedena, publicè do-
ceret, etiam deuenit ad Boemoa, qui ea ſecta vi-
debantut infecti, vt ignem eolerent: nec vellent
ìnde recedete, & veram religionem apprehen-
dere. Qui pertinaces cùm nollent eonſentire cũ
reliquis per vniuerſam Boemiam, aduueniente
Capiſtrano, continuò cum alijs in eandem reli-
gionem commigrarunt. Cùm autem ſapientia
& intellectu plurimùm valeret, tegi Pannonum
familiaritet iunctus eſt. Familiaritate iſta per-
morus, regem, vt ſuprà meminimus, iu Turcica
expeditirione enixè iouit. Regem tunc ab Ger-
mania accerſiuerunt Pannones, Ladislaum no-
mine: erat enim nepos regis Sigiſmũdi ex fi-
lia. Nam eum petiuerũt, cùm adhuc foret puer,
poſt obitum Vladislai in Varnenſi prelio, miſsis
legatis ad Albertum Sigiſmundi * fratrem, qui
tutor erat pueri, & in Italiam abductum ſecum
habuit. Siquidẽ & Albertua iſte, cùm eſſet Ger-
manorum rex, & veniſſet ad Romanum ponti-
ficem, Imperator ab Nicolao pontifice dealara-
tus eſt. Suſcepta Imperatoria dignitate, in ani-
mo habebat bellum inſerre Turcis: hunc igitur
opibus præpotentẽ (erat enim Imperator) Itali
ſuſcepere, eiq; honotes maximos habuere. Pue-
rum, qui Viennæ apud eum morabatur, petiere
Pannones. Verùm Imperatot Pannonibus pue
rum rradere cuoctatus eſt (erat enim adhuc pu-
ellus) quòd nequid diſcriminis ei ingrueret, an-
xius metuebat. Pannones itaque vnanimi con-
ſenſu bellum longo tempore cum Alberto geſ-
ſere. Præterea legatos ire iuſſerũt ad Romanum
pontificem, petentea ſibi regem reſtitui. Quod
ſi facere abnueret, profitebantur ſe non prius
poſituros bellum, quàm regionem aius omnem
miſerè peruaſtatam vniuerſam in ditionem ac-
cepiſſent. Veròm Imperator poſtea Pannoni-
bus cedebat, & puerum ad regnum capiendum
miſit. Qui vbi venit Budam, & copias Turcorũ
tegis Belgrado, ductu Choniatis, ſubmouit,
haud diu ſuperuixit. perhibant enim eum vene-
no ſublatũ eſſe à quodam Laurentio Chedra
chabare. Et cùm duxiſſet vxorem tegis Gallo-
rum filiam, veneno intaremptus eſt, priuſquam
nuptias eelebrate quiuiſſet. nam mortuus eſt
antequam vxor in regnum eius veniret. Hoc
è numero viuentium ſubtracto, diſſenſio inter
Pannoniç proceres exorta eſt. At in ea diſcordia
victores euaſere filij Choniatis. Orlichus enim
princeps ragionis in Pannonia haud pœniten-
dæ, cui interceſſerant inimicitiæ cum Choniate
adhuc ſuperſtite, cenſebat filios Choniatis non
in ſenatoriam dignitatem eollocandos: vt quo-
rum pater maximarum ipſis contra Turcos di-
micantibus auctor calamitatum extiterit. Pan-
nones contrà impium ducebant, Choniatis fili-
os regno & magiſtraru expelli. Filij igitur Cho-
niatis inſurgentes contra * Orlichum, in curia
caput eius amputarunt, & abierunt. Factum hoc
Pannones indigniſsimè ferebant, & Choniatis
filium in vincula * coniecerunt: & quo maiore
cuſtodia aſſeruaretur, vinctum * Belgradũ de-
portarunt. Verùm is haud multò pòſt effecit, vt
vinculis exemptus, in regiã dignitatem ſubue-
hererur. Nam rex creatus eſt, adiutus fideli ope-
ra paternorum amicorum. Etiam plurimùm ad
regnum parandum conrulit, quòd opibus exer-
citum ſibi conciliauit, eumq; in Pannonum re-
gione aluit. Et in hunc modum inſigne regię di-
gnitatis decus acquiſiuit. * Ilocea cùm iam an-
tea diſcordiam fouiſſet aduerſus Choniatam,
& deinde inimicitias ſuſcepiſſet eum filio eius
qui regno potitus erat recuſabat nouo regi o-
bedire. Verùm non multò pòſt cùm interceſsiſ-
ſet pactum, regis imperium admittebat. In hunc
modum regnum delatũ eſt ad Choniatis filium
iuniorem: hic bellũ gerebat cum * Alberto Ro-
manorum Imperatore, magna edens vbiq; mili-
taria virtutis opera. Pragã & Boemiam ſubegit,
vt iam vtraq; regna ei patêrent. Albertus Roma-
norum Imperator in animo habebat, armis pe-
tere Mechmetem Turcorum regem. contractis
igitur copijs, legationem mittebat ad Panno-
nes, petens vt ſe ſinerent ſuas copias per ipſorũ
regionem ducere, & commeatum præberent.
Pannones autem comitijs habitis inter ſe col-
locuti erant, ſi domuiſſet Thraciam, & magnam
potẽtiam ſibi peperiſſet, fore vt reuerſus etiam
Panooniam ſubigere conaretur. Quapropter re-
ſponderunt, ſe nequaquam voluntarios tranſi-
tum per ſuam regionem præſtare. Quidam per-
hibent, Pannones ſic decreuiſſe. Verùm ſunt qui
tradunt, Pannones benignè reſpondiſſe legatis.
Cęterùm legatis reuertentibus ad regem, à quo
miſsi erant, ſubornarũt viros qui eos in via quà
profecti erant, ex inſidijs adorirentur, & neca-
rent. Quod quidem contigit. Imperator cùm ad
inquiſitionem legatorum conuerteretur, effe-
cit vt iterum bellum inter ipſos exoriretur, &
grauiter ſe mutuò affligerent. at hæc quidem
à Pannonibus contra Germanos & * Albertum
Imperatorem facta eſſe traduntur: quæ profe-
ctò paucis annis intercedentibus cõtigère. Pro-
pter iſtam diſcordiam ferunt Romanum ponti-
ficem Pium II. Mantuæ egiſſe, vocantem Ibero-
rum & Gallorum reges & duces magiſtratuſq;
per Italiam, præterea duces Germanorum &
Pannonum. Egreſſus Roma Mantuam, quò
conciliom indixerat, id ibidem concelebra-
bat. Huc conueniebant Occidentalium Re-
gum

*Bernardinus Canilius.*

*Ladislaus Vngariæ rex Auſtriacus.*

*Ladislaus Vngariæ rex veneno ſublatus, 1458. Pragæ mortuus, 10. Calen. Decembr. ſed hic filius fuit Poſthumus. Alberti, et tutor eius Fridericus Imp.*

** Vdalrichum.*

** Mathiã.*

** Viennã adduxerunt.*

** Iloes, qui & Nicolaus Vilachius.*

*Mathias ex captiuo Vngariæ rex.*

** al. Friderico.*

** Fridericum.*

*Synodus Mantuana.*

gum & principum legati, & conſoltabatut quomodo Tutcorum tex Mechmetes foret debellendus. Singulos legetos regnm & principum, qnorum euctotitate miſsi erent, ſententiam expromere iubebat. Quidam pecuniam, quidam milites ſe in eam expeditionem collaturos pollicebantut. Decretum eſt, vt decimæ reddituum omnium, & quinqnageſime pars eorum quæ ad clerum redirent, in iſtam expeditionem conttibuetentur. Ordinstum eſt, vt pecunie quæ hinc colligeretur, reconderetut. nec non viri huic negocio deſtinsti ſunt. Secundum hæc cõcluſum eſt, vt Germani cum Pennonibus in gratiem redirent. Miſetunt ad concordiam iſtam conſta-

*Beſſarion Cardinalis*

bilien dam Beſſarionem Cardinalem Trapezuntium, qui princepe eius legationis facilè omnes excellebat. Miſsi ſunt vtrinque legati, quorum opera concordia inter ipſos componeretuc, & diſcordia pelleretur Legati quidem elij aliò ire iuſsi ſunt, vt reliquos cohortarentur ad capeſſendum bellum contra Turcos. Hæc quidem ſub Pio pontifice contigerunt, cum eniteretur

*Nicolaus 5. Pont.*

nequaquam anteceſſoribus ſnis eſſe inferior. Etenim capta Conſtantinopoli, concilium agitabat Nicolaus v. & longa oretione habite Occidentales ptincipes hortebetur, vt bellum becbaro inferrent. Verùm baud multo pòſt obijt mortem, cũ ee adhortatio haud dum ed cem eſſet collato. Euſebius autem ſiue Pius vbi pontificatum ſuſcepit, ſemetipſum grauiſsimo iureiutando illiganit, & literis ſignificauit, vt claſsis Neapoli paratetut ad Turcicam expeditionem.

*Alphonſus Neap. rex cõtra Barbaros dux creatus.*

nam Alphonſus creatus erat dux contta barbaros. Literes hes vbi accepit Parthenopes rex, triremes decem in barbarorum regionem miſit, initium faciens Turcici belli. Hæ quidem ſolæ, nec plures, appulete Rhodum. Vnde ſoluentes, ferebantut contre regionem regis Aſiæ maritimam. Aliquantulum damni inuexere barbari regioni. nem accedentes ſubiecerũt Lemnum, quam ea tempeſtate rex tenebat. Poſtee in ditionem ecceperunt Imbrum, & reliques Ægei matis inſulas. Scyrum enim & Scopelum, nec non reliquas inſulas, Byzantio capto ad Veneros tranſijſſe conſtat, qui eas tenuere. Cum autem per integrum annum triremes illæ hincinde obctraſſent, nihil ſanè memorabile fecerunt. Prætetea cum tritemes aliæ nullæ ab Italia ſubmitterentur, & ipſæ in Italiem redicre: & nauales milites, qui in illis erent, pet Italiæ vrbes diſperſi ſunt. Hunc finem habuit Euſebij ſiue Pij apparatus bellicus. Deinde etiam Pius pontifex, vbi primùm pontificatum ſuſcepit, concilium Mantuæ celebrauit: in qno nihil aliud actum, quàm quomodo Mechmetes Turcorum Imperator eſſet domandus. Beſſarion cum ad

*Germani & Pannones reconciliati à Beſſarione.*

Pannones & Germanos veniſſet, mandata quæ ecceperat, ijs enarrauit. Cum inſtirueret diſcordiam, qua inter ſe laborabant, diſſoluere, & concordiam inducere, nihil efficere quiuit, quáuis in vnum locũ eos conttaxiſſet. Verùm re infecta diſcedebat. Tandem viſum eſt, vt ex Italia profecti, Turcum terra eggrederentur. Hæc quidem hactenus Mantuæ in concilio geſta ſunt.

Nunc tempus eſt vt redeem ad illum ſermonem, vnde ad hunc digreſſus ſum. Ea æſtate quæ inſequebatuc, præclarè ſecum ectum putebat Mechmetes, qni inſuſpicatò rem geſſetat cum

*Mechmet. m̃s: ander begum.*

Pannonibus, quòd quietem egere poſſet. Miſit igitut partem exercitue contra Scenderem Ibanis filium. quem patet, quamuis ſæpius eum debellare occœpiſſet, vincere nequiuit. * Ioſuen filium * Brenezis conſtituit ed id bellum ducem,

** Synom alij vocãt, alij Acne à.*
** Breneccis*

cui tradidit exetcitum, qui Pherris erat, & eum qui eret apud Actium flumen, necnon Theſſaliæ exercitum. Duce eutem Ioſue incurſionem faciebat verſus Ioninm Macedoniæ, & pletaque iſtius depopulatus eſt. Scenderes legationem miſit ed Roman. Pontificem, & ad regem Parthenopes Alphõſum. nam regi huic edmodum charus & familiaris erat: quie propter bellum Turcotum imminens iſti regi Croiam aſsignaret, eamq; hnic ſubditam eſſe volebat. Tranſportauit igitur ibi rex Perthenopes Alphonſus ab Iepygia pedeſtrem exercitum magnum in Epidamnum, cui præfecit ducem de ſuis virum prudentem: & regis regionem euaſtabant. Poſtea coniunctis copijs obſidebãt vrbem * Sphetoam

** Sphetgradum.*

nominatá, volentes eam expugnare. Ioſue Brenezis filius eum intellexiſſet in quam neceſsitatem veniſſent * Sphetoenſes, eccipiens equites,

** Sphetgradenſes.*

qui etant in Axio, & Petesbiotũ exercitum, citato agmine proficiſcens (reliquam teligionem cuſtodiebant Itali) & ſubitò adueniens, Iralos omnes ad internecionem occidit. Scenderes verò, vt qui ebfuiſſet, mali nihil peſſus eſt. Nec multò pòſt Scenderes iſte venit in Italiam ad Parthenopes regem Alphonſum. Qui excepit eum honorificè, & benignè trectauit: eumq; ed Roman. pontificem miſit, vt & ab ipſo aliquid honoris conſequeretut. Poſtea cum ei opes dediſſet maximas, eum ed principatũ ſuum remiſit. Hic igitut reuerſus ed principatum ſuum, expectabat regis exercitum hoſtiliter adeuntem. Verùm ſe in loco tenebat munitiſsimo. Habene eutem ſecum exercitum, quem de ſua regione conſcripſerat, itet per montes faciebat. Vxores

*Scanderb. virtus.*

& liberos in loca munitiſsime deponens, ipſe hincinde cum exercitu vagabatur, vt defenderet regionem: ſemperque præſens erat, vbicunque eius opere deſiderabatut. Et quidem copiæ pedeſtres & equeſtres in Scenderis regionem incurſionem faciebanc, prædas pecorum & alietum rerum agere haud ceſſabant. Et diu in ee morantes, omnie corrumpebant. cum non cunctarentur ædificie & villes incendere. Tandem cum ſatis euaſtata eſſet regio, exercitũ ebduxit, cũ nihil ſanè memorabile deſignaſſet. Scenderes quidem arcem iuxta Epidamnũ quæ ſpectat Ionium, exædificauit. Eſt autem eò loci Cherſoneſus & iſthmus breuis, cõplectens tria ſtadia: hunc muro cum vndiquaque eſſet amplexus, nõ paucos Albenos in eam regionem tranſtulit, vt ibi habitarent. Prærerea vrbem admodum communiuit, vt ſi quid noui ingrueret ab regis exercitibus ibi potius quàm alibi obſideretur. Nam ſi nõ poſſet reſiſtere, aut par eſſe copijs regis, ſupereſſe tutiſsimum effugium, videli-

cet vt inde ſe proriperet in mare, & quò vellet abnanigaret. Exercitus igitur regis cum acceſſet ad iſtam regionem, nec vrbem quam oppugnabat, capere poſſet, domum reuerſus eſt. iſto anno quo in militiam profectus erat contra Scenderem Mechmetes, nihil aliud actum eſt. Appetente autem æſtate, viros de Ianuis ſuis primarios miſit ad principes & reges tributarios, quos euocabat ad liberûm ſuorum circunciſionem, quam purgationem vocant. Accerſiuit & regni ſui principes, vrbium præfectos, ſatrapas, duceſque, & milites quotquot mercede conducti penes hunc regem ſtipendia faciebât. Cum ad eum conueniſſent exercitus Adrianopolim, circunciſionem, quam ipſi purgationem putant, liberorum ſuorum peragebat. Munera capiebat magnifica ab magiſtratibus & ſatrapis. Conuentus ille frequentabatur extra vrbem in campo iuxta inſulam. omnes ſub dio agebant, præter regem & principes. Nuptiæ hæ (ſic enim appellant quoque circunciſionem) creduntur ipſis optimæ eorum omnium quæ ad vitam pertinent. Quilibet contendit in ijs nuptijs aliquod proponere ludicrum. nec pauca ludicrà in circunciſione regiorum liberorum exhibentur: viui erecti, inſiſtentes equis, nulla externa ope ſe tenentes, manent immoti, equis in curſum effuſis. Omitto commemorare funambulos. nam in iſta arte Turci reliquos mortales longè ſuperant. Saltantes etenim incedunt per funes ſuſpenſos, & per eos currere poſſunt quàm citiſsimè. Innumera quædam alia admiratione digna faciunt, euntes ſuper his per gladio ſtrictos, & redeuntes. Hæc quis quotidie cernat in foro quod Tactalem nominant vbi & funambuli ludicra ſua faciunt. Hoc hominum genus penes ipſos Tampezim appellant, propter eos qui artem hanc addiſcunt. His ſimilia alia plura quis videat in iſto fieri foro. Gymnica certamina in iſta vrbe quoque frequentantur. Præterea quis non ceu miraculum quoddam admiretur, puerum ſub terram defodi, & eum audire reſpondentem ad ea quæ interrogatus fuerit? Verùm alia quæ maiore quadam virtute & potentia fiunt, minora ſunt his quæ per funambulos fiunt. Etiam alia ludicra in iſta circunciſione propoſita ſunt. Mechumetes regij palatij præfectus, & Europæ ſimul dux muneribus quæ in regem contulit, omnes viciſſe videtur, reges videlicet & Ianuarum duces. Hic Mechumetes filius fuit Michaelis: materno genere Tryballus, paterno Græcus erat. Hunc puerum adhuc exiſtentem, & euntem vnà cum matre à *Neboptido Senderouiam, equites regij comprehenſum in itinere, adduxerunt cum vniuerſa familia ad regem. Rex aurē accipiens puerum in ſuum cubiculum, magnum eum breui declarauit virum. Primò equorum regiorum curatorem eum deſignauit: poſtea ducem conſtituit Ianuæ militum. Nam Zoganum affinem ſuum ex iſto dignitatis gradu detraxerat. Is tandem ſummus erat. Breui autē eò potentiæ progreſſus eſt, vt facilè omnes qui vnquam inter Ianuarum duces præclari extitere, anteceſſerit.

*Circumciſionis ritus apud Turcos.*

*Turcorū ludi.*

*Aureorū 50000. vt libertatē emeret: ſed plagas cū recepiſſe aiunt.*

** Nouobardo.*

Ferunt Charaitinem & Halien filium maximâ auctoritate polluiſſe inter Ianuę milites tempore Amuratis & Paiazitis: neutet tamen tantam & potentiam & regionem nactus eſt, quantam is acquiſiuit. Nam hic cum primas inter omnes duces Ianuarum ferret, exercitum proprium alere potuit. Habuit & miniſtros plurimos, qui & ipſi ad magnam potentiam peruenerūt. Nam Græci pueri qui Byzantio abducti erant, & cum rege morabantur, magnam ſibi peperere potentiam, opeſque magnas. Inter hos erat Murates, ortus genere Palæologorum, apud Græcos perquàm celebri. Poſt hunc Machmetes *Mandromæi filius, plurimùm dignitate & opibus vigebat: qui primò præfectus Ancyræ Piſidiæ declaratus eſt. Si quis autem velit nomina iſta in Gręcam vertere linguam, ſignificabit quidem Murates cupiditatem, Halies Heliam, Eſes Ieſum, Empreimes Abrahamum, Sulaimanes Solomonem, Iagupes Ioſephum. Scenderes Alexandrum. Et quidem hæc Græcè. Pari ratione Eleezen Demetrium, Cheritem Georgium vocāt. Quatuor autem iſta nomina reliqua, Paiazites, Orchanes, Orthogules, Tzymiſſes, & his ſimilia, originem trahunt ab auibus & Scythis. Etiam hoc in nominibus obſeruant, vt quandoque diminutiuis, quandoque verò auguſtioribus vtantur nominibus, vt Muſtapham Muſplachaſitem: Cheterem, Charaitinen. Eadem & in reliquis obſeruatur ratio. Europa habet, quos à rege accipit, præfectos, numero trigintaſex. Horum qui præcipui fuerunt, capiunt ſtipendij nomine à rege duas myriades aureorum ſtaterum: Præfecti autem minores accipiunt myriadem aureorum ſtaterum, plus minuſue. Aſiam autem diſtribuit in Semeas, ſiue ſigna. Singulæ Semeæ ſiue ſigna continent præfectos quadragenos. Præter hos etiam vrbes magnæ, vt Therma Scopiorum vrbs, Philippopolis, & aliæ, principes habent qui connumerantur ſignis. Hi principes ad Semeas ſiue ſigna pertinent, & obediunt Europæ duci ſummo: quemadmodum Aſiani principes Aſiæ duci ſummo parent. Præfecti & duces, quocunque duxerint, eò ſequuntur Europæ & Aſiæ principes. Quando autem ſatrapes ad bellum aliquod proficiſcitur, vrbium principes ex pręſcripto ſatrapæ ſequuntur auxiliares. Summa poteſtas penes regios duces ſumma eſt, quibus etiam ab rege ſtipendium numeratur maximum. Et in hunc modum breui plurimas opes congregant, quas ab ſatrapis & vrbium principibus accipiunt. Inter Ianuæ milites maximam poteſtatem duces obtinent, qui legati ſunt, & plerunque aſſeſſores ſunt regis, & conſiliarij earum rerum quæ ad regni curam ſpectant. Ad hos enim pertinet redditū & tributorum adminiſtratio. Rationes & theſauros regios proprio ſigillo ſignant, & confirmant. His ordine & dignitate proximus eſt ſcriba, ad quem rationes referūt redditūum, vectigalium, & aliarum rerum, quibus id negocij iniunctum eſt. Hic rationes omnium diligenter conficit, quas deinde regi & ducibus proponit. Reliqui ſcribæ expediunt ea quæ ad ſcripturas cæteras,

** eius qui in tyrannum coniurauerat filium, ſed in ipſo illis corpore proprio obiecto illum ſeruarat.*

*Turc. præfectura.*

*Semea.*

*Scriba Turcorū, quem Cancellarium & Quæſtorem vocamus.*

&re-

& regię programmata pertinent. Tributũ, quod rex ex Europa capit, complectitur nonaginta myriades ſtaterum aureorum. Tributum hoc non ab Turcis, verùm ab alienigenis exigitur. Nec enim fas ducunt, vt Turci tributum inferãt: verùm horum officium eſt, vt equis armiſque inſtructi, vnà cum rege in militiam proficiſcantur. Nec etiam operum decimas anteceſſores regis huius ab Turcis exegerunt: verùm hoc exactionis onere vſi ſunt erga alienigenas. Cæterùm hic rex decimas expoſcit, & ſubditos, quò vult, educit in expeditionem. Decimas quoque prętet tributum, quod * Boſcinam vocant, ſoluunt vrbium principes, præfecti, militeſque. Is autem redditus Ianuæ militibus aſsignatur. Etiam ouium greges, qui tributi nomine dantur, in Ianuas abduci oportet. Hæc quidem in hunc modum, quantum attinet ad principum regiſque redditus. Præter tributum, etiam vectigalia non modica per Aſiam & Europam habet rex, quæ capit ab equis, camelis, mulis, & bobus. Hic redditus continet circiter triginta myriades aureorum. Huc accedit redditus, quem inquilini ſoluunt, qui admodum magnus eſt, & vigintiquinque myriades complectitur. Ab armentis equarum, camelorum, & mulorum, quæ regis ſunt, & vndique per regionem paſcuntur, redditus accedit, cuius ſumma eſt circiter quinque myriades. A reliquis accipit redditibus circiter viginti myriades. Quin etiam maximus redditus venit ab emporijs, traiectu, metallis, oriza, ære, alumine, & quinta parte manciporum. Non dubium eſt quin is maximus ſit, ſi quis eum ad calculos reuocet. Traiectum & Pharum circiter viginti myriades ſuppeditare comperi. Redditus metallorum, qui nec ipſe modicus eſt, attingit decem myriades. Ab oriza & reliquis vectigalibus, quæ Ianuæ milites exigunt, & in Chaſia ſecernunt, redditus colligitur, ſi quis rationem ineat, qui tenet viginti myriades. plurima enim Chaſia & optima per Europam & Aſiam habentur. Huc accedit tributũ principum & regum, quod pendunt tum indigenæ quàm alienigenæ. id habet circiter decem myriades. Summa itaque vniuerſorum reddit
uum, quos modò memorauimus, & ad regem & ad Ianuæ milites referuntur, & ad eius Chaſnam ſic dictam, complectitur circiter quadringentas myriades aureorum ſtaterum. Eſt præter enarratos redditus & alius, quem ferunt tempore veris, quando in militiam proficiſcitur rex, præſides, duces, præfecti, ſolennia munera pro ſingularum facultatum modo afferentes. is redditus expeditioni inſeruit. Nec tamen hic redditus in certum numerum redigitur: verùm ſi quis rem ſedulò excutiat, inueniet iſtum redditum continere circiter viginti myriades. Hæ quidem regis pecuniæ comportantur ad Chaſnam, ex quibus deinde ſtipendium accipiunt peregrini & Ianuæ milites, Caripides, Silictorides, Allupbazides, Spachides, & reliqui qui ad Ianuas pertinent, & trimeſtre ſtipendium accipiunt. Supereſt & alius redditus, quem vbertimum capiunt per vniuerſum regnum principes, & duces, & hi qui Timarati vocantur. Is redit ex regione regis, nec facilè à quouis (ſic enim accepi) quam à regijs ſcribis computari poteſt. Summa autem redditnum quos viri accipiunt, quibus merces ordinata eſt ab regis regione, excurrit vſque ad noningentas myriades auri. Hic redditus ſi addatur illi qui ad Ianuæ milites defertur, vniuerſorum redditnum qui ad Ianuæ milites & ad principes redeunt, ſumma excreſcit vſque ad myriades mille, & quadringentas aureorũ ſtaterum Venetorum. Tantus quidem redditus ad regem & ſubditos eius refunditur.

*Tributa et redditus Turcorũ.*

** Boſtina.*

*Chaſna, ſiue Chaſia, nã in Græco variat.*

*Timarati.*

## LIBER NONVS.

MEchmetes, Amuratis filius, miſit viros quoſdam de Ianuis in Peloponneſum, petitum tributum. Verùm regij, vbi in Peloponneſum venerunt, nihil ſani inter Græcos reperiunt. Proinde nec Albanis, nec Peloponneſiacis imperant, vt tributum ſoluant. Cum aũt cerneret rex duces Peloponneſi priuatis certare odijs, malo genio impulſos, vt tandem ſe reſq; perditum irent, tertium remiſit tributum: ſaltem id quærens, vt in præſentię pacem, quæ cõuenisſet, bona fide ſeruarent. Vt verò id facere neglexere, neſcio qua imprudentia & iniquitate vſi, Peloponeſo arma inferre decreuit. * Mathmutem Michaelis filium, quam Ianuarium principem & Europæ ducem deſignarat, ad Iſtrum præmiſit, vt ſi quid rerum nouarum molirentur Pannones, eos criminando à cœptis deterreret. Sin in hunc modum parũ proficeret, accendentes nõ ſineret euaſtare regionem eius. Is aſſumpto Europæ exercitu, qui complectebatur circiter octo myriades militum, profectus eſt contra * Trybaſſos, qui habitant iuxta regionem Iſtro affuſam. Cum autem deprehenderet Pannones nihil innouare, verùm quietem amplecti, Illyrium ſubigere aggreſſus eſt: & oppidula, quæ vi ceperat, diripuit. Poſtquam in Illyrium copias duxit, ibi caſtra prope Iſtrum communiuit, vt vrbes regis ibi ſitas cuſtodiret, & ab hoſtili incurſione defenderet. Hic quidem, quemadmodum indicaui, hoc negocij ſibi deſumpſit. Rex accepto Aſiano & Orientis exercitu, nec non Europęo, quem ab Theſſalia & Macedonia conſcripſerat, & Ianuarum robore, contra Peloponneſum profectus eſt: vt in Peloponneſum & intra Iſthmum peruenit, continuò obſidione circumdedit Corinthum. Circumiens autem ſpectabat, qua parte murum Bombardis prorueret, vt eo diſiecto, ſimul cum ſuis in vrbem irrumperet per loca ruinis patentia. Et quidem eò loci Bombardas fundere omiſit. Verùm iuſsit, vt exercitus Orientalis omni à parte vrbem circumſederet, eamque tandem fame expugnaret. Nam vrbe ea occupata, ſperabat ſe maximum bellicarũ machinarum ſeu Bombardarum apparatum acquiſiturum. Ipſe cum intra Peloponneſum acceſsiſſet, rectà per Phliuntem iter faciebat. Græci autem iis vel tantillum frumenti Corinthum congeſſerant. Nam Lucanes,

*Peloponneſi turbatio.*

** Machumetem.*

** Seruios.*

*Corinthi obſidio.*

nas, præfectus Spartanos, abſente Aſane eam regebat. Preterea nec vrbem ſatis præſidijs & propugnaculis monierant, vt vel breui tempore reſiſtere poſſent regio exercitui. *Aſanes.* Aſanes quidem haud multo pòſt cum accepiſſet vrbem obſidione premi ab Aſiano exercitu, ducens ſecum viros plurimos, profectus Naoplio Venatorum vrbe, & mari in Cenchreenſem portum aduectus noctu ingreſſus eſt vrbem, apportato commeatu ſanè exiguo, inſcio exercitu regis. Rex cum veniſſet Phliuntem, Tarſium vrbem oppugnabat. ** Tocbij, ſiue Thopiæ, vt Barletius.* *Doxies autem, qui iuſſu Albanorum Phliuntiis erat præfectus, eos quos imperio regebat, nec non Phliuntis ciues, in locum quendam munitiſsimum contraxit, & ſtatuebat regi reſiſtere. Tarſum rex in deditionem acceperat: *Tarſus occupata.* & ſomes inde pueros circiter trecentos, & ciuibus præfectum conſtituens, rectà per mediterraneam regionem incedebat. Incedens aũt cum agmine, belli molem auertit in vrbem, quæ ſita eſt in monte excelſo & minoto, in quam Græci pariter & Albani plurimi conuenerant, obſidionẽ regis ibi toleraturi. Maxima vrbis huius erat aquæ penuria. Nam extra vrbem fons erat, quò aquatum ire ſolebant. Ne aquandi facultatem adimeret hoſtis, eum locũ admodum communierant. Rex accedens ad hanc vrbem cum peregrinis militibus, aqua potitur, & vrbem obſidione cingit. Ferunt oppidanos, cum aqua deficeret, interfeciſſe iumenta, & iumentorum ſanguine ſubegiſſe farina, & hinc coxiſſe panes. Cum aũt ſæuiſsima premerentur ſiti, dubij quid agerent, ad deditionem cœperunt animi inclinare. miſerunt itaque legatos ad regem, qui orarent vt in deditionem acciperẽtur. Hic, cum negligentius oppidani propter miſſos legatos ſtationes ſolitas obirent, peregrini aduenientes irruerunt in vrbem, eamq́; obtinuere, & diripuerunt. Poſtea venientes ad vrbẽ Actibam, cum oppidani eam *Acriba capta.* fortiter tutarentur, nec eam deſerere vellent, peregrini conſcenderunt murum. eamq́; occuparunt: quæ militum prædæ ceſsit. *Rupela dedita.* Hinc ducens exercitum, venit Rupellam Phliaſiæ vrbem. in hac ſeruabantur Albani, & Græci qui eò confugerant cum vxoribus. Hanc rex biduò oppugnauit: & cum ea potiri non poſſet, quamuis pauci de ſuo exercitu cecidiſſent, cæterùm plurimi vulnerati eſſent, abduxit exercitum quaſi abiturus. Cum iam accinctus eſſet ad iter, superueniunt legati petentes pacẽm, dicentes ſe paratos eſſe ipſi tradere vrbem. Rex vrbem in deditionẽ, quemadmodum petebatur, ſuſcepit: nec eam diripuit, vel quicquam damni ei inflixit. Cæterùm eos cũ vxoribus & liberis Byzantium, vt ibi habitarent, tranſmiſit. Albani verò qui ſemetipſos Tarſi dediderant, & denuò aufugerãt, viſi ſunt fortuna non admodum ſecunda. Nam *Emanuel Ioannis F. Cantacuzenus Albanorum præfectus proditionum miniſter.* rex eos cepit, manus pedeſq́; eorum crudeliter fregit. Huic turpiſsimæ & crudeliſsimæ morti Albanos circiter viginti adiudicauit. Hinc profectus, per Mantineæ regionem venit ad vrbem Pazenicam. In hanc miſit Cantacuzenũ: quem quondam ducem creantes Albani, bello laceſſiuerunt Græcos. Is ea tempeſtate aderat in caſtris, accerſitus ab rege, vt eius opera vteretur aduerſus Albanos, qui in Peloponneſo erant. Volebat enim vt eos adiret, & ad proditionẽ quoſdam clandeſtinis ſermonibus permoueret. Hic cum miſſus foret ad eos qui vrbem iſtam tenebant, iuſſus eſt dicere vt ſe vrbemq́; regi dederẽt. Apud hunc aderant etiam quidam regij, qui criminabantur eum apud regem, quaſi illi conſilio & nutu Cantacuzeni vrbem non tradidiſſent. Hinc ira percitus rex, eum cõtinuò ex caſtris excedere iuſsit: & ipſe cõtra vrbẽm perrexit. Cum autem fruſtrà aggrederetur vallum (nam relinquentes vrbem, vallum occuparant muniſsimum, vrbiq́; proximum, & eo ſe tenebant ſatis tuti) impedimentis omnibus collectis diſcedebat: & ſecundo ab eo die Tegeatam regionem ingreſſus eſt, ibidemq́; caſtra firmauit. Maxima propoſita erat cõſultatio ducẽdi in Laconiam, & in Epidaurum. magna enim cupido eum inceſſerat uidendæ Epidauri, & capiendæ urbis, *Epidaur. nunc Raguſium, ſiue etiam Maluſia.* quam ſcimus eſſe munitiſsimam omnium quas nouimus urbium. In hanc cõfugerat alter è ducibus, & alter ſe cum uxore receperat in Mantineam Laconiæ mari finitimam. Rex cum intelligeret eam regionem eſſe aſperam, & tranſitu difficilem, abſtinuit latius progredi. Verùm reuerſus, exercitũ mouebat contra Muchlam Tegeæ urbem. *Muchla.* Huic præerat Aſianes Demetrius. Caſtra igitur hic poſuit in loco aſpero & inuio. Vrbs aũt prominet, ſita in monte firmo & munito. Nec mora, expediunt ſcalas & machinas bellicas, urbemque oppugnant. etiam aquam, quæ erat extra urbem in loco munito, obtinuit, ut oppidani non poſſent amplius eò aquatum accedere. Cum autem aduenisset rex ad urbem, & caſtrametatus eſſet, confeſtim legationem ad Aſanẽ miſit. Nam ire iuſsit ad Aſanem, Ioſuam Brenezis filium virũ prudentem, ex omni ſuorum numero, cum interprete: eiq́; præcepit, ut ageret cum Aſane, qui urbem traderet. Ioſue igitur ubi uenit ad Aſanem, huiuſcemodi orationem exorſus eſt: *Ioſue ad deditionem exhortatio.* Aſanes, & Græci omnes, quotquot præſtò eſtis, rex miſſo legato hæc uobis exponi iubet: Tu, qui prudentiſsimus es Græcorum, etiam in ijs quæ ad Græcos pertinent, expertus Ianuæ milites, ſcis, & magis quàm reliqui, qualis quantuſq́; ſit rex ille Otomanidarũ. Quocunque tempeſtatem belli uerterit, haud prius bellum ponit: quàm urbes expugnarit, & uictoria potitus fuerit. Cuiuſmodi autem conditionem uobis proponat, audite, Si pacem feceritis cum rege, eidemq́; urbem ueſtram permiſeritis, regionem aliam, quamcunque elegeritis, à rege accipietis. Si in hunc morem geſſeritis regi, amico & hoſpite re admodum familiariter utetur, gratiamq́; tibi & uobis omnibus referet cumulatiſsimam. Si autem parẽre regi recuſatis, nec urbem tradideritis; ſcito, animam regia tibi iuro, eam breui & capiet, & fœdè diripiet: eos qui hic aſsiſtunt, crudeliſsimæ morti obijciet. Hæc quidem locutus eſt per interpretem. *Aſanis reſponſum.* Aſanes aũt reſpondens, in hunc modum uerba fecit: O fili Brenezis, renuncia regi, haud nobis occultum eſſe animum eius generoſitate excellentem

ra om-

305

re omnes reges, quotquot ab Otomanidis originem traxere. Potentiem eius eſſe in orbe meximam, norunt omnes, quotquot rerũ eius periti ſunt: etiam nos & agnoſcimus & confitemur potentiam eius eſſe maximam. Verùm enimuerò cernetis vrbis huius ſitum, quàm natura & arte ſit munitus, vt non facilè inuenire ſit vrbem æquè munitam. Reges Otomanidæ, nec etiam ipſe rex, ex quo in regnum hoc proceſsit, talem vrbem neq; oppugnarunt, neque ceperunt, nec bello petiuerunt. Videtis enim vrbem vndique quàm maximè munitam. Aditum hic vnum habet: cęterùm cinctũ muris tribus firmiſsimis, tribuſq; portis. Si igitur vnam dirueritis Bombardis, alteram quomodo ſuperebitis? & ſi alteram occupeueritis, relinqueretur tertia cæteris multo validior. Quapropter hæc cogitãtes, & ſcientes nos ſic inſtructos, fortiter bellum quod ab rege infertur, ſuſtinebimus, etiem ſi moriẽdum ſit. Nunciete itaq; regi veſtro, fruſtrà ad vrbem hẽc defendendam eccesſiſſemus, ſi pericula reueriti, vrbem tradere voluiſſemus. Aſanes hæc locutus eſt. Ioſue reuerſus ad regem, quid reſpõſi ecceperit, exponit. Rex igitur Bombardas continuò portis oppoſuit: & quà aditus vrbis erat anguſtiſsimus, ingredi parabat. In eo vrbis aditu muri ſunt tres, nõ longo à ſe inuicẽ interuallo diſsiti. Murum primum, qui erat infirmus, nec admodum cõmunitus, occupauit Aſanes, quaſi bellum mora extracturus, & Bombardarũ ictus eliſurus. Haud enim ignorabat, muros nõ poſſe ſuſtinere Bombardarum impetum: verùm ſciebat, eos tandem collapſuros. At id faciebat hac ſpe, quaſi ſic poſſet oppugnationem ad tempus aliquod tolerare. Bombardæ vbi ferire cœperunt, intra paucos dies exterior murus prorutus eſt. Græci interea egredientes, pugnabãt cum Turcis & aliquot etiam conſecerũt. Relinquentes igitur murũ primum, abiere ad ſecundum, qui firmus erat, & ſaxis magnis cõmunitus. Hunc vbi inſedêre, regis impetum diebus aliquot fortiter propulſarunt. Murum iſtum arietabãt Bombardæ regiæ diebus plurimis, partemq; eius diruerunt non modicam. Intereà cũ Bombardis murus quaſſaretur, globus vnus aberrauit, & in piſtrinum delatus eſt: quod & cõminuit penitus. Hinc in altum ſublatus, cecidit fortè in hominem quẽdam, cuius carnes & oſſa in mille particulas minutiſsimas cõtriuit adeò, vt alis auiculæ cõpararetur. Tantus ſcilicet eſt globi impetus vbi ſemel emiſſus fuerit, & mirabilia multa operari conſueuit. Nam cum non attigiſſet murum, in altum euectus, vrbemque tranſuolens, cecidit in nauale Corinthiorum, cum peregiſſet curſum quatuordecim ſtadiorũ. Globi pondus eret ſeptem talentorum. In hunc modum feriebat vrbem diebus plurimis. Oppidani deficientibus alimentis indignabantur, & inter ſe colloquie ferebant, euntes ad vrbis Epiſcopum. Aſanes quidem plebẽ ſuſtinuit, vt pręſentie fortiter tolerarent. Epiſcopus aũt vrbis ciuem ed regem miſit, qui alimentorũ inopiam, quæ grauiſsima eret, indicaret: eumq; hortaretur, ne cœptam oppugnationem omitteret, verùm fortiter pergeret. Hæc vbi cõperit rex, miſit ad oppidanos qui ſic loquerentur: Nunciatum eſt mihi ab amicis & beneuolis, quos in vrbe habeo, paucorum dierum admodum vobis ſupereſſe alimenta. Quid igitur inſani & miſeri vrbem nõ traditis? Cum nuncij regis quæ mandata eſſent coram Aſane exponerent, publicè deliberabant, dederentne vrbem, an extrema potius perpetientes reſiſterẽt regi? Cum autem cernerent oppidanos grauiter præſentem neceſsitatem ferre, & mali quærere liberationem, fide publica interpoſita, egreſſi ſunt ad regem Aſanes & Spartanus Lucanes. Venientes autem ſuper fœdere pangendo in colloquium cũ rege, ſic ellocutus eſt: Veſtro principi dicite, me paratum eſſe fœdus percutere, & pacem dare: ſed hac conditione, vt ea regio quam exercitus meus peragrauit, mea ſit. Ab reliqua regione tributi nomine peto quingentos ſtateres. Duci autem, qui adhuc tenet Ægæum, Petras, & finitimam regionem, dicite, vt ea nobis tradat: ſin minus confeſtim accedam, & armis ſubijciam. Hęc vbi cognouiſſent, vt præceptũ erat, proficiſcuntur ad principes, qui ea tempeſtate circa Teygetam Laconiæ ſe tenebant, ijſque quæ date erant ab rege mandata explicent. Quibus auditis, viſum eſt ne & vniuerſa ſpoliarentur regione, legatos ad regem mittere, & fœdus conglutinare his conditionibus quas rex præſcripſiſſet. Mittentes itaque, quemadmodum dẽcretũ erat, legatos, pax cõpoſita eſt. Regio, quam poſtulauerat rex, reſtituta eſt regio pręfecto. Omarea Theſſaliæ præfectus Ægęum, Calebrites, Patras, & finitimam regionem Achaiæ recepit. Rex vbi vrbes ſuſcepit, præſidijs peregrinorũ eos firmauit, & peregrinos ijs præfecit. In hunc modum confecto bello, copias omnes domos dimiſit. Ipſe autem conuerſus eſt contra Atticam, & vrbem Athenas. Obambulabat cõtemplans *Pyræeum*, & portuum cõmoditatem. Omaris virtute ciuitatem iſtam vnà cum arce in ditionem accepit. Fuit aũt hæc vrbs ſemper regi, vt audio, beneuola, & munificentiam eius antiquã & apparatum vrbium ſemper plurimùm amplexus eſt. Dixit igitur: Quanta gratia debetur lege noſtra Omari Turachanis filio? Quo pacto Omares vrbẽ iſtam vnà cum arce occuparit, iam dicetur. Mortuo Nerio, vxor eius Athenarum tyrannidem obtinuit, habẽs ex marito filium ſuperſtitem adhuc puerulum. Mittens igitur legatos ad Ianuatum milites, quos largitionibus ſibi conciliarat, facilè principatũ retinuit Athenarum. Nec tamen multo pòſt amore exarſit in adoleſcentem Venetum ſenatoris filium, qui mercium gratia Athenas appulerat. Amore itaq; amens in colloquiũ cum adoleſcente venit. Cum plerunq; autẽ plurimis blanditijs animum adoleſcentis pellicer et, & magna cum voluptate cum illo conuerſaretur, promiſit ſe velle ipſi nubere, & Athenarum principatum ſimul tradere. Hæc autem tum fore, ſi prius ſuam vxorem quocunque modo repudiaſſet; & ea repudiata, deinde rediret Athenas. Adoleſcens ille filius erat [a] Priami, cui à Venetis Neuplium vrbs commiſſa erat. Adole-

ſcentis

*Corinthi obſidio.*

*Bombardæ globi vis.*

*Talentum apud Suidam 125. librarũ pondus.*

*Epiſcopus proditor.*

*Athenæ quo pacto à Turco ſubactæ.*

[a] *Petri Paſimerij.*

ſcens igitur reuerſus Venerias,& amote ardens, ſperansque ſe Athenarum principatum occupaturum, vxorem ſuam necauit, quæ & ipſa Senatoris & patricij erat filia. Hac, quemadmodum dixi, è numero mortalium ſublata, Athenas rediijt, Nerijque vxorem duxit. Cum autem euaſiſſet ad vrbis regimen, delatus eſt ab Athenienſibus apud Ianuas regis. Tandem cum inuidia Athenienſium premeretur, vt eam aliquo modo leniret, dicebat ſe pueri tutotem eſſe. Nec multo pòſt aſſumens puerum, vnà cum eo ad regem venit. Nam Francus Nerij patruelis, conſobrinus verò pueri, morabatur in Ianuis regis,

*Franc. Acciatolus.*

ſperans tempus fore quo ipſe Athenienſium principatu potiretur. Rex aũt vbi comperit amentiam mulieris, Franco Antonij filio vrbem cõmiſit, eique parere & benignè eum ſuſcipere iuſsit Athenienſes. Hi quidem benignis animis, quemadmodum imperatum erat, virum excepere. Qui vbi vrbis præfecturam nactus eſt, mulierem illam cepit, & Megaris in carcerem condidit: nec multo pòſt eandem interfecit, propter ſceleſtas illas nuptias, quas cum iuuene Veneto contraxerat. Quomodo autem iſtam mulierem necauerit, non conſtat. Quapropter cum poſtea iuuanis Francum eius iniuriæ in Ianuis regis accuſaret, rex rei indignitate commotus, miſit Omarem Turachanis filium cum Theſſaliæ exercitu, quem iuſsit * Omares Turachanis

** Omiſſum aliquid.*

filius, accepto Theſſaliæ exercitu, & ad vrbem accedens, eam continuò ſubegit. Arcem tamen tempore longo obſedit, ſperans ſe eam capturum opera virorum qui in arce erãt, quibus vtebatur familiariter. Cum autem nihil eorũ quæ animo conceperat, ſuccederet, Francum in hũc modum alloquutus eſt: O fili Antonij, haud dubiè noſti familiam regis, qui vrbem hanc tempore longo tibi tegendam conceſsit. Quoniam autem rex nunc imperat vt eam reſtituas, neſcio quo iure eam inuito rege teneas. ne dubites, haud diu, ſi ſic facere perrexeris principatus iſtius vrbis penes te manebit. Nunc tibi, ſi vis cum eo in gratiam redire, Bœotiam & Thebas pollicetur, vt hinc decedas ferens diuitias arcis, tuaſque. Saltem arcem regi relinque. Hæc cum audiſſet iuuenis, petebat ſibi fidem dari: qua data, crederet Bœotiam ſibi à rege tradi. Omares rem ad Ianuas retulit: & vt fidem faceret iuueni promiſſa rata fore, facilè impetrauit. Fide igitur accepta, egreſſus eſt iuuenis arce libenter, cum ab rege acciperet Thebas cum reliqua Bœotia.

*Omaris ad Francum oratio.*

*Athenæ Turcis deditæ.*

In hunc modum Athenæ ductu & auſpicijs Omaris in poteſtatem regis conceſſere. Tunc quidem rex Athenas peragrans, & arcem contemplans, mirabatur vrbis arciſq; magnificentiam. Hinc obambulans per Atticã, ſpectabat portus, ſicuti ſuprà annotauimus. Miſit deinde rex virũ de ſuis Ianuis, qui iuſiurandum exigeret ab Peloponneſi principibus. Eundem etiã petere iuſsit ſibi in vxorem principis Spartani filiam. Princeps, quemadmodum præceperat rex, in regis verba iurarunt, atq; iureiurando fides accepta eſt. Verùm haud multo pòſt iuriſiurandi dati pœnituit Thomam fratrẽ iuniorem,

*Thomæ Palæologi conſilia, et temeritas.*

& conſilia, quomodo deficeret à rege, tractare haud ceſſabat, præterea legatum ire iuſsit in Ianuas regis, petens. * Et hunc quidem capi contigit Paris, & duci in arcem, quam tenebant peregrini regis, & alij Turci inſignes. qui & ipſi tandem obſidebantur ab Thomæ militibus. Defectionis aũt conſilia agitabat magis impulſu Lucanis Lacedęmonij qui dicebat ſe proditionem ſubornaſſe cum his, qui ſunt Corinthi: in maxima ſe eſſe ſpe capiundæ vrbis. Quod ſi eueniat, & reliquam regionem ſe exinde optimè diſpoſituros: Iam apertè deſciuerat ab rege, & arces regias oppugnabat, eaq; vi capere nitebatur: nihil tamen eorum quæ mente agitabat, proſperè ſuccedebat Ad defectionem igitur ſollicitat reliquos Peloponneſi, Albanos pariter & Græcos. Etiam cum fratre bellum gerebat, armis eum laceſſens præterea oppidula quædam fratris oppugnabat. Defectionẽ huius quidam Omarem auctorem fuiſſe perhibẽt. Quod vbi cõperit rex, miſit ad Peloponneſi principem pręfectũ illicò, qui cogeret Omarẽ ſe abdicare principatu: ipſe verò in eius dignitatem ſuccederet. Hanc eandem ob cauſam etiam Theſſaliæ principatũ Omari ademit.

** Deeſt aliquid.*

*Scopij.*

Rex profectus eſt in Scopiorum vrbem, & ibi moratus eſt, vt audiret, ſi quid nouarum rerum inſtituerent Pannones. Nam Pannones, vbi accepere Machumetem paratum eſſe, vt regis regionẽ defenderet, ne quid mali ab ipſis acciperet, in vnum collecti, tranſmiſſo Iſtro contendere ad eum locum vbi Mechumetes cum regio præſidio manebat. Commiſſo autem pręlio, in fugam verſi ſunt, paucis eo prælio amiſsis. Quidam capti ad regem abducti ſunt. Rex, vbi allatum eſt Thomam fratrem iuniorem abrupta iuriſiurandi religione defeciſſe, & obſidere ſuos peregrinos, quos veluti præſidium arcibus impoſuerat, exercitum Theſſaliæ & Ætoliæ cõtra Peloponneſum ire iubet. Ducem belli declarat Chamuzam cognomine * Hieracophorum. Hic captis Achmate Peloponneſi pręfecto, & Omare Turachanis filio, quem generum aſciuerat, ingreſſus eſt Peloponneſum: & Patras Achaiæ veniens, arcem obſidione ſoluit. Græci enim cum cognouiſſent regis exercitum accedere, omittẽtes obſidionem, Leontarium in magnam vrbem ad principem colligebantur, quaſi congreſſuri acie cum regis exercitu. Exercitus quidem iter faciebat per regionem Elidis maritimam: & Ithomã perueniens, aſcendebat * Leontarium. Ibi cõgregans Thomas Albanos & Gręcos qui ſimul defecerãt aciem inſtruebãt, quaſi aleam prælij experturus. Turci cum huc veniſſent, videntes Gręcorũ aciem exornatã conſiſtere in vrbis collibus, deliberabant, caſtráne communirent, an rectà quemadmodũ inſtituiſſent, contenderẽt Muchlam Tegeæ. Ionuzes equitũ dux cõſpicans aciem Græcorũ in longitudinem ſe extendere, exclamauit: O chari Turci, Græci victi ſunt. Haud enim poſsibile eſt pugnare eos poſſe, cum in hũc modum acies in ordinẽ explicata ſit. Nam omnes illicò cedent, vbi poſtremi in fugam verſi fuerint. Non enim in aciem diſpoſiti erant vt ſe mutuò adiuuare poſſent. Verùm

** accipitriferum.*

** Megolopolim.*

*Thomæ pugna cum Turcis infelix.*

acie

acie quàm maximè extenuata dimicare cum hoſte parabant. Ionuzes exclamans, quemadmodum dixi, cum turma equitum irruebat in hoſtem, poſtremi excipiebant primos: & cum plures vſque ſuperuenirent Turci, in fugam effundebantur. poſtremi Græcorum fugientes incidebant in ſuos: quos deinde fugæ ſocios trahebant. In hunc modum acies Græcorum vniuerſa in fugam abibat, poſtremis loco pulſis. Græci totis viribus fugiebant in Vrbem. Turci inſtantes clamore & mutua cohortatione, occiderunt circiter ducentos: & accedentes vrbem, etiam principem obſidione circundedere. Exercitus fame & peſte premebatur propter mancipia quæ aduexerat ex Achaia, & deinde Muchlam abduxerat. Ionuzem reliquerunt cum Demetrio principe. Thomas iterum cum deceſsiſſet exercitus regius, regis peregrinos qui arces tuebantur, obſidione circumuenit. Rex ea tempeſtate bellum mouit contra Senderouiam, & Tryballorum regionem. Huius belli iſta cauſſa traditur. Mortuo Eleazaro Bulci filio, relicta eſt vxor eius vnà cum filia in principatu, arcemque Senderouiæ tenebat. Elocans autem filiam Illyriorum regis filio (is erat Stephanus Boſniç rex) principatum retinere cogitabat vrbis. Verùm Tryballi confluebant ad Mechmetis fratrem Michaelem, qui apud Tryballorum principem egerat: eumq; ducem creantes, iuſſerunt vrbis negocia curare. Mulier hunc aduenientem in arcem quaſi hoſpitem inuitauit, continuóque ei vincula inijcit, victumque ad Pannones mittit. Quem Panones accipientes, in carcerem coniecere. Triballi igitur (qui & Seruij) iterum recidebant ad regum Pannonum: & accerſiti vnà cum principis defuncti vxore, deditionem vrbis facere. At rex cognito quónam res ſuæ redactæ forent, arma capit, & copias contra Senderouiam ducit, quaſi vi eam recuperaturus. Oppidani cũ audirent aduerſum ſe hoſtiliter pergere regem, obuiam ex vrbe procedunt regique in itinere claues tradunt. At rex munera magna in hos Tryballos contulit, quoſdam opibus, quoſdam verò regionibus donans. Vxorem Eleazari in fœdus receptam paſſus eſt abire, auferentem opes ſuas impunè. Præſidium autem vnà cum vrbe cæpit. Occupata iſta vrbe, animo voluebat exercitum contra Peloponneſum ducere. Veniens autem Byzantium, & hinc ſoluens in Aſiam, exercitibus circumſedit Amaſtrum vrbem Ianuenſium, ſitam in mari Euxino. Nam Ianuenſes miſerant legatos ad regem, petitum vrbem Galatiam, (quæ & Pera) quæ ipſorum eſſet, quam poſsideret, quamuis fœdera interueniſſent, nec aliqua iniuria eum affeciſſent, fœderum religionem abrumpẽtes. Quamuis autem eius partes Byzantio capto ſit ſequuta, tamen eam ſibi reſtitui orabant. Rex legatis reſpondit, ſe nullam fraudem Galatiæ feciſſe, nec exercitus contra eam mouiſſe, nec etiam eam vi expugnaſſe: verùm vrbis præfecti aduenientes, ſemetipſos & vrbem mihi tradidere, vt quid boni potius, quàm mali, à me paterentur. In hunc modum vrbe iſta potitus ſum, nec cuiquam iniuriam intuli. Ianuenſes autem cum regi propter iſtam vrbem bellum indicerent, ipſe profectus eſt contra vrbem Amaſtrum, ad mare Euxinum ſitam. In hanc expeditionem plurimum æris vehebat camelis & iumentis. Contra iſtam vrbem etiam Aſianum exercitum duxit. Vbi ad vrbem aduenit, eamque expugnare inſtitit, confeſtim deditionem fecit conditionibus quibuſdam. Rex vrbem iſtam in deditionem ſuſcipiens, partem hominum tertiam in ea reliquit. Reliquas duas partes Byzantium, vt ibi habitarent, tranſportauit. Deinde eligens quoſdam ciuitatis huius pueros, cum ijs domum profectus eſt. Interea nunciatur * Chaſanis res maxima ſumere incrementa, eumque pergere † Erziganum, Armenorum regni ſedem. Verùm hæc quidem ſequenti anno contigêre. Cum rex ab Peloponneſo in illam expeditionem iret, ad Ianuas venit regis frater Trapezuntis Dauid, tributum ferens, & fœdera faciens. Nam Colchidis reges feruntur reges olim Byzantij fuiſſe, nati è familia Comnenorum. Hi autem cum exciderunt regno Conſtantinopolitano, Iſaacium regis filium fugientem, patre interempto à populo, propter odium quo in ipſum ferebantur, abijſſe in Colchida & Trapezuntem. Hunc aduenientem Colchidis incolæ ducem pronunciarunt, & exinde regnum Colchidis Trapezuntem contraxit. Ex eo inde tempore hic regnantes, ad noſtra vſque tempora durarunt, exiſtentes Græci, mores, linguamque Græcorum retinentes. Affinitatem iunxerunt cum barbaris finitimis, quos Albos Probatantes nominant. Etiam cum Temiris nepotibus, qui nati erant ab Tzokijs & Caraiſupuis liberis, affinitas interceſsit, ne regio illorum ab his euaſtaretur. Fecêre & affinitatem cum Græcis, qui Byzantij morabantur: intèr cætera cum etiam filiam ſuam elocaſſet Alexius rex Comnenus Ioanni Byzantio regi. Huiuſmodi autem quid poſtea accidit. Suſpectus factus eſt regi Ioanni propter matrem, quæ Cantacuzena erat, quaſi † Protobeſtiarius cum ea concumberet. Ita igitur accenſus Protobeſtiarium necauit: patrem matremque in cubiculo concluſit, vt eos interficeret. Verùm ciues ſupplices fiebant Ioanni, ne hoc faceret: & cum compeſcentes, dimiſerunt in partes Iberiæ. Verùm propter iniuſticiam Ioannis rex, Alexius filium ſuum nomine † Scantarium regem iterum declarauit. Eidem vxorem dedit filiam * Galiuzis, qui Mitylenis erat, eò miſſus ab rege. Ioannes abiens in Iberiam. vxorem habuit regis Alexandri filiam. Poſtea hinc profectus, abijt Capham, quærens aliquem, cui eſſet nauis, qua veheretur Trapezuntem, geſturus bellum cum patre ſuo Alexio. Inuenit autem iſthic virum Ianuenſem, cui nauicula ſatis magna erat, quæ arma omnis generis ferebat. Hũc

*Reſianica*

*Viduæ Lazari calliditas.*

*Amaſtris.*

*Genuenſiũ legatio apud Turcam.*

*Amaſtris deditio.*

** quem Vſancaſſam vocant*

** al. Aſſangam.*

*Imperatores Trapezantij.*

** Protoueſtiarius.*

** Alexandrũ, qui et Scantarie.*

** Caſtinſij*

*Ioãnes Imp. Alexio patri bellum infert.*

primum belli ducem conſtituit. Apparantes igitur nauem, quemadmodum neceſsitas monere videbatur, profecti ſunt Trapezuntem, bellumque ipſe patri ſuo intulit. Egreſſos in terram templum ſancti Phocæ excepit, & in eius ſacello tentoria fixerunt, cum iam antè occultè ſibi paraſſent auxiliatores Cabazitanas, qui regem prodiderunt. Hi enim agentes cuſtodiam regis in Achantæ ſuburbio, quò ipſe tentoria ſua contulerat, cum curribus & belli machinis oppoſiti erant Ioanni: qui concedentes hoſti tutum ad Alexium iter effecere vt Ioannis principes eum circa noctis medium, nihil tale ſuſpicantem, vi interficerent. Cæterùm Ioannes ſuis mandarat, ne patrem necarent: verùm operam darent, vt captum ad ſe abducerent viuum. Hi regis mandata parum curantes, exiſtimabant ſe rem multo gratiorem ipſi facturos, ſi patrem intertimerent: proinde eum peremerunt. Verùm deinceps Ioannes quoſdam ex illorum numero oculis priuauit: quorundam etiam manus præcîdit, vt teſtaretur ſe nolle patrem eſſe interfectum: verùm magis affectaſſe vt viuus in ſuam poteſtatem veniſſet. Ioannes cum in hunc modum paternum adeptus eſſet regnum, patri magnificè iuſta fecit, ſepeliens eum in venerabili templo: quamuis eum poſtea in metropolim tranſtulerit. Nec multo tempore interpoſito, Zyches nomine † Arrabiles bellum contra Trapezuntem mouit, conſcribens vndique exercitus ab Oriente, ab Meridie, & à Samo, necnon ab alijs quibuſdam oppidis. His copijs inſtructus, acceſsit Trapezuntem, volens eam vrbem capere, & deſtruere. Etiam rex Ioannes comparans exercitum, terra marique venit vſque ad ſancti Phocæ templum, quod Cordyla nuncupatur, vnà cum Imperatore Græco & ſuis. Congregans igitur Imperator Græcus ſuos & regis milites, pergebat ſimul cum exercitu ſuo per mare, copiam prælij facturus, vbicunque Zychen indeptus foret. Nam Zyches Artabiles inſederat locum, qui Meliare dicitur præoccupatus Meliaris faucibus quæ Capanium nominantur. Venientes itaque Imperatoris Græci milites, & ipſe, inuenerunt Zychem præoccupaſſe anguſtias ſiue fauces Capanij. Properanter igitur contra illum profecti, ſperabant naualis prælij hoſtem copiam facturum: ſiquidem claſsis ibi parata erat, vt impetum daret in Zychis exercitum. Verùm tempus haud ſatis prælio opportunum, pugnam inhibuit. Nam cum venti procella pertinacius mari incumberet, nauales copiæ non egreſſæ ſunt, vt ſubſidium ferrent claſsi. Verùm cum hîc & alibi hinc inde anchoris firmatæ hærerent, impeditæ ſunt naues, quò minus cum naualibus copijs pergerent in hoſtem, ad quem vſum comparatæ erant. Zychis milites hanc occaſionem non omittentes, irruerunt in Imperatorem, & eius exercitum, confeceruntque & ipſum & filium eius, & alios quoq; circiter triginta. Cæteri in fugam effuſi, venerunt ad regem Ioannem, qui & ipſe naui fugit, & vnà cum alijs Trapezuntem peruenit: quorum alij mari, alij verò terra fugientes, exitium euaſere. Zyches caſtra ſua locauit in monaſterio Phocæ, vbi ſua caſtra antea Ioannes habuerat. Plurimos quoque cæpit viuos, quorum de numero aliquos occidit. Nactus eſt virum eum cui nomen erat Maurocoſtas, qui equorum regiorum curator, ſeu domitor, & Veredarius regis erat. Hunc in vrbis conſpectu letho dedit Zyches. Poſtea, cum triduum ibi manſiſſet, abijt, quaſi dimicaturus in Meſochaldio, ceu id teneret Græcus Imperator. Accidit autem Zychi hoc ea nocte, qua primùm in monaſterium Cordyla venerat. Mulier quædam Armena, timens ne fortè Zyches exterius caſtrum caperet, cum lanificio ſuo, ex quo ſe alebat, præfecta eſt in magnum caſtrum Trapezuntis, quaſi ibi tutius actura. Hæc accipiens ea quibus quotidianum victum ſuum tolerabat, noctu portauit in caſtrum magnum. Et fortè, quia nox erat, incendit fila & lanificium ſuum. Ipſa verò manēbat in magno caſtro, ignara quidnam accidiſſet. Factum igitur eſt incendium magnum in eius domo: & non in ea domo ſe tenuit incendium, ſed in vicina omnia euagatum eſt. Noctis autem erat medium, cum incendium illud ſæuiret. Qui erant in vrbe, putabant proditionem eſſe, quam ſubornaſſent illi qui gratificandum cenſebant Zychi. Proinde omnes magiſtratus, nec non ſubditi, continuò fugam ingreſsi ſunt, relicto Ioanne ſolo, cum quibuſdam circiter quinquaginta. Rex igitur tota ea nocte obibat diligenter vigilias, & conſiderabat portas. Manè venit Zyches vt vrbem illicò in ſuam ditionem redigeret. Verùm re infecta abijt, pergens in Meſochaldium. Fuga igitur ſibi conſuluerunt omnes magiſtratus vrbis, quidam mari, quidam verò terra, vt venirent in Iberiam ad Caſpios montes ſitam. Qui cum reuerterentur tandem Trapezuntem, abeunte Zyche, opprobrijs replebantur ab rege, qui eos identidem vocabat muliebres, molles, imbelles, & patriæ ſuæ proditores. Hæc quidem facta ſunt Trapezunte. At Amaſiæ profectus, Chiteres nomine, expeditionem ingreſſus, ſubitò Trapezuntem oppreſsit: & eos qui in foro & vrbis vicis erant, circiter bis mille comprehendit. Cum autem vrbs iam eſſet propemodum deſerta, cuius cauſa erat ſæuiſsima peſtilentia, iamq; expectarent, ſi modò hoſtis accederet, ſe captum iri: rex vrbis Ioannes opibus effecit, vt rex Mechmetes vrbem eam tributariam acciperet, & captiuos, quos † Chiterempes abduxerat, redderet. Ioannes verò promittebat ſe deinceps nullum initurum bellum, verùm bona fide quotanni: duo millia aureorum tributi nomine penſurū. Ioannes rex fratrem ſuum Dauidem Deſpotam ad regem miſit, vt fœdus prædictis conditionibus pangerent, quod & factum eſt, verùm vt Ioannes annuatim tributi nomine ſolueret tria millia aureorum. Iberia finitima eſt Colchidis regioni,

*Alexij cædes.*

**Orthobulis F. Paiazitis nepos*

*Alexandri Panſebaſti clades.*

*Ioannis fuga.*

*Panicus terror è flāma muliercula.*

*Trapezus occupata, & tributaria facta.*

*†Chiterbegus.*

*Iberoi, eorumq; reges, regio, ſitus, mores, &c.*

regioni, eiuſq; reges haud ſunt inſtrenui & ingeneroſi. Porrigitur autẽ ab eo loco qui Bathy dicitur, & ab Phaſide fluuio vſque Chaltlichi, quę pertinet ad ditionem Gurguri, Corij, Cachetij, & Typhliſij. Vrbes hæ propinquæ ſunt Samachio, quam vrbem tenent & incolunt Turci, ſub quorum poteſtate degunt ſeparatim infra Cachetum vrbem in regione maritima, Sebaſtopolis †Mincelioruni & Dadianni metropolis, Mamia, Samantaula, Gurij, & alię vrbes maritimæ. Nam vrbibus ſuperioris Iberiæ contermini ſunt Alani, Hunni, & Embi. Verũ Alani ad Caucaſum vſq; ſe extendunt, qui præ reliquis habentur viri fortiſsimi, & bellicarum rerum peritiſsimi. Hi conficiunt loricas optimas. Sequũtur religionem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Lingua vtuntur peculiari. Arma habẽt quę ex ęre parant, & Alanica nominãtur. Quin & ipſi Iberi ſunt. Vnde autem in iſtam regionẽ profecti venerint, an ab Iberis Occidentalibus aut aliunde, coniectando aſſequi nõ poſſum. Magnam breui ſibi pararunt potentiã: etiam opes plurimas nacti ſunt. Fidem verò Chriſtianã ex Conſtantinopoli hauſerunt. Nã mulier quæ eò proficiſci conſueuerat, vt veram fidẽ & ſacroſanctam addiſceret, etiã Iberos, abnegata ſua ſuperſtitione, ad ſanctiſsimã & miraculorum effectricem fidem adduxit: eóq; Chriſtianos declarauit cum ſe Chriſtianos eſſe confiterentur. Temporibus multis pòſt Scythæ finitimi his bellũ intulere: & ingreſsi regionem Iberiæ, eam planiſſimè corrũpebant, & euaſtabant. Viros qui prę ſtò erant, captos in mancipiorum numerum retulerunt. Iberorum verò reges confugerant in montes, vt in ijs ſeruarentur. Poſtea cum Scithę ex regione exceſsiſſent, reuerſi ad ſua, etiam Iberi ex montibus ad ſua deſcenderunt, & regi deinceps Scytharum quotannis tributum ferentes, in regno ſuo manſerunt. Breui autem tempore interiecto, poſtquam pugnauit Scytharũ rex contra Alanos, etiam Hunnos & Saſos bello petijt: de quibus quatenus comperi, eatenus memorabo. Aſanes vbi ad regem acceſsit, quid in Poloponneſo eueniſſet, enarrauit. Percunctabatur quoq; de Achmata Peloponneſi principe quia eius frater decreuerat manere in ea regione quamuis hoſtilibus armis à fratre peteretur. Continuò eum donauit inſulis in Aegeo mari ſitis, Lemno, Imbro, Thaſſo, & Samothrace. Has quidem donauit ante captum Byzantium. Capto autem Byzantio, Lesbi principatũ, Lemnum & Aenum, defuncto Palamede, filius eius Dorius vrbem occupauit. Rex autem accedens hoſtili animo, Aenum continuò in deditionem accepit, dedentibus ſe illicò ijs qui in vrbe erãt. Miſſus eſt & Ionuzes Callipolis præfectus, vt inſulas reciperet. Imbrus & Lemnus continuò deditionem fecerunt. Qua facta, continuò regis præſidia inſulis imponebantur. Poſtea cum audirent, Turci claſſem, cuius dux foret † Cardinalis, ab Italia aduenire, & etiam alia ab Italia expectaretur claſsis, præſidia ex inſulis decedebant. Turci verò eas tutabantur. Lemnus, quam primùm claſsis ad eam appuliſſet, in ditionem venit. Similiter Imbrus, Thaſſus, & Samothrace in ditionem acceptæ ſunt. Nec multo pòſt cũ ea claſsis attigiſſet Rhodum, Iſmael præfectus regius adnauigans, Imbrum & Lemnum recuperauit. Viros Italos qui in hac erant, captos ad regem tranſmiſit: quos omnes, cum in conſpectum regis adducti eſſent, interfecit. Ea tempeſtate rex Philippoli verſabatur. Nam regni ſedẽ reliquerat propter peſtem, quæ in ea crudeliter graſſabatur. Thaſſus autem & Samothrace ſeipſas dedidere imprudenter. Nam cum haud multo pòſt Zoganus abegiſſet Iſmaelem, & declaratus eſſet præfectus Callipolis, nauibus adueniens, Samothracen & Thaſſum in ditionem redegit, eaſque penitùs diripuit. Incolas eorum Byzantium, vt ibi habitarent, traduxit. Inſulas verò & quotquot confugerant in montes, ne captiui abducerentur * Aſanes cum copijs ingreſſus eſt Peloponneſum, & Thomam iuxta Leontarium in fugam egit. Ipſe verò fugientem inſequutus, parumper eum obſedit. Cum autem premeretur ab aduerſarijs, diſceſsit, & ad regem reuerſus eſt, petiturus auxilium. Fuit huic acris contentio cum Omare Theſſaliæ præfecto. Cum autem ſtudijs inter ſe grauiter diſſentirent, ipſe ea diſſenſione motus, ad regem profectus eſt. Nec multo pòſt rex Omarem ſe principatu abdicare coegit. Eum autem principatum commiſit Zogano, qui eo tempore Callipolis erat præfectus. Zoganus iſte breui ad maximam claritatem euaſit inter cætera, quòd etiam †Morezniam, qui potentiſsimus in mari noſtro erat pirata, cæpit. Hinc non modica viro illi acceſsit gloria. Hic igitur Theſſaliæ principatu inito, & Peloponneſo ab rege accepta, cum exercitu Achaiam hoſtiliter ingreſſus eſt. Græcorum autem exercitus, accedente Zogano, & arcem oppugnante, diffugit. Itali, quos accerſiri iuſſerat Thomas, iam aderant eò loci, vt ſuppetias ferrent Græcis, profecti Mediolano vt ſubſidio venirent Græcis. Græci parauerant bombardam, qua vrbem feriebant: verùm parum proficiebant: haud enim peritum habebant bombardarium. Nec etiam alius machinarum apparatus ſufficiebat ad iſtam expugnationem. Greci igitur mouentes ab iſta vrbe, profecti ſunt Naupactum, atque hic ſe tenuere. Thomas cum exercitu ſuperueniens, Laconiam ſubigebat, & Calamatam Meſſenæ vrbem. Mantineam quoque obſidione circumuenit. Nec tamen quicquã ea obſidio ſuccedebat, vt vrbe potiretur. Interea miſit Thomas legationem ad regem, vt eius animum tentaret, an vellet ſecum pacem componere. Rex cum eo tempore nunciatũ eſſet quid in Aſia moliretur Chaſanes Longus, pacem dare haud abnuit, vt poſſet liberius arma inferre Chaſani, & Iſmaeli Sinopes principi, cui familiaritas cum Chaſane interceſſerat. Cæterùm rex his conditionibus pacem conuenire poſſe reſpondit, ſi exercitus

Marginal notes:

**Mengreliorum.*

*Alani, qui et Albani, et Georgiani, Iberis proximi.*

*Iberes quomodo Chriſtiani facti. Vide Philip. Bergomenſ li. 9. Supplemẽt Chron & Niceph. li. 8. cap. 34.*

*Dorius.*

**Ludouicus patriarcha Aquileiẽſis.*

*Deeſt aliquid*

** Moreſinum ſiue Morezinum. Morexines piratæ.*

*Thomas iterum fœdus cum Turco.*

*Vſuncaſſanus bellũ parat.*

abduceret ab regis arcibus, ſi reſtitueret oppida quæ ademiſſet, ſi illicò tributi nomine numeraret tria millia ſtaterum aureorum. Adeſſe autem deberet intra dies viginti Corinthi, donec eò veniret regius legatus. Hæc vbi nunciata ſunt principi, pacis cōditiones oblatas haud aſpernatus eſt. Cum autem admodum imprudenter in transuerſum agerentur principis ſubditi, factum eſt, vt non poſſet regi pendere quem admodum imperauerat tributum. Hinc ita exardens res, expeditionem aduerſus Thomā ſumpſit, & bellum contra Chaſanem reiecit in futuram æſtatem, & contra Peloponneſum accingebatur. Cum veniſſet Corinthum, aderat Aſanes ab Demetrio principe, ducturus contra hoſtes regis exercitum. Vbi peruenit Tegeam, Aſanē in carcerem coniecit: etiam fautores qui eum ſequuti fuerant, vinctos detinens, profectus eſt contra Spartam. Primò quidem Machumetes habens equites, & Europæum exercitum, ſummis viribus contra Spartam contendit. Huc cū iam acceſsiſſet, & vrbem oppugnare occœpiſſet, ſenſit principem in ea eſſe. Princeps autem ſpe, quam ſibi in rege ſitam putabat, deiectus, obſidebatur, et conabatur per vrbis arcem aſcendens euadere. Vbi verò intellexit in carcere teneri vxoris ſuæ fratrem Aſanem, & in eam neceſsitatem ab rege eſſe detruſum, exceſsit vrbe: & veniens in caſtra, prodijt in regis conſpectū. Rex aduenientem magnificè tractauit, & plurimùm honorauit. Præterea eum conſolatus eſt, vt bonum animum gereret: ſe nolle delictorum pœnas exigere. Promittebat ſe ei daturum opulentam regionem aliam, nullius rei egentem, pro Sparta. Attamen eum in cuſtodia aſſeruans detinuit. Supra Spartam in radice Taygeti ſita eſt vrbs Græca, opibus florens. Diſtat à Palæopoli & ab Eurora, ſtadijs fermè decem & octo. Hanc rex in ditionem accepit, & præſidium metropoli impoſuit: eique principem dedit Chazanem Zenebiſam Machumetis miniſtrum. Hinc profectus eſt Caſtriam vrbem, quæ remota eſt à prædicta vrbe ſtadijs octoginta, eamque oppugnabat. Nam viri pariter & mulieres cum eſſent incluſi in loco munitiſsimo, confidentes locorum difficultati, parabant ſeſe, vt reſiſterēt exercitui regis adeunti. At peregrini vbi ſignū irruptioni datum eſt, confeſtim aggreſsi ſunt vrbem: & ſuperantes murum exteriorem, viros pariter & mulieres cæperunt: locumque in quo fuerant, deſtruxerunt. Vrbe capta, perrexerunt contra arcem, quæ admodum excelſa erat. Nam altitudo eius complectebatur circiter quatuor ſtadia. Aſcenſus autem erat arduus & ſuperatu difficilis. Ad loci difficultatem accedebat accliuitas & inæqualitas. Præterea in arcem aſcendere difficile erat, propter eos qui aditu aduenientes prohibebant. Verùm regij milites violenter aggrediebantur iter, cum alius alium præuenire cuperet. Plurimi in iſto aſcenſu, cum alij in alios inciderent, per præceps voluebantur, & peregrini complures ibi cadebant. Reliqui tamen victa itineris difficultate, ſubierunt ad arcem, & in eam impetum dedêre. Græci, quòd tempore longo pugnaſſent, nō amplius regijs militibus, cum noui & recentes vſque ſuccederent, reſiſtere potuerunt. Fatigati igitur, dedidere ſe regi. Hos omnes, vbi primū arcem occupauit, in vnum locum contractos occidit. Numero autem erant trecenti. Ducem horum die poſtero in duas ſecuit partes. Hinc profectionem inſtituit per Leontarium: & caſtris poſitis, cum accepiſſet quòd vxores & liberos collocaſſent in vrbem quandam munitam nomine Cardiceam, confeſtim eò pergens, ibi caſtra metatus eſt. Die poſtero vrbem oppugnare ſtatuebat ab arce, murumque vnà cum peregrinis proruere volebat. Azapides iuſsit irruptionem facere eò loci vbi palatium regium eſt, & inde in hoſtem deſcendere. Azapides confeſtim, vt imperatum erat, irrumpentes, Græcos vicerunt, & in fugam abire compulerunt. Interim reliqui vnà cum prædictis ingrediebantur in vrbem: & trucidabant, nemini parcentes, viros, mulieres, iumenta, & pecora. Etiam hi qui arcem tenebant, continuò deditionem fecerunt. Bochales autem cum ſuis propinquis vrbem iſtam regebat. Rex illicò per præconem in caſtris edici iubet, ſi quis mancipium abduxerit, ſi non illicò accedat, id ſecum adducens, mancipium dominum interficiat: poſtea interficiatur & mancipium. Hoc edicto promulgato, nihil rarius erat in caſtris, quàm mancipia vrbis iſtius. Abducta erant inde mancipia mille & † trecenta. Hæc iuſsit in vnum locum congregari, & omnia necari. Atque adeò in mancipia ſæuitum eſt, vt nullus Leontarij eiuis relictus ſit, neque vir, neque mulier. Audiui poſtmodum ex finitimis, cadauera hominum fuiſſe circiter ſex mille, & iumenta plurima. Cum ceteræ Peloponneſi vrbes hoc crudele regis factum accepiſſent, confeſtim metu in poteſtatem regis conceſſere, mittentes legatos ad regem. Inter cętera Saluariū Arcadiæ, nauale eius regionis, ex aduerſo Pyli ſitum, vrbs munitiſsima, regi ſe tradidit. Vrbem hanc vbi ſuſcepit rex, viros & mulieres ciuitatis in carcerem miſit. Hi congregati, ſeu in vnam ſummam collecti, erant decem mille, quos ſe interfecturum rex ſimulabat. Tandem eos tranſportauit in Byzantij regionem, vt in Byzantij ſuburbanis degerent. Ducem ſiue principem Demetrium circumduxit vinctum, donec eum iterum ad colloquium admitteret. Eodē principe monente, miſit rex Ioſuen Iſaaci filium, vt reciperet Epidaurum, & principis vxorē & filiam, quam rex ſe vxorem ducturum dicebat, ſecum inde adduceret. Græcorum princeps de ſuis ducem miſit, qui perſuaderent Epidauri incolis, vt vrbē traderent regi, & paterentur principis tum vxorē, tum filiam inde abduci. Ioſue cum Græcorum robore profectus eſt Epidaurum. Cum veniſſet ad vrbem ciuitatis iudex, ſuadentibus id & alijs ciuib. deficit à principe: nec in ſe eſſe ſitum reſpon-

*Aſanes captus.* *Demetr. Spartæ obſeſſus.* *Sparta, Lacedæmon. Mizithra hodie, à Machumete occupata.* *Caſtria capta.* *Leontariū olim Megalopolis.* *Cardicea capta.* *Mancipia cæſa.* ** Al. ducenta.* *Saluariū.*

reſpondit, vt vrbem regi traderet. Verùm Græcorum principis cùm vxorem, tum filiam paſſus eſt exire vrbe. Has vbi egreſſæ erát, accipientes, rediere in caſtra. Rex vbi intellexit, vt ſingula circa Epidaurum accidiſſent, principis vxorem & filiam ex Peloponneſo rectà in Bœotiam ſubduci iuſsit, addito in cuſtodiam virginis eunucho. Nec multo pòſt etiam principem ab Peloponneſo ad vxorem pergere iubet. Rex illicò capta Cardicea, profectus eſt contra Venetorum vrbes. Venitque viſurus Coronam. Zoganus Peloponneſi præfectus, cui mandatum erat, vt in deditionem regis redigeret Achaiam & Elidis regionem plurimam, necnon mediterranea Elidis, accipiens Theſſaliæ exercitum, & regium equitatum, ſubiugauit Calauritam vrbem, quam tradebat † Doxas, qui inter Albanos facilè primas ferebat. Ipſe cum neceſſarijs ſuis continuò in ditionem regis conceſsit, Zogano vrbem dedens. Omnes tamen hos deinceps, cum ſic imperaret rex, trucidauit. Poſtea profectus eſt contra Grebenum vrbem muniti ſsimam, & hanc oppugnare inſtituit: verùm loci difficultate impeditus, eam expugnare nequiuit. Tentabat deinde & reliquas Albanorum vrbes, inter quas & Santamariam: in quam vrbem plurimi regionis eius opulenti diuitias & opes contulerant, & ibi ſeruabantur. Euocantes autem Zoganum ad colloquium, fœdus pepigerunt, & eidem arcem dediderunt. Hac acceptа dolo circumuenit omnes. Nam immiſſo exercitu, omnes cæpit, & in mancipiorum conditionem traduxit: plurimos eorum etiam occidit. Hæc vbi fama pertulit ad cæteras Albanorum vrbes, nullam amplius ſpem ſalutis ſibi in rege cernebant. Quapropter ſinguli in ſuis vrbibus hoſti reſiſtere parabant, nec vllum amplius oppidulum deditionem facere volebat. Et Zoganus quidem cum talia faceret, maximã calamitatem † Santamariæ inuexit. Cæterùm non multo pòſt, & ipſe ſuo officio excidit. Rex interea Corona relicta, profectus eſt Pylum, & ibi caſtra ponebat. Aderat ibidem & Thomas cum naui: quam conſcendens, ſoluebat, expectaturus quónam res Peloponneſi eſſent euaſuræ. Huc cum appuliſſent naues Venetorum, edixerunt vt hinc decederet, nec in ipſorum portu reſiſtere regi inſtitueret. Ille quidem, vbi caſtra metatum eſſe audierat regem, abibat, committens pelago nauem. Venetorum autem legati accedentes huc ad regem, fœdera initia confirmarunt, & hoſpitalitatem, beneuolentiamque maximam regi exhibebant. Nihilominus tamen regij equites incurſionem in Pylum facientes, haud paucos Albanos, qui in ea regione agebant, cæperunt, & finitimos necauerunt. Equitatus regis deinde pergebat Methonam, vt videret, quinam vrbe eſſent egreſsi, vt ſemetipſos dederent regi. Verùm quidam ab equitibus perempti ſunt. Rex collectis omnibus, Pylo decedens, Græcorum principem Demetrium rectà in Bœotiam procedere iuſsit, vt in ditionem redigeret mediterraneam, quæ ibi eſt, regionem, ſicuti ſuprà docuimus. Ipſe verò cum hæreret in Achaiæ regione, & loca quæ ibi erant, in ditionem accipiens, dedentibus ſeſe principibus, venit in Achaiam, vehens ſecum Aſanem, vxoris quam princeps habebat, fratrem. Huc veniens, accepit miſerabilem calamitatem, quæ contigiſſet Santamariæ. Grauiter, ea audita, ſuc cenſuit Zogano. nam meritò indignabatur. Siquidem propter errorem ſiue crudelitatem Zogani in Græcos, reliquæ vrbes cunctabantur ad deditionem ſpectare. Iuſsit igitur rex per præconem in caſtris edici, vt mancipia Santamariæ conquirerentur. omnia quæ in caſtris reperiebantur, libertatem priſtinam recipiebant. Plurima, antequam id fieret, tranſcenderant ab Achaia in Aetoliam. Zoganus quoque plurimos captiuos in mancipiorum numerum relatos, domum tranſmiſerat. Vrbem dehinc Grebenum, miſſo Ioſue Scopiorum præſide, cepit: & tertiam hominum, qui in ea vrbe erant, partem ad mancipiorum miſerabilem fortunam deduxit. Hinc ipſe eligens pulcherrimum quodque mancipium, ea auferebat. Etiam antequam hæc euenirent, Patrarum præfectus nomine Iſocales oppidule quædam finitima ſubegerat. Nam Græci vbi intellexerunt regem populari mediterraneam regionem, & necare plurimos, ibi tũ ſingulæ ciuitates contendebant ſummis ſtudijs vt ſe traderent regi, priuſquam ipſe adueniens vrbes dirueret: quaſdam in mancipiorum numerum redigeret, & alios letho daret. Turci igitur vrbes ſuſceperunt, & eligentes pulcherrima mancipia, quæ in ijs erant, & vocantur Aprici ſibi conſeruabant. Vrbes quidem minores fœdè diripiebant, at maiores in ditionem accipiebant, eligentes ſibi ea quæ in vrbibus erant pulcherrima. Quemadmodum in oues à paſtoribus deſertas irrunt lupi, nec cæde vnquam ſatiantur, verùm miſerè luporum ſæuitia oues pereunt: ſic ea tempeſtate Peloponneſus crudeliſsimè interibat, vaſtata & corrupta ab regijs militibus, cum alij hic, alij alibi miſerandum in modum occumberent. Rex quum adueniſſet Patras Achaiæ, caſtra communiit, & Caſtrimenum vrbem in deditionem accepit. Miſit quoq; præconem ad Salmenicam, qui iuberet eos vrbem dedere. Verùm hi reſponderunt, ſe nondũ ſatis paratos eſſe vt deditionem facerent. Scire enim ſe, ſi deditionem facerent, ſe idem quod accidiſſet reliquis Græcis, paſſuros. Hæc vt relata ſunt ad regem, poſtero die omnibus collectis venit Salmenicam. Vrbs hæc ſita eſt in cacumine montium excelſorum: locíque natura eſt munitiſsima. Arx præterea vrbis exædificata eſt in præcipitio montis, erigens ſe ſupra vrbem. In hac ſeruabantur, putantes ſe tutos fore ab imminenti diſcrimine finitimorum Græcorum & Albanorum plurimi cum vxoribus & liberis. Rex vbi ad eam vrbem acceſsit, bombardas expediri iuſsit, quibus murũ, qui firmiſsimus erat nec bombardis cedebat, quaſſauit. Tandem in

*Zogani res in Peloponneſo.*

*Calauritæ dedita.*

** Tochius ſiue Topim.*

*Santamaria, fortè quæ Sancta Maura hodie dicitur: quidẽ Leucada alij Nerytũ inſulã eſſe putant.*

**S. Mauræ*

*Turcam Sãctamaurenſes perfidia.*

*Venetorũ fœdus cũ Turca.*

*Achaia occupata.*

*Grebenũ receptum.*

*Græcorũ metus & ad Turcos defectio 1458 Aprici.*

*Caſtrimenum occupatum.*

*Salmenica obſeſſa.*

 alijs

alijs locis periculum fecit, ſi quid promouere poſſet. Quamuis tamen omnia tentaret, vrbem capere nequibat, nec quicquam tanto apparatu dignum efficiebat. Bombardarij interim haud paucos oppidanos vulnerabãt globulis. Quum autem vrbem diebus ſeptem obſidione vrgeret, & peregrini milites aquam fluminis, vnde obſeſsi aquam hauriebant, obtinuiſſent, nec multo pòſt ſiti expugnati oppidani, ſemetipſos regi dediderunt.

*Siti expugnata Salmenica.*

Hos igitur ad miſerandam mancipiorum fortunam redactos, rex in omnes exercitus ſui proceres partitur. Inde quoque elegit pueros circiter nongentos, quos in peregrinorum ordinem tranſtulit. Reliquum vulgus vænijt in publico foro.

*Palæologus arcis præfectus.*

Is autem qui arci præerat, erat dux Græcorum, nomine Palæologus. Indicabat regi ſe arcem traditurum, ſi ipſe hinc profectus miliare vnum caſtra poſuiſſet. Rex conditionem hanc haud abnuit: acceptiſque in rei fidem obſidibus, inde digreſſus eſt: & veniens Aegium caſtra locauit, relicto illic Chamuze Peloponneſi & Theſſaliæ præfecto.

*Camiſe deiecto, Zoganus ſuffectus.*

Hunc Peloponneſo & Theſſaliæ præfecerat rex, cum ex ea dignitate expuliſſet Zoganum propter Santamariæ calamitatem. Ille autem iuſſus manere, vt arcem in deditionem caperet, poſtero die moratus eſt, nihil faciens. Græci autem periculum facturi, num ſatis omnia tuta ſint, quoſdam eorum qui in arce fuerant, demiſerunt, vt abirent portantes ſuam ſuppellectilem in continentem, quæ ex aduerſo Peloponneſi erat. Nam inde cogitabant tranſire ad Venetos. hac enim conditione fœdus ictum erat. Hos igitur egreſſos vrbe, & ad abitum inſtructos comprehendit Chamuzes, & ad mancipiorum conditionem eos trahens, auctor fuit ijs qui in arce erant, non tradendæ arcis. Literis enim miſsis ſignificarunt regi ducis imprudentiam & inſcitiam, quòd illicò fœdera regis violauerit. Rex quid actum eſſet, vbi reſciuit, Chamuzam officio ſuo erecit: Zoganum verò iterum præfectum Peloponneſi, & ducem Theſſaliæ conſtituit.

*Phæanẽſes fraude capit.*

Cum huc regionem iſtas commiſiſſet, iter fecit per Phæanum. Huc cum veniſſet, præconem dimiſit per oppidula finitima, qui diceret: Regem præteritorum veniam dare, & iubere, vt deſcendentes in caſtra, ſuis militibus commeatum vendant. Quidam igitur dicto audientes fuere, & venientes in caſtra, admiſcebantur Turcis. Rex congregans Ianuarum milites, quotquot præſtò erant & equites, eos emiſit in Albanos omnes rapturus. Quotquot præconis voci paruerant, in hunc modum occumbebant: & iumenta pecoráq;, hac occaſione vſi, abigentes, aduenere Corinthum.

*Phliuntis regio occupata.*

Pari fraude vſus, etiam in Philiuntis regionem incurſionem fecit. Nam Albani incolentes loca iſta munitiſsima, Græcorum res agebant & ferebant. Reliqui Albani, qui habitabant in inferiore Peloponeſi regione, accedebant prædictis Albanis auxiliares, & ſequebantur quocunque bellum auertiſſent. Itaque rex decreuit loca iſta reddere infirma. Albanos præterea hinc digreſſos noluit amplius quid in ſua regione rex innouare. Nam plerunque Albanos, quemadmodum modò diximus, defectionem feciſſe aiunt, & reliquos defectionis ſocios traxiſſe. In hunc modum in deditionem regis redijt Peloponneſus.

*Mec. Athenas petit.*

Rex autem veniens Athenas, obambulans hinc inde, veterem illam vrbem & portus ſpectabat. Interea quidam peregrini, qui in arce erant, exponũt regi, quoſdam Athenienſes coniurationem feciſſe, vt proderent, vrbem Franco Bœotiæ principi, qui antea princeps Athenienſium extiterat. Sic vrbs & Athenienſes in magnum diſcrimen venêre. Nã ex huic iudicio fidem dans, capit ciues decem opulentiſsimos: eoſque inde adducens, deportauit Byzantium, vt ibi habitarent. Rediens autem domum, præcones miſit, iubens Demetrium ducem præcedere cum vxore: Ipſe verò per ocium ſequebatur.

*Demetrius Aeno præfectus.*

Duci quidem tradidit vrbem Aenum, & vectigal quod ab ſalinis iſtius vrbis ſoluebatur. Præterea à Ioannis regis accipiebat circiter ſexaginta myriades librarum argenti. Francum Antonij filium, quo per amorem abuſus fuerat (vt fertur) eique crediderat Athenienſium autem, eum inquam miſit ad Zoganum Peloponneſi præfectum, quem occidi iuſsit.

*Franci Accii interitus.*

Zoganus inuitans iſtum in tentorium ſuum, cum eò colloquutus eſt vſque ad noctem. Poſtea autem cum abiret Francus pergens ad ſuum tentorium, ibi interfectus eſt à Zogano, cum vt ibi necaretur, præcibus impetraſſet Franci mors talis fuit. Rex autem per ocium reuertebatur domum. Cum aduenilſet Pherras, diem ibi moratus eſt. Nam fama erat Pannones cum exercitu accedere ad Iſtrum. Vbi autem cognitum eſt, famam hanc eſſe falſam, non multo pòſt Adrianopolim peruenit, ducens ſecum Græcorum regis fratrem Demetrium cum vxore. Vbi proceſsit in regiam ſedem, miſſo nuncio eunuchum abduxit à cuſtodia filiæ ducis. Zoganus, qui relictus fuerat in Peloponneſo, habens ſub ſe Theſſaliæ exercitum, equitibus exceptis res Peloponneſi circumueniens componebat. Plurimùm lucri tum huic, necnon Peloponneſi ducibus accedebat ab mancipijs, quæ clàm ferentes tranſmiſerant in Theſſaliam. Peloponneſiaci quoque plurima munera in iſtum virum congerebant.

*Salmenica arx rurſum obſeſſa.*

Salmenicam quoque exercitu circumſedit: & æquas conditiones, quibus opidani vrbem dederent, obtulit. Cæterùm oppidani eas conditiones reſpuêre, nec ijs obtemperare voluerunt. Contigit autem poſtmodum, vt impunè & illæſus exiret ab arce iſta Græcorum dux, qui per annum ibi manſerat, quàm fortiſsimè & generoſiſsimè ſuſtinens bellum quod ab rege inferebatur. Nã Machmetes regię domus princeps, de iſto viro talem ſententiam protulit: Veni in Peloponneſum, quę admodum magna regio eſt, & mancipia reperi plurima: nullum verò virum præter iſtum. Rex ea tempeſtate in regia ſede verſabatur.

*Thomas in Italiam.*

tur. Thomas ab Peloponneſo profectus, & Epidaurum aſſumens, acceſsit ad Corcyram: & eiectis inde mulieribus & liberis, nauigabat in Italiam ad Romanum pontif. Miſit quoque legatum ad regem, periculum facturus num reddere ſibi velle pro Epidauro, quam tradere volebat, regionem omnem Europæ maritimam. Rex legatum iſtum comprehendi, & in vincula duci iubet. Nec tamen multo pòſt eum inuiolatum & illæſum dimiſit. Thomas veniens ad Romanum pont. apud eum victum habuit, &

*†Al. auri.*

quotannis ſex mille ſtateres †argenti. Inſequenti æſtate, vbi apparuit ver, expeditionem ſumpſit Mechmetes contra Caſtamonæ & Sinopæ principem. Huic dabat crimini amicitiam, quã fecerat cum Chaſanæ Longo. Prętereà quod parabat, Chaſani adiunctus, facere incurſionem in ſuam regionem, vnà cum eo hoſtiliter accedens. Ferunt & alia: videlicet Amarles frater agens in ianuis regis, regi non ceſſauit ſuadere, vt fratri ſuo bellũ indiceret. Implens igitur rex naues & triremes circiter quinquaginta & centũ, eam claſſem mari profectionem facere iuſſit. Ipſe vero tranſiens in Aſiam itinere pedeſtri per continentem incedebat. Claſsis regia Aſiæ oram tenebat, donec veniret Sinopam. At rex iter

*Sinope.*

faciens per Coſtmonam vrbem cum exercitu, tandem peruenit Sinopam. Vrbs hæc præiacet Euxino Ponto, extendit ſe, cum ſit Cherſoneſus, in mare ſtadijs vigintiſeptem: & in Iſthmo ſita eſt. Hortis & arboribus abundat. Plantas & arbores producit omnigenas tam manſuetas

*Podarpas.*

quàm ſyluestres. Nomen eius eſt Pordapas Sũt ibi damularum & leporum viuaria. Nec deſunt aliæ feræ, quas venari ſolemus. Vrbs admodum munita eſt. nam vtrinque mari cingitur, cum ſit ſpecioſa & pulchra. Ab continente vergit vrbs ea in locum arenoſum. Ea verò regio quæ in Cherſoneſum panditur campeſtris eſt: & hinc faciſe vrbis mœnia aggredi licet. Machmetes profectus ad vrbem iſtam, ante aduentum regis

*Machmetis ad Iſmaelẽ oratio.*

in Turcorum caſtra, huiuſmodi orationem cum Iſmaele habuiſſe fertur: O fili Scenderis, tu quidem ex illuſtri †Tyriorum genere natus es. Prę-

*†Turcorum.*

terea nec te fugit, etiam regem ex iſto genere prodijſſe, & contra Mechmetæ hoſtes haud ceſſare bellum genere. Quid igitur non pacem & tranquillitatem amplecteris, & fratri tuo dimidium principatum concedens, alteri dimidio principatui imperare non vis? Sed ſpolias fratrem dimidia principatus parte, & totum gubernas, nec interim abſtinens iniurijs aduerſum reprouocare regem. Nunc igitur, vt res tuę meliore ſint loco, conſulo vt egreſſus ad regem, teipſum & principatum ei tradas. Nec ingratũ experiere regem. Proinde ne cũcteris huiuſmodi beneficio tibi regem deuincire. Nam ſatis ſcio, aliam accipies ab rege regionem, tua nequaquam minorem, & beatè ſecureq́; vires: nec vlla tibi interueniet triſtitia. Nec negocia tibi erunt deinceps aut cum noſtris, aut cum tuis hoſtibus. Etiam ab fratre tuo tutus erit. Nec erit hoſtis qui principatui tuo inſidietur. Ipſe igitur profer, quem tibi ab rege in Europa principatum dari velis, eumq́, tibi apud regem impetrabo. Hæc quidem loquutus eſt Machumetes dux, filius Michaelis. At Iſmael reſpondens

*Iſmaelis reſpõſum.*

inquit: Verùm oportebat, ô Machmeta, regem bello laceſſere Mechmetæ herois hoſtes: nec nos bello affligere, qui eiuſdem & nationis & fidei ſumus. Haud enim fas cenſetur, vt bellum moueat contra virum eiuſdem nationis, & in fœdus ſuſceptum: præterea qui non prior iniurias fecerit, & eum è medio tollere ſtatuat. Nos quidem iniuria nulla affecimus regem, nec fœdera violauimus. Sin autem rex nobis ſuccenſet, quòd Chaſanem coluerim, agè in hunc belli molem auertit. Ergo ſi hanc regionem rex ſibi tradi poſtulat, pro ea nobis tribuat. Philippopolim: at ita, ne eam tributariam, verùm immunitate recepta, poſsideã. Quod ſi fecerit, ad regem pergemus, eius æquitati fidem habentes. Videtiſne, quàm egregiè vrbs munita ſit loci natura, & armis inſtructa? Bombardæ in circuitu poſitæ ſunt quadringentæ. Bambardij iaculatores adſunt circiter bis mille. Habet ſupra decem millia virorum hæc vrbs. Hinc datur nobis quàm turpiſsimè reſiſtere, & hoſtes grauiſsimè lædere. His auditis, Machumetes plurimùm delectatus eſt Iſmaelis oratione: & proceſsit ad regem, vt ei perſuaderet, qui vrbem

*Sinope Mechmeti tradita.*

iſtam in ditionem acciperet. Rex vbi ſingula quæ commemoraſſet Iſmael, intellexit, paratus erat pacem componere his conditionibus quas obtuliſſet Iſmael. Proinde Philippopolim ei præbuit. Iſmael vniuerſas ſuas opes ferens excedebat vrbe, & proficiſcebatur in eam Europæ regionem quam ei rex aſsignauerat. Rex cum in ditionem accepiſſet vrbem, & Iſmaelem in Europam ablegaſſet, etiam reliqua quæ ad iſtum principatum pertinebant, in regis ditionẽ deuenere. Et ſanè Caſtamona vrbs

*Caſtamona.*

erat opulenta, & in primis munita. In hanc princeps collocauerat vxorem & liberos. Ipſe verò obſidionem Sinopæ tolerare volebat. Regio autem Iſmaelis incipit ab vrbe Ponti Heraclia, quæ regis eſt. porrigit ſe per Pontum vſque ad Paphlagoniam, & ad Turgutis regionem. Cum autem opibus per ſe ſit florentiſsima, attamen redditum habet annuum, qui præbet circiter viginti myriades ſtaterum †argentorum. Sola

*†Al. aureorum.*

iſta Aſiæ regio æs fert, vt alibi annotauimus. Aes autem hoc ſecundum Iberiæ æs optimum

*Aes Iberiæ optimum.*

perhibetur. Ex eo quotannis tributi nomine accipit rex quinque myriades ſtaterum auri. Naues plurimæ ſtabant in portu Sinopenſi, inter quas erat rotunda, quã extruxerat Iſmael. ea capiebat dolia noningenta. Hanc Byzantiũ abduxit. Etiam rex parauerat nauẽ, quæ ea tempeſtate, exceptis Venetorũ nauibus, & Alphonſi Tarraconenſium regis naui, maxima erat. Alphon-

*Alphonſi nauis.*

ſus etenim primus fabricauit nauem capacem doliorum quatuor millium. Venetorum vrbs deinde, vbi pax cũ Liguriæ tyranno interuenit,

naues ædificauit. Etiam Taraconenſium rex cõpoſuit naues duas, quæ magnitudine anteceſſere naues omnes quæ vnquam fuere. At Taraconenſium regis naues, in ſeſe incidentes, præ magnitudine in portu confractæ ſunt, nec in mare deduci potuere. Rex Turcorum hæc audiens, & ipſe fabricauit nauem doliorum trium millium capacem. Nec multo pòſt interijt ea propter mali magnitudinem. Nam poſtquã in nauem adaptatus eſt, & quidem eam haurirent tempore longo, tandem vbi exhauſta eſt à quadringentis quibus id negocij datum erat, in ipſo portu ſubmerſa & mari obtecta eſt. Nauis autem gubernator aufugit, timens regem Mechmetem. Sed hæc quidem ſuccedenti tempore acciderunt. Rex igitur ſub idem tempus occupans regionem Iſmaelis, qui Scendere patre natus erat, rectà profectus eſt contra Chaſanem Longum, & contra Colchida, vt debellaret regem Trapezuntis, qui erat amicus & familiaris Chaſanis. In primis autem eo familiariter vtebatur frater eius Ioannes. Ipſe quoq; rex Dauid ſuam conſobrinam *, quæ erat Ioannis filia, Chaſani Longo in matrimoniũ collocauit. Rex Dauid rogauit Chaſanem, vt ſibi efficeret apud regem, ne in poſterum tributum ferre cogeretur ad ipſum Trapezuntis, ſed magis quærebat gratificari Chaſani rex Mechmetes. Cæterùm Chaſanis legati cum veniſſent ad regem, inter cætera loquebantur faſtuoſa: poſtulabant quoque ſibi remitti & Colchidis tributum. Rex hos dimittens minitando: Haud mul.ò, inquit, pòſt veſtro periculo experiemini quid ab rege petendum ſit. Sub idem tempus cum iter per Cappadociã faceret filius eius natu maximus, qui Amaſiam imperio moderabatur, accedebat, munera maxima patri offerens: eumq́ue in terram procumbens, vt mos gentis eſt, adorauit. Hic adijt ad regem, necnon ſocer eius † Turiutes, cuius filiam vxorem duxerat rex, quam plurimùm diligebat: eaq́ue ſecunda poſt mulieres, quas in cubiculo ſuo tenebat, vtebatur. Fratrem vxoris iuſsit, qui ad ipſum adierat, & in Ianuis agebat, ſequi quocunque profectionem inſtituiſſet. Tunc igitur in militiam proficiſcẽti regi, occurrit filius, munera quàm maxima ferens. Vbi autem tranſiuit Sebaſtiam, irruptionem fecit in Chaſanis regionem, vrbemq́ue occupauit nomine * Rex cum vlterius pergeret, obuiam habuit Chaſanis matrem, munera ampliſsima portantem, & nomine filij legatione apud regem fungentem. Progreſſa autem in conſpectum regis, ſic infit: O rex Otomanidarum, fili Amuratis, me quidem miſit Chaſanes filius meus, qui admodum rebus tuis fauet, nec inuidet fœlicitati tuæ, nec recuſat tibi gratificari in omnibus, quæcunq; imperaueris. Quæ autem nunc ſequuntur, ex memetipſa profero, vir diuine. Quid nos, qui eiuſdem tecum gentis ſumus, idemq́, populus, bello perſequeris? Haud ignoras Paiazitem Lelapa Amuratis filium, qui cum circa hæc eadem erraret, & plurimùm delinqueret in gentis ſuæ homines tandem ſenſit vltionem. Nam iuſticia accedens eique manus inijciens, effecit vt trucidaretur ab Temire rege. Tibi quidem hactenus, quia manſuetè & clementer tractaſti tuæ gentis homines, nec cuiquam intoleranda feciſti. Deus maximam & copioſam largitus eſt fœlicitatem, auctore Heroe. Præterea præbet amplam & opulentam regionem, vrbes & reges, qui omnes tuum imperium agnoſcunt, & contremiſcunt. Certè haud te clàm eſt, fore, ſi contumelijs & iniurijs laceſsiueris homines qui Heroa colũt, vt nequeas amplius hoſtes tuos vincere, quamuis quidem natura & animo malè feriati homines, & impudentiſsimi, cenſeant iuſticiam nullibi terrarum homines punire, verùm caſu quodam ſiue fortuitò res humanas gubernari. Nec ad quodcunq, ſe contulerit quilibet ſiue rex, ſiue tyrannus, fas iuſtumque eſt: ſed ſi iuſticia acceſſerit. Verumenimuerò cernimus Parcas vtranq; ſortem, bonam & malam, diſtribuere: & in vtranq, hanc ſecernunt homines, qui in terram aduenerit. Quibus melior ſors in hoc ſeculo à Parcis fuerit attributa, hi poſt mortem vincti pœnis ſubijciuntur. Solet autem aliàs numẽ ſedulò id procurare, vt quod quis intercedente iureiurando pactus fuerit, præſtet. Sin preuaricatur, præuaricantem illico comminuit. Tu quidem maximam conſequutus es fœlicitatem, adeò vt nullus omnium qui in orbe ſunt, regum tibi ſit conferendus. Cauſſa verò in promptu eſt. Nam paruiſti Heroi & ſolennia quæ ſemel viſa ſunt, non es tranſgreſſus: & in poſterum imperabis, ſi ſic perrexeris agere. Pactis autem omnibus quæ quis fecerit, ſiue cum Heroe, ſiue cum Deo, donec moriaris, ſtandum eſt. Verùm non honeſtè nobiſcum agis, qui ſumus de tua natione, & ſerui Herois. Nam etiam Parca tecum pacta eſt. Satis ſcio, hæc nos non deſpiciet, nec nos contumelijs & iniurijs abs te affectos aberrare vagos ſinet. Hæc loquuta eſt. Rex autem in hunc modum reſpondit: O mulier, non eo inficias quin iuſta ſint quæ commemoraſti omnia: verum haud te clàm eſt, pactum conuentum amplius quippiam quàm priuato gratificari regi, & tyranno. Id autem rerum experientia demonſtrare conſueuit. Nam ſi quis in eiuſdem nationis homines peccare apparet, eius rei teſtimonijs fides accipienda eſt. Deinde accedentem oportet vltionem exigere. Hoc à nobis factum eſt. Siquidem prædiximus filio tuo, nos nolle amplius ei noſtram præbere regionem. At non Acquieuit noſtro imperio, nec regione noſtra abſtinuit: verùm noſtra interturbare accedens non ceſſauit. Cæterum, vtut hæc facta ſunt, tamen filio tuo hæc nunciamus: quæ ſi fecerit, ab eius regione exercitum abducemus. Det operam, ne in noſtram regionem incurſiones faciat, nec auxilio veniat regi Trapezuntis, vt ſimul cum ipſo capeſſat bellum. Hæc vbi enarrauit rex, mulier paciſcebatur, & pacem componebat. Qua conuenta, rex duxit

rectà

*Mechmetis expeditio in Armeniam, contra Vſuncaſſianum.*

**Deſpinã.*

*Cappadociam intrat Turca.*

*†Turgetes*

** Corycũ.*

*Matris Vſuncaſſeni ad Turcã oratio.*

*Eiuſdem religionis homines ſe inuicem perturbare nefas.*

*Dei iuſticiam non caſum, omnia gubernare.*

*Parcæ.*

*Legem diuinam cuſtodientes feliciter viuere.*

*Machmetis reſponſum.*

*In Trapezuntiam expeditio.*

rectà Trapezuntem contra regem Dauidem: qui defuncto rege Ioanne fratre ſuo, & relicto nepote vno, congregans Cabazitianos, qui imperant Meſochaldijs circa Trapezuntem regnum inuaſit, eoque potitus eſt regnans, cum iniuria affeciſſet fratris filium, tunc demum quatuor annos natum. Claſsis autem ſoluens à Synopa, poſtquam eam ſubegerant, tendebat Trapezuntem: dextra Cappadociam tenens & veniens Trapezuntem, ſuburbana incendit, & diebus triginta duobus vrbem obſedit. Poſtea etiam rex cum exercitu acceſsit. Machumetes autem dux præceſſerat regem, & ante hunc venerat Trapezuntem.

*Scylolymne.*

*Legatio ad imp. Trapezuntis.*

Caſtris poſitis ibi in coloco, qui Scylolimne dicitur, in colloquium veniens cum Georgio Protobeſtiario patruele eius, iuſsit vt ſic alloquatur regem Trapezuntis Dauidem. Regij Grecorum gentes rex magnus hæc dicit. Cernis, quàm longum iter, & quàm longam regionem emenſus ſit rex, poſtquam expeditionem ſumpſit contra te vt huc veniret? Si igitur illicò vrbem regis permiſeris arbitrio, ne dubites, præbebit aliam: vt demetrio Græcorum principi, qui Peloponneſum rexerat. Donauit verò hinc opibus plurimis, inſuliſq;. Eidem & vrbem opibus florentem Aenum tradidit. Is igitur nunc omni metu vacuus, ſecurus viuit, maxima fœlicitate fruens. Si autem non obtemperaueris, verum regis vires experiri volueris: ſcito vrbem tuam breui direptioni obnoxiam fore. Nec enim prius ab oppugnatione deſiſtet, quàm vrbem cæperit, & vos omnes ignominioſiſsimæ morti ſubiecerit. His dictis ab Mechumete, reſpondit rex Colchidis, in

*Imp. Trapezuntij reſpōſum.*

hunc modum: Verum enim uero nos cum haud dum fœderum fidem violaſſemus: fratrem regis mittentes, prompti & parati eramus, quocunque iuſsiſſet rex, obedientes ire. Etiam regiæ claſsis duci loquuti ſumus, rogantes ne regionem noſtram populationibus affligeret. Paratos enim non eſſe, vbi primùm aduenerit, rex, deditionem facere. Hæc dicens, rogabat vt pax inter ſe & regem conueniret. Hac tamen conditione, vt rex ipſius filiam vxorem duceret, & regionem redderet, ex qua æqualem redditum huic, qui ex Colchide veniret, quotannis acciperet. His expoſitis, pacem orabat. Machumetes reuerſus in caſtra, occurrit regi: & quę ex vrbe cognita haberet, enarrat. Cæterùm rex elatus his ſermonibus, vrbem vi capere & diripere nitebatur. Aegrè enim ferebat, vxorem regis Dauidis, priuſquam appuliſſet claſsis, veniſſe ad ſuum generum Mamiam, & vrbe egreſſam eſſe. Poſtea cum conſultatio proponeretur quid agendum foret, viſum eſt vt cōgreſſus fieret vtrorumq;: & iuramento interpoſito, in deditionem ſuſciperentur. Iuſiurandum itaq; regis interuenit. Quo facto, peregrini milites regis vrbem, ſicuti imperauerat rex, ſuſceperunt.

*Turc. Trapezunte potitur.*

Regem Trapezuntis nauem conſcendere, cum ſuis liberis, & filia & cognatis, qui prę ſtò erant, iuſsit: & ſoluentes, iuſsi ſunt nauigare Byzantium, quaſi & ipſe breui affuturus ſit, iter facturus per continentem. Vrbem autem eam commiſit regiæ claſsis imperatori, qui Callipolis præfectus erat. Peregrinorum præſidio arcem muniuit. Vrbi verò præſidium Azapidum impoſuit. Poſtea miſit Chetirem Amaſiæ præfectum, qui regis iuſſu, loca vrbi & Meſochaldio finitima occupauit. Hæc autem fuerant in ditione Cabæzitæorum, qui erant præfecti Græcorum Imperatoris, & filij eius. Singula iſta loca in regis ditionem, deditione facta, conceſſere. Rex autem relicto præſidio peregrinorum & Azapidum, iter fecit per continentem. Proficiſcebatur per Tzaniorum regionem: quam, quia admodum munita erat, haud facilè tranſire poterat. Veniens deinde Byzantium, curauit, vt rex Trapezuntius Adrianopolim ſubueheretur. Nec multo pòſt & ipſe eòdem peruenit. In hunc modum capta eſt Trabezus vrbs, & vniuerſa Colchidis regio, deueniq; in poteſtatem regis. Antea fuerat principatus, quem regebāt Græci, moreſq; & victus rationem Græcorum maximè imitabatur. Verùm Græci & Græcorum principes, breui admodum tempore bello domiti ſunt. primò quidem rex potitus eſt Byzantio: poſtea arma tulit in peloponneſum: dehinc Trapezuntis regem vnà cum regione nactus eſt. Hęc quidem hactenus contigere.

*Trapezūtis regio vt diſtributa.*

Trapezuntios in partes diſtribuit: partem vnam retinuit ipſe, ex qua fecit Silictarios, & Spathoglanos. hos in Ianuis tenebat, eorumq; miniſterio vtebatur, necnon ipſis nefario amore raptus abutebatur. Partem autem aliam Byzantium tranſmiſit. Porrò ex alia Ianitzaros elegit. Quoſdam conſtituit ſeruos, qui in tabernaculis ſeruirent. pueros ex omnibus elegit octingentos eoſque in peregrinorum cohortem ſubmiſit. Filiam regis Dauidis, non quemadmodum rex hîc petierat, vxorem duxit: haud tamen multo pòſt eam in ſuum cubiculum accerſiuit, perempto rege Dauide. Nepotem autem huius, qui fuerat filius adhuc infans prioris regis, apud ſe habuit Crato. Regis autem Dauidis filius iunior, nomine Ceorgius, cum Adrianopolim

*Georgius Cōnenus fit Turca.*

veniſſet, ad Machumetę religionem conuerſus eſt, aſſumptis Turcorum moribus non multo pòſt captus eſt ab rege, vnà cum patre & fratribus. Nam miſſus literis, conſobrina Dauidis regis, vxor Chaſanis vocabat aut regis filium, aut patruelem eius, Alexium Comnenū ex Mitylenis. Et literas quidem quibus ſignificabatur vt vnus ex filijs regijs Dauidis, aut patruelis eius (vt dictum eſt) veniret ad dominam quæ vxor erat Chaſanis Longi, tradiderant regi. nā literas iſtas dedit Protoueſtiarius Georgius curatori, moribus cæterà nō improbo, vt appareret regi talis, quali fidendum eſſet in quibuſuis. Prętereа ne innoteſceret quomodo Protoueſtiarius rem hanc celaſſet, timens Authentem ſiue Imperatorem magnū, & Baſſam Mechmetē: ne re cognita pœnas daret, Authēti magno Protoueſtiarius. Quapropter literas magno Authenti ob-

*Dauidis Imp. Trapezuntij cum tota ipſius familia interitus.*

tiobtulit. Rex, literis acceptis & lectis, nihil boni ſuſpicabatur. Comprehendi itaque iuſsit Dauidem regem, & filios eius, vnà cum patruele, quos omnes in cuſtodiam dedit. Ceterùm filiam in ſuum cubiculum accerſibat. Cum autē eos aliquanto tempore in cuſtodia aſſeruaſſet, tandem abductos Byzantium necauit. Pueros quidem ex vrbe, & ab locis vbi finitimis allectos, in peregrinorum album conſcribens, ad ſuum cubiculum ordinabat. Quoſdam prætereà tradidit in diſciplinam, vt Turcorum ſtudiis imbuerentur. Reliquis filijs ſuis & ſatrapis dono dedit virgines: quaſdam quoque per ſua cubicula diſpoſuit, quaſdam amicis donauit, quaſdam verò filijs ſuis miſit, necnon quaſdam breui tempore maritis coniunxit. Ea autem quę ſequebatur hyeme, in regni ſede manens: vocabat Bladum, Draculis filium, ducem Daciæ.

*Bladus Dracula Moldauiæ, quæ & Tranſalpina, princeps: qui et Vuladus.*

Nam huius fratrem iuniorem apud ſe habebat, eoq; per amorem turpiter abutebatur, & in ſuum conuictum adhibebat. Diſcordia autem vehemens inter regem & puerum iſtum exorta eſt, cum primò cum ſibi turpi amore flagranti obnoxium eſſe vellet. Nam cum primùm veniſſet in regiam, ablegatus eſt ad Caramanum, quia regem propemodum interſecerat. Cum enim amore ardens puerum vocaret ad coitum, eumq́, illecebris & præbibendo delinire satageret, poſtremò in cubiculum accerſitus eſt. Puer cum putaret ſe nihil huiuſcemodi ab rege paſſurum, præter ſpem cernit regem in turpe hoc facinus velle prorumpere. Verum puer reluctabatur, nec regem admittebat. Rex verò oſcula figebat repugnanti & inuito puero. Puer igitur vagina gladium extrahit: regis femur grauiter vulnerat: & celeri fuga continuò ſibi conſuluit. Chirurgi autem vulnus regis curabant. Puer verò conſcenſa arbore, ibidem occultabatur. Vt autem rex collectis omnibus diſceſſerat, etiam puer deſcendens ex arbore, & iter faciens, non multo pòſt redit in Ianuas regis, eiuſq; concubinus factus eſt. Rex nec etiam ijs abſtinet qui ſuam religionem ſequuntur. Nam cum his ſemper diu noctuq; conſeruatur. Cæterùm alienigenis non multum vtitur rex. Verùm haud multo pòſt pueri huius fratri, quem Bladum nominant, Daciæ principatum rex permiſit. Opera igitur regis adiutus, accedens Bladus, Draculis filius, principatum Daciæ occupauit. Vbi primùm in principatum promotus eſt, haſtatos delegit: quos in conuictum adhibens, corporis ſui cuſtodes deſignauit: Deinde vocans ſingulos qui in ea regione dignitate excellere videbantur, quoſque putabat, ſi dux mutandus eſſet, proditionis conſilia agitaturos: hos inquam omnes cum tota familia letho dedit, & palis affixit, nec liberis, vxoribus famuliſque eorum parcens. Adeò vir ille maximam omnium quos nouimus, cædem & ſtragem hominum fecit. Nam vt ſibi conſtabiliret Daciæ principatum, fertur occidiſſe breui tempore circiter viginti millia virorum & mulierum, puerorumq́ue.

*Dracula iunior Mechmetis Ganymedes.*

*Dracula Bladi crudelitas.*

Cum autem pulchros & egregios quoſdam delegiſſet milites & ſatellites, eos donabat opibus & diuitijs, nec non reliqua fœlicitate quam ex cede illorum acquiſiuiſſet. Itáque breui tempore vir ille innouationem & mutationem Daciæ rebus induxit maximam. Prætereà Pannones non paucos, quorum intereſſe putabat vt res Daciæ quoquo modo bene haberent, nulli parcens, tributo maximo onerabat. Cum crederet Daciæ principatum iam ſatis firmum & tutum eſſe, conſilium capiebat, quomodo ab rege deſciſceret. Sententia autem Dacorum grauiter Bladum angebat. Timebat enim, ſi ipſe confirmato nunc Daciæ principatu quid contra regem molitus fuiſſet, vt negocia ſibi faceſſerent Daci, adducentes Pannones ſocios & auxiliares. Hæc quidem in hunc modum acta ſunt. Ea autem hyeme vt nunciatum eſt regi, Baldum nouarum rerum eſſe cupidum, & deliberare qua ratione à ſe deficeret, & conuerſum ad Pannones, cum ijs fœdere interpoſito ſocietatem coiuiſſe. hæc inquam accipiens, valde viro indignatus eſt. Miſit itaque virum ſatis ſpectatum Ianuarum ſcribam, virum Græcum, ad Bladum, qui hunc moneret, vt ad Ianuas accederet. Quod ſi veniret, fore vt maximam gratiam iniret apud regem. Prætereà bona pluríma ferens, nunquam beneficijs regem ſuperare poſſet, ſi rebus regis fauere pergeret. Cum huiuſmodi mandatis Catabolinum ſcribam Ianuarum ad Bladum proficiſci iubet. Chamuzæ verò, quem Hieraclophorum nominabant, qui apud Iſtrum latuit, vt adminiſtraret ſuo imperio regionem non modicam, & Bidinæ præeſſet, præcepit vt clàm, ſi dolo poſſet, Bladum ad ſe perduceret. Addebat, ſe ei gratificaturum vel maximè, ſeu dolo ſeu alio quouis modo iſtum virum cepiſſet. Chamuzes igitur vnà cum ſcriba conſilia tractabat, qua ratione imperata opportunè ad rem conferrent. Viſum igitur eſt hoc eſſe conſultiſsimum, vt comitanti Blado ſcribam in ſua regione inſidias ponerent, eumque hoc modo per inſidias exciperent. Sed conuenit, vt ſcriba, quando vellet redire ad regem digreſſus à Blado, ſignificaret. Scriba quemadmodum decretum erat, fecit: & horam, qua abiturus eſſet ad regem, comitante Blado, indicauit. Quapropter inſidias, eò loci quò profecturus erat, Blado ſtruxit Chamuzes. Bladus itaq; armatus cum ſuis proſequens ſcribam & Ianuarum ducem, in inſidias præcipitatus eſt. Quas vbi cognouit, ſuos illicò exhortatione firmauit, & miniſtros capit. Chamuzes aūt accedens, pugnauit perquàm fortiter. Tandē Chamuzem in fugam verſum capit: & reliquis fugientibus, euenit vt non multi perirent. Hos igitur omnes, quos viuos comprehenderat, abduxit & palis affixit. cæterùm antequā capitali ſupplicio ſubderentur, mutilati ſunt, extremis corporis partibus præciſis. Chamuſem altiori quam reliquos cruci affixit. Hoc autem ideo factū eſt à Blado, vt ſuis exemplum proponeret, ne quan-

*Catabolinus Mechmetis ſcriba & nūcius.*

*Inſidiæ Blado à Turcis ſtructæ*

*Chamuzes à Blado victus.*

ne quando ſimilia tentarent, quaſi ſimilia paſſuri. His ita geſtis, exercitum conſcripſit quam potuit maximũ & illicò ad iſtrum raptim agmẽ duxit: quem traijciens, venit in loca Iſtro finitima, & in regionem regis: quam vno impetu, cęſis liberis & mulieribus, miſerè euaſtauit. Domos villaſq; incendit, vbicunque potuit ignem inijciens. Cum autem cædem feciſſet maximã, tandem reuerſus eſt in Daciam. Hæc vt allata ſunt ad regem Mechmetem, nempe legatos ſuos fœdè à Blado Daciæ duce peremptos, & Chamuzem, virum inter Ianuas primarium adeò contemptim & ignominioſę perijſſe, dolorem & mœrorem regi mouerunt, quemadmodum veriſimile eſt. Illud autem longè grauiſsimum ducebat, ſi deſpiceret viros tantos taleſq; quos amiſiſſet, nec vltionem exigeret, præſertim cum eò iniuriarum & contumeliæ proceſsiſſet Bladus, vt nec ab legatis violandis abſtinuerit. Dolebat præterea regi, Bladum iſtro tranſmiſſo, magna manu ſuam regionem incendiſſe: & magna ſuorum cæde edita in Daciam redijſſe. Verùm quòd tanta crudelitate legatos ſuos tractaſſet, reliquis maius & atrocius iudicabat. Itaque edixit, annuncians optimatibus ſuis & alijs, vt quàm pulcherrimè armis inſtructi, cũ exercitibus adueniant, atque vnà ſecum in militiam proficiſcantur. Et quidem hoc pacto expeditionem contra Dacos ſuſcepit rex.

*†Machmutem.*

Ferunt præterea †Mechmetem ducem, antequam cædes legatorum & Chamuzis præfecti, & regionis incendium nunciaretur, indicaſſe regi quæ feciſſent Daci viris regijs. Quibus auditis, grauiter indignatus eſt: etiam viro qui hæc expoſuerat, verbera inflixit. Nec enim turpe habetur in Ianuis regis, flagris cædere eos quos ex mancipiorum numero, nec de Turcorum filijs in regnum ſuum tranſtulerit.

*Nũcij Turcorũ Vlacides.*

Rex igitur per vniuerſum regnum dimittens præcones, edixit, vt exercitus bene inſtructi & armati ad ſe adueniant: equites præterea omnes ad hanc expeditionem conciuit. Præcones regij, qui regis voluntatem per vniuerſam regionem nunciant, & nuncij, ſi quid nouarum rerum inciderit, ad Ianuas regis feſtinant, & citiſsimo gradu intra paucos dies maximos curſus peragunt. Si quis ex eorum numero in itinere equum cernit, equitem confeſtim ex eo deponit, conſcendenſque ipſe equum, iter maturat,

*Equorum diſpoſitorum vſus.*

impellens equum quantum poteſt. Deinde ſi alium inuenerit, eundem ſimiliter conſcendit, & equum fatigatum iſti homini tradit. Et in hunc modum equos quieti tradentes, maximos conficiunt curſus. Corpus totum cingunt, ne doleat vel ægrotet corpus quando currunt. Ex Peloponneſo Adrianopolim ſcimus regios pręcones veniſſe intra quinque dies.

*Mechmetis in Moldauiam expeditio.*

Hoc iter intra decem & quinque dies eques ægrè peragere poteſt, etſi maximè feſtinet: hi præcones nominantur Vlacides. Copiæ vniuerſę regis cum inſtructæ conueniſſent, primo vere profectus eſt contra Daciam. Tradunt hunc exercitum regis fuiſſe maximum, & ſecundum magnitudine ei quem contra Byzantium ductaret iſte rex. Verùm conſtat illum exercitum fuiſſe reliquis pulchriorem, & plurimum momenti tum in armis, tum in reliquo belli apparatu habuiſſe. Eo autem tempore in armis habuit rex circiter vigintiquinque myriades hominum. Huius numeri facile iniri poteſt ratio ex Iſtri traiectu. nam publicani Iſtri traiectum emerant ab rege, numerantes triginta myriades aureorum ſtaterum: interim tamen conſtat, eos opes maximas eſſe lucratos. Per continentem deinde exercitus profectus eſt, ab Philippopoli. Implens verò triremes circiter vigintiquinq;, & naues circiter centum & quinquaginta, mari rectà ſubuectus eſt ad Iſtrum, quaſi iter facturus per Bidenam. Iuſsit tamen vt iſtæ naues per Euxinum pontum ad Iſtrum contenderent. Et quidem claſſis, quemadmodum præceperat rex per Põtum ferebatur in Iſtri oſtium. vbi Iſtri oram attigit, aduerſo flumine nauigauit Bidenam: vbicunq; egrediebantur nauibus, incendebant ædificia, & comburebant.

*Prailabũ Valachiæ emporiũ.*

Prailabum vrbem Dacorum, quæ totius Daciæ forum erat celeberrimum, iniecto igne concremarunt. Pleraq; autem iſtius regionis ædificia lignea ſunt, hinc fit vt facilè ignem admittant Dacij vbi acceperunt regem cum copijs aduerſum ſe pergere, liberos & vxores collocarũt quaſdam in montem Proſabum, quaſdam in oppidum nomine * quod circulo veluti circumiens muniebat & cuſtodiebat. Etiam palus ſiue lacus paluſtris id oppidulum vel in primis & tutiſsimum & munitiſsimum præſtabat. Quaſdam præterea abdidere in querceta regionis, qua tranſire difficilè eſt viro peregrino, qui non ſit indigena. Denſiſſima enim ſunt: & arboribus conſita denſis, plerunq; inacceſſa & inuia ſunt. Mulieres quidem & liberos, quemadmodum dixi, in loca tuta contraxere. Viri verò in vnum collecti, ſequebantur Bladum ducem: qui ſecernens vniuerſum exercitum in duas partes, alteram quidem ipſe detinuit, alteram verò ire iuſsit contra Nigræ† Pogdaniæ principem: vt ſi is conaretur in Daciam irruere, fortiter reſiſterent, nec omitterent in eius regionem hoſtilem incurſionem facere.

*Praſobus mons.*

*†Pogdolia.*

*Podolia princeps Vulado infeſtus.*

Nam inimicitiæ intercesſarent inter Nigre Pogdaniæ principem, & Bladum. Quapropter bellum inter ipſos ardebat. Cuius hęc cauſa perhibetur. Princeps Nigræ Pogdaniæ miſſis legatis: hortabatur regem Mechmetem ad bellum inferendum Blado: quę quo magis moueret, pollicebatur ſe ſuas copias eius copijs iuncturum. Regi grata erant quæ princeps iſte afferebat. Proinde iuſsit vt promiſſa ad rem conferrent, & exercitum ſuum adderet Nauarcho prope flumen, & iuncto Marte obſiderent Celium vrbem Bladi ſic dictam, & in ora fluminis ſitam. At princeps ille, vbi animum regis intellexit, conſcripto exercitu de regione ſua, pergebat ad claſſem regis, vt prope Celium vrbem adiungeretur regio Nauarcho. Quo facto vter-

*Cebilũ Valachiæ Lycoſtomos olim, hodie Kilia.*

que vrbem eam oppugnabat. Cumque eam capere annisi eſſent diebus ſanè plurimis, tandem repulſi ſunt inde amiſsis paucis. Cumque vrbis oppugnatio parum procederet, vterque abijt. Niger Pogdanus proficiſcebatur quaſi populaturus Dacorum regionem. Verùm inhibitus eſt ab ea exercitus parte, quæ oppoſita ei fuerat, vt defenderet regionem, ne hoſtilia ab Pogdano pateretur. Bladus cum maiore exercitus parte iter faciebat per ſyluas glandiferas, exploraturus quanam contenderet regis exercitus. Rex cum traieciſſet copias Iſtrum, Dacorum regionem ingreſſus eſt. nec tamen eam populationibus vrebat. nam ne id fieret, prohibuerat. Cæterùm inſtructo & compoſito agmine ibat ad eam vrbem, in quam Daci exponentes liberos & vxores, ſequebantur regem per querceta. Si qui longius ab agmine regis fuerant progreſsi, ab Dacis excipiebantur, & extemplò peribant. Rex cum nunciaretur neminem accedere qui prælij poteſtatem faceret, præterea nec à Pannonibus Blado auxilij quicquam eſſe, hoſtem contemnebat, & vallo communire caſtra negligebat, quamuis ea in patente campo locaſſet. Bladus, vbi accepit ex nuncijs, hoſtes accedere infeſto agmine, nuncium miſit ad Pannones, talia dicentem: O viri Pannones, vos non dubito ſcitis, regionem noſtram veſtræ eſſe finitimam, & vtrique habitamus affuſi Iſtro. Nunc autem, ni fallor, accepiſtis Turcorum regem magna manu accedere, vt arma nobis inferat. Si nunc Daciam vaſtarit, ſibique ſubegerit, ſcitote, haud ceſſabit tanto cardine rerum: verùm continuò arma hoſtilia ad vos circumfert. Nec dubito, quin maxima hinc pericula veſtram regionem incolentibus immineant. Tempus igitur nunc poſtulat, vt nobis auxilio ſitis, vt exercitum hoſtilem quam primùm e regionè propulſemus. Nec expectandum cenſeo, donec regionem noſtram contuderit, & penitùs euaſtarit, & gentem noſtram ſibi ſubiugarit. Etiam ducis noſtri fratrem maiorem rex habet: hunc principem Valaciæ conſtituit. At opera danda eſt, ne ei ſingula ex ſententia ſuccedant. Nam Bladi fratrem iuniorem, cum arma contra Daciam vibraret, rex maximis ſtudijs coluit, magniſque honoribus affecit. Opibus & veſtitu precioſo multo eum virum donauit, hunc iuſſit ſermones ſerere cum Dacorum proceribus, vt ipſe tandem potiretur rerum ſumma. Quapropter cum breui in magnam fœlicitatem ſit promotus, vt parêret regi, imperata fecit, & Daciæ proceres tentauit. Nec tamen quicquam adhuc efficere potuit: verùm repulſus eſt. Pannones cum hæc audirent ex nuncio, dictis obtemperarunt, & prompti erant omnes, vt Dacias ſuppetias ferrent, & hoſti quàm fortiſsimè reſiſterent. Delectu igitur habito, conſcripſerunt exercitum. His quidem Pannones erant occupati. Rex autem hoſtilian vno cum exercitu procedens, quacunque proficiſcebatur, vicos incendebat, pecora diripiebat, quæcunque caſus obtuliſſet. Equites regij mancipia pauca in caſtra ducebant: verùm magis ipſi interibant, ſi quando ab agmine incautius auulſi fuerant. Ferunt, Bladum ipſum in regis caſtra ſpeculatorem veniſſe, & ſingula præſentem conſideraſſe. Non tamen mihi veriſimile videtur, Bladum voluiſſe tanto ſe committere periculo, cùm plurimis potuerit, qui præſtò erant, vti ſpeculatoribus. Sed forſitan id confictum eſt, vt viri audacia inſignior oſtentaretur. Veruntamen Bladus interdiu accedebat quàm proximè ad hoſtilia caſtra: & tentoria militum, regiſque, necnon forum contemplabatur. Bladus habebat equites non pauciores quàm decem mille. Sunt tamen qui tradunt, cum non plures quàm ſeptem mille equites duxiſſe. His confiſus, ſub primā noctis vigiliam aduenit, & in regia caſtra impetum dedit. Primò terror ingens in caſtris obortus eſt. Nam regij milites putabant exercitum magnum & alienigenam peregrinumque ſibi incumbere. Idem credebat & rex. Proinde præſentem intentabant viris omnia mortem: adeò magnū inopina illa & improuiſa oppreſſio incuſſerat terrorem. Lampades enim & cornua irruptionem ſignificabant. Verùm regia caſtra non aliò tranſlata ſunt, ſed in eo loco quē occuparent primò, immota manſere. Turcis enim conſuetudo eſt, vt nocturno tempore caſtra nequaquam moueant: verùm in eo loco, quem caſtris muniendis ceperunt, perſiſtant, ſiue fur ingreſſus ſit in caſtra, ſiue aliquid aliud noui ingruerit. Eo tempore Turci in maximum terrorem coniecti, in ſuis tentorijs quieti manſerunt. Regij præcones per vniuerſa caſtra incedentes clamabant, ne quis loco quem tenuiſſet, moueretur. Bladum mox, qui irruptionem fecerit in caſtra, regis marte caſurum. Præcones quidem territis animum adderent, iuſſerunt ſingulos in eo loco manere, in quem collocati fuiſſent dicentes: Viri † Mulſumani, durate breue tempus. cernetis enim hoſtem regis admodum citò in caſtris obiturum mortem, dantem pœnas ſcelerum, quæ in regem perpetrare auſus fuit. Alia plura his ſimilia expromebant, etiam hoc addentes: Quòd ſi exercitus immobilis ſteterit, prælium citò deſinet: ſin loco motus fuerit, omnes peribitis: rex enim vos omnes necabit, priuſquam ille fugere poſsit. Blado irruenti in regia caſtra, primò occurrit exercitus Aſiaticus, & prælium non admodum longum ibi comiſſum eſt. Nam Aſiani in fugā coniecti, paulatim in cohortes conglobati, recedebant, vt ſeruarentur. Bladus autem habens lampades ardentes & ignes, agmine ſtipato pergens contra regis copias, primò Ianuas regis affectabat. Cæterum Bladi milites aberrarunt à prætorio regis, & inciderunt in tentoria regiorum ducum, Machumetis videlicet & Iſaaci: & ibi fortiter pugnabant, trucidantes camelos, mulos, & alia iumenta. Quum autem pugnam facerent, in ordines collecti & conſtipati, nihil ſanè memoratu dignum paſsi ſunt. Verùm ſi

*Securitas Turci.*

*Valadi ad Vngaros legatio.*

*Bladi diligentia & audacia.*

*Turcorū quies nocturna.*

*Turci edictum.*

*† Muſulmani.*

*Valachorum, qui & Moldaui, audacia.*

qui paulò longius ab ordinibus erant euecti, extemplò Turcorum manibus cadebant. Pedites qui apud Mechmuetem erant, quum eſſent viri fortes, præliabantur admodum memorabiliter. Tandem omnes quotquot erant de exercitu regio, præter Ianuæ milites, aſcenderunt in equos. prælium eò loci diu feruebat. Hinc conuerſi Daci, maturabant iter ad regis Ianuarum milites. Quum autem inſtructos & armatos inuenirent, breui tempore pugnarunt. Deinde omiſſo prælio, vertuntur in forum caſtrorum: quod diripientes, & ſi quem fortè ibi inuenerant occidentes, tandem quum aurora appropinquaret & luceſceret, egreſsi ſunt caſtris, amiſsis paucis admodum ea nocte. Etiam pauci, vt fertur, de regio exercitu deſiderati ſunt. Vbi primùm dies illuxit, rex eligens optimos quoſque, qui ſub tribunis degebant, & Haliem Michaelis filium ducem iſtis præponens, iuſsit vt citato agmine Dacos cedentes inſequerentur. Halies aſſumpto exercitu, profectus eſt ſumma celeritate adhibita, contra Bladum: & ſummis viribus abeuntis veſtigia ſequutus, Bladi exercitum aſſequutus eſt. Subitò autem in hoſtilem exercitum irruens, interfecit plurimos captoſq; Dacos circiter mille, in regia caſtra abduxit. Quos interfici omnes rex curauit. Etiam noctu quendam comprehenderũt de Bladi militibus. Turci hunc deduxerunt ad Mechumetem. qui eum interrogauit, quiſnam & cuiâs ſit, & vnde veniat? Qui vbi ad ſingula, quemadmodum interrogatus erat, reſpondit, tandem iuſſus eſt dicere, ſi ſciret vbinam Bladus Daciæ princeps nunc moraretur? is reſpondit, ſe quidem quæ ſcire expetant, exactè noſſe: verùm ſe nunquam enunciaturum horum quicquam, adeò metuere ſe dicebat virum illum. Illi autem minantes dixerũt, niſi quæ ſciſcitarentur cõtinuò expromeret, petiturum. Qui reſpondit, ſe quidem mortem perpeti paratum eſſe, ſe verò non audere quicquam eorum quæ ſcire cuperent, profari. Machumetes admiratus viri reſponſum, eum continuò necauit, dicens: quòd ſi virille exercitum haberet memorabilem, non dubito quin breui ad magnam claritatem euaderet. Hæc quidem hactenus facta ſunt. Rex hinc decedens, rectà contendebat ad vrbem in qua regiam ſedem Bladus habebat*. Singulis noctibus, vbicunque manebat, per circuitum caſtra vallo circundabat, & munitiones, admodum diligenter caſtra emuniebat. Vigilias præterea ſolitò maiores deducebat, exercitumq; diu noctuq; in armis tenebat. Agmine autem compoſito proficiſcens, in Daciam peruenit: & acceſſit ad eam vrbem, in qua Blado regia ſedes erat. Daci quidem ſe non parabant, quaſi ab rege obſidendi. Portas itaq; aperuerunt, & parati erant ſuſcipere regem cum exercitu aduenientẽ. Rex præter vrbem vectus, cum virum nullũ in muris conſpicaretur, nec etiam bombardarios qui in exercitum eiacularentur, nec caſtra metatus, nec vrbem obſidere aggreſſus eſt. Progreſsi igitur, vt ſuos patibulis & palis affixos viderũt, iter promouerunt ad ſtadia circiter vigintiſeptem. Exercitus quidem regis incidit in patibula & palos, occupantes locum: eius longitudo extendit ſe ad ſtadia decem & ſeptem. Latitudo verò continet ſtadia ſeptem. Patibula & pali apparebant maximi, quibus affixi conſpiciebantur viri, mulieres, & pueri. Horum miſerè peremptorium numerus complectabatur viginti millia hominum. Profectò horrendum & miſerabile ſpectaculum cùm Turcis, tum regi. Rex admiratione defixus, dicebat: Haud poſsibile eſt eum virum qui adeò magna fecerit, regione ſua ſpoliari poſſe, præſertim cum adeò mirabiliter tum principatu, tum ſubditis vti norit. Veruntamen addebat, eum virum qui tanta patrauerit, haud multi faciendum eſſe. Reliqui Turci aſpicientes multitudinem hominum in patibulis & palis hærentium, ſtupebant. Erant namq; patibulis & palis affixi infantes è matrũ gremio rapti. Volucres nidos fecerant in inferioribus eorum. Cum autem rex proficiſceretur, Bladus agmen regium vſq; carpebat, interficiens equites, & Azapides, ſi quando imprudentius ab exercitu regio fuerãt euagati: Bladus animũ intendebat in Nigræ* Pugdaniæ principem, qui quemadmodum nunciatum erat, obſidione circumuenerat † Cellium vrbem Bladi. Relinquens autem exercitũ, qui continebat circiter ſex millia hominum, eos iuſsit per querceta ſequi regem: & ſi quis paululum modo digreſſus fuerit ab regio agmine, eum truncare iuſsit continuò accurrentes. Ipſe verò rectà ducebat contra Nigræ Pogdaniæ principem. Exercitus autem Bladi, cũ ipſe abijſſet, abitu principis admodum gaudebat: & rectà pergens in hoſtem, putabant ſe magnam gloriam inuenturos, ſi hoſtem ſubitò oppreſsiſſent. Cum nuncius veniſſet ad vigilum ſtationem quę ibi erat, indicabat hoſtes aduentare. ſinguli igitur, præter regis Ianuas, ad arma proſiliebant. Mechumetes præcepit Ioſepho, vt præcedens hoſtem ad prælium eliciat. Mechumetes quidem cum vniuerſo exercitu in armis erat. Ioſephus vbi venit ad hoſtem, continuò victus eſt: & fugiens, feſtinabat in caſtra regis. Omares, Turchanis filius, qui & ipſe ordinatus erat ab Mechumete, vt cominus pugnaretur cum hoſte, ad pugnam proficiſcens, occurrit Ioſepho fugienti, eumq; blaſphemando & maledicendo ſic alloquitur: O miſer quò abis? an ignoras regem, quomodo te fugientem ſit excepturus? An non crudelius ab rege quàm ab hoſtibus tractaberis? An non ignominioſiſsimæ morti te tradet, vbi te fugam inijſſe ſenſerit? His dictis hominem cõmouit, vt conuerſus vnà cum Omare Turachanis filio rediret in prælium, & pugnaret fortiſsimè. Nec multo pòſt Dacos in fugam effuſos perſequentes, occiderunt plurimos, nulli parcentes. Cæſi ſunt circiter bis mille. Præfigentes autem Turci haſtis capita Dacorum, reuerſi ſunt ad regem in caſtra. Omarem rex donauit Theſſaliæ prin-

*Caſtra direpta.*

*Haliheg.*

*Bladus vincit.*

*Moldaui militis cõſtantia.*

** Prayla bũ fortè.*

*Valadi carnificina.*

*Bladus Turcum ſequitur.*

** Podoliæ.*

*† Kiliæ.*

*Ioſephus à Valachijs fugatus.*

patu. Mazales autem adhuc ſupererat, & ſequebatur regem, ducens viros fortiſsimos. Dacorum audacia, qui ſecundam in regia caſtra irruptionem fecere hunc euentum ſortita eſt.

*Præda ex Moldauis.*

Rex ex Dacorum regione mancipiorum prædas agebat non modicas. Nam immiſſo equitatu, regionis partem percurrebat non modicam. Equites capientes mancipia plurima, maximas ſibi peperere opes. Etiam iumenta plurima nacti ſunt. Exercitus regis agens vltra viginti myriades equorum & boum, venit ad Iſtrum. Caſtra regia terrebant Dacos, quamuis magnam audaciam oſtentantes. Turci autem ſumma celeritate adhibita, trāſgreſsi ſunt Iſtrum. Rex Haliem † Michaelis filium à tergo ſubſequi iuſsit, cum caſtra ad Iſtrum poſuiſſet. Draculem, fratrem Bladi principis, ibidem in regione reliquit, præcipiens vt colloqueretur cum Dacis, & regionem eam ſubigeret: præterea ſtrenuè adiuuaret iſtorum locorum præfectum. His ita geſtis, ipſe rectà in regni ſedem abijt.

*† Mazalis.*

*Draculæ iunioris ambitio.*

Dracules quidē, quemadmodum præceperat rex, vnunquenq; vocabat, dicens: Viri Daci, quid putatis deinceps de vobis futurum? neſcitis quantas copias rex habet? præterea ignoratis, quòd regiæ copiæ expectantur? quæ vbi primùm acceſſerint, regionem veſtrā populabuntur. & ſi quid reſidui fuerit, auferent. qui fit, quod recuſatis regis amicitiam? Efficiamini amici regis, & finis erit malorū, quantum ad regionem & ad ædificia attinet. Scitis enim vobis in præſentiarum neq; pecus, neq; iumentum vllum relictum eſſet: Hæc omnia grauiſsima paſsi eſtis, auctore fratre meo, cui morem geſsiſtis, viro impijſsimo, qui Daciam affecit clade maxima. Huiuſcemodi cladem nec per vniuerſum terrarum orbem factā eſſe audiuimus. Hæc cum nunciaret Dacis, per eos qui ad mancipia redimenda conuenerant, eos facilè, in ſuā ſententiam pertraxit. Reliquis dici iuſsit, vt confidentes, nec quicquam mali merentes, ad ſe tranſirent. Hi igitur in vnum congregati, decreuerunt vtilius eſſe & conſultius, obtemperare Draculi potius, quàm Blado principi. Euntes igitur paulatim ad Draculem iuniorem Bladi fratrem colligebantur. Quod vbi acceperunt reliqui, & ipſi ad fratrem eius Draculem tranſitionem fecere, Exindeq; contracto exercitu haud contemnendo, & adducto ſimul regio exercitu, ducatum & regionem in ditionem regis redigebat. Bladus cognito Dacos ad fratrem confugiſſe, cum ſciret omnia fruſtra tentari, quòd tantam antea ſuorum feciſſet cædem, in Pannoniam abijt.

*Bladi fuga in Vngariam.*

## LIBER DECIMVS.

*Bladus Belgradis captus.*

EXpeditio regis in Dacos hunc finem habuit. Bladus, fratre Draculæ accedente, & Daciam ſubigente, ad Pannones ſe recepit. Pānones, quorum propinquos, & conſanguineos in Dacia crudeliter peremerat, capitis eum coram ſuo rege Mathia Choniatis filio acquiſiuerunt. Cum ſententiam contra ipſum protuliſſent, grauiſsimā, vt qui præter ius & fas homines occidiſſet, Belgradū ductus, ibi in carcerē impactus eſt. Rex eadem adhuc æſtate, cum autumnus adueniſſet, nuncium miſit in Lesbum, qui imperabat vt pararent claſſem, & cōuenirent in loca maritima. Ipſe quidē ducens Ianuæ milites, cum pauca Europeorū militum manu expeditionē ſuſcipiebat, tranſiens in Aſiam. Rex terra, claſsis verò mari proficiſcebantur. Expeditiones regiæ contra Lesbum hanc cauſam aſsignant.

*Lesbum expeditio.*

Lesbi princeps beneficio regis tenebat iſtam regionē tributariā, numerans quotānis circiter bis mille ſtateres aureos, iam inde ex eo tempore quo Paitogles Callipolis præfectus, imperāte Amurate iuniore claſſe adueniens, in Lesbū incurſionē hoſtilem fecerat, abductis inde mancipijs plurimis: necnon capta Callona, Lesbi vrbe opulētiſsima, quam deuaſtans domū reuerſus eſt. Etiam antea reges inſulā hanc tributariā habuere, necnon Chiū tempore Amuratis quem genuit Orchanes. Sub eo rege inter ceteros & Ionuzes electus ab Ianuarū militibus, profectus eſt in Lesbū: & obſidione circūueniens Molibū, nihil efficere potuit ſanè eorū quorū gratia aduenerat. Cauſa aūt quare rex Lesbo arma inferebat, talis erat.

*Expeditio in Lesbū.*

Rex Lesbio crimini dabat, quòd Tarraconnēſes piratas portu excepiſſet, & mancipia plurima ab ijs emiſſet, quæ venerant ab regione regis, ex quib. non parū lucri Lesbius princeps acceperat. Nā Tarraconnenſes ab Lesbo procurſantes ad maritima latrocinia, necnon hi qui degebant in inſulis Cycladibus idem viuendi inſtitutū occipiētes, regis regionem diripiebant. Deinde reuertentes onuſti mancipiorū præda in Lesbū, ea inter ſeſe partiebantur, aſsignantes Lesbio duci partē magnam, & neutiquam cōtemnendam. Hæc cū nunciarentur regi motus eſt ad bellū inferendū Lesbio principi.

*Hiſpani piratæ.*

At Lesbi princeps Dominicus quem Græci Cyriacum vocant, frater iunior exiſtens, ſeniorem qui à patre Lesbi principatū acceperat, eumq; tempore longo adminiſtrarat, inſidijs circumuentum cepit. & Baptiſtæ viro Ianuenſi, quo vſus fuerat auxiliatore in inſidijs, tradidit. Nec ſanè longo interiecto tēpore fratrem obtruncat, atq; ſolus principatu potitur, pendens regi tributum quotannis circiter duo millia ſtaterum aureorū. Genus principum illorum, Lesbum qui regebant, & Cateluſij nuncupantur, apparet ab Ianuenſibus deduci. Nam venientes auxilio Græcorum regi, qui Byzantium tenebat, & eam inſulam imperio temperabat, ſtrenuè eum adiutarunt, atque magna effecerunt. Rex igitur Byzantius, vt virorum illorum virtutem aliquo modo veneraretur, ijs conceſsit inſulæ huius principatum. Qui tenentes eam inſulam, tandem inde progreſsi ſunt, vt occuparent Aenum vrbem Thraciæ iuxta flumen Hebrum. Nam ciues eius vrbis aduerſabantur † Harmoſtę: & vt ſibi vires pararent, vocabant ab Lesbo Cateluſiorum genus.

*Lesbo donatur Frāciſcus Cataluſius 1355 ſororemq; ducit Caloioannis Imp. Dominicus Lesbi princeps. Lesbi Cateluſij tyranni.*

*† Præfecto*

Cateluſij

Cateluſij vrbem eam occuparunt, & fortiter retinuere, cum plerunque inteſtinis ſeditionibus & odijs exagitarentur Græcorum reges. Videtur autem iſta inſula iam olim ſub Cateluſijs Ianuenſibus extitiſſe, & paruiſſet Phociæ in Aſia adminiſtratori, cui nomen fuit * Catanes. Verùm ex inſidijs inſulam hanc occupauit Catanes. Cui bellum inferens Græcorum rex, etiam Mitylenas ſuo imperio iunxit, nec bellum gerere contra Phocæam abſtinuit. Exinde cum Cateluſij impigrè ſubſidio veniſſent Byzantio regi; beneficio eius inſulæ dominium conſequuti ſunt. Hanc tempore longo tenuere: eius principes etiam noſtra attigere tempora. Iungentes autem connubia cum Trapezuntijs regibus, & Græcorum ducibus necnon cum ijs qui apud Græcos præſtare videbantur, inſulam eam rexerunt ſaluberrimis legibus fundatam. Ab ea continente, quæ Aſiam ſpectat, excurrit ad ſtadia circiter octoginta. Cæterùm & iam olim in poteſtate Ianuenſium fuit Chius, nec tamen armis capta. Verùm cum Græcorum reges pecuniæ inopia laborarent, propter bellũ quod ea tempeſtate gerebant cum † Medis & Tryballis, magnam pecuniæ vim mutuò acceperunt à Martino eius inſulæ rectore. Græci tandem eam inſulam receperunt, cum æs alienum, quo erant obligati Martino, perſoluiſſent. Deinde venit inſula hæc in Ianuenſium ditionem: qui, cum non multum temporis interueniſſet, aduenerunt cum triremibus, vt vrbem eam caperent. Hi nec populi, nec magiſtratus conſenſu & voluntate miſsi erant, vt inſulam eam in ditionem reciperent, verùm ſua ſponte, cum eſſent † nouem familiarum viri principes, ab domo profecti, inſulam eam ſubegere. Ex eo tempore communi conſilio magna concordia vrbem gubernarunt, cum vbique ipſorum in rebus gerendis modeſtia eluceret. Tandem vrbis & inſulæ partes emerunt viri Ianuenſis, qui plurimum pollebant opibus, propter maſticis redditum & prouentum. Inſula namque iſta in mari Aegeo ſita, maſticis fructum reddit vberrimum: & qui huic operi ſunt intenti, lucra multa ferunt. Hæc autem minus remota ab Aſia eſt, quàm prędicta. Siquidem ſtadijs maximè quinquaginta ſeptem ab ea diſsita eſt. Gubernatur à principibus illis nouem, qui primò eam inſulam ſui iuris fecerunt: necnon ab alijs, qui poſtmodum patrias vrbes in ea inſula ab Græcorum regibus redemerunt. Metropolis Chij optimis regitur legibus, nec vlli omnium vrbium, quæ in iſtis inſulis frequentantur, diſciplinæ ſanctitate inferior eſt. Redditus habet largiſsimos, qui, incredibile eſt dictu, quantas opes ſuppeditent ijs qui eam regunt. At Mechmetes Amuratis filius hoſtilia arma intulit Leſbo, his de cauſis quas ſuprà memorauimus. Accedebat præter ſocietatem, quam cum piratis inierat Leſbi princeps, etiam fratris mors: cuius culpam in eum principem rex transferebat, & vlciſci fratris manes in animum induxerat. Rex quidem itinere pedeſtri in Aſiam tranſiens ferebatur: at claſſem, quæ complectebatur triremes vigintiquinque, & naues minores centum, per mare ſequi iubet. Bombardas per mare in inſulam eam tranſportauit: necnon lapides, quibus onerarentur, circiter bis mille. Belli quidem inſtrumenta & machinas mari ad eam inſulam ſubuehi curauit. Ipſe verò veniens Poſsidium, pedeſtri itinere ad inſulam accedebat, ducens Ianuarum milites, & quoſdam Europæos circiter bis mille. Nam quum dimiſiſſet exercitus, rediens ab Dacia, continuò bellũ mouebat contra iſtam inſulam. Copiæ vbi in continentem ſunt expoſitæ, illicò incurſionem fecerunt in inſulam, eamq; populati ſunt. Verùm pauca inde abſtulerunt mancipia. Mox legatum ad Leſbi ducem miſit, qui iuſſu regis diceret principi ſeu duci, vt vrbem dederet. Quod ſi faceret, fore vt ab rege acciperet aliam, & admodum magnam regionem. princeps Leſbi neſcio quo genio malo in tranſuerſum abſtractus, pacem regis aſpernatus eſt. Rex itaq; bombardas ſiſtens, & contra vrbem dirigens, in continentem pergebat conſilio Machumetis, qui eum adhortabatur, ne in inſula moraretur. Machumetes accepto exercitu, vrbem oppugnabat, diſtribuens copias vniuerſas in turmas, & manipulos. Murum bombardis arietabat diebus vigintiſeptem, vrbiſque partem non modicam ſtrauit. Habuit bombardas quæ in ſublime globum torquent, quas mortaria nominant. quibus vrbem grauiſsimè afflixit. Oppidanorum copiæ in arctum cogebantur. Oppidani tamen, cum fortè etiam quidam de piratarum numero præſtò eſſent, egreſsi vrbe, manus cum hoſte conſeruabant. Res verò eorum nequaquam proſperè ſuccedebat. nam Turci laceſsiti ab oppidanis, accurrebant ad murum: & magna audacia freti, eum ſuperare nitebantur. Oppidanis in grauiſsimo periculo verſantibus, ſiquidem hoſtis multitudine ſuperior erat, princeps inſulæ legatos miſit, qui nunciarent regi, ſe paratum eſſe dedere vrbem, & reliqua vrbis oppidula. Se tamen petere, vt ſibi à rege aſsignetur regio alia, æquales huic redditus habens. Pollicebatur quoque ſe ſtrenuè imperata facturum, quocunque tamen in militiam eductus fuerit regio iuſſu. Machumetes, cum intellexiſſet principis & oppidanorum ſententiam, reſpondit, ſe nuncios miſſurum in continentem ad regem, qui haſce principis conditiones ei exponant. Vbi hæc ad regem relata ſunt, videlicet quæ promittebat inſulæ Princeps, continuò in gaudium effunditur, & in inſulam traiecit, lubentiq; animo admittit principis, quas præſcribebat, conditiones: atque ſe hiſce conditionibus inſulæ principi fœdus & pacem daturum. Cum iam res vtrinque deciſa, & fides fœderis, iureiurando vtrinque interpoſito, accepta eſſet, vrbe egrediebatur inſulæ princeps: & veniens ad regem, eum adorat, & huiuſcemodi orationem exorditur. Noſti, ô

*Marginal notes:*

** Foglia vecchia nunc.*

*Chius vendita Ioannitis.*

*† Perſis.*

*Martinus Chij rector Boccauigra 1161.*

*† Al. decem quos Maoneſos vocant. Vide Iuſtinianũ. An. 1161. & 1446.*

*Chius metropolis, et Reſpub. eiuſdem.*

*In Leſbum expeditio.*

*Poſtulata Turcià Leſbi principe Nicola Cateluſio. 1459.*

*Mortaria.*

*Vrbs & dux deditur.*

*Lesbi ducis ad Turc. oratio.*

rex, ex quo inſulam iſtam regere occœpi, me iuriſiurandi religionem temeraſſe nunquã. Quod autem mancipia ex regione tua vi prædonum abſtracta non receptauerim, ſciri poterit ab iis qui Aſiæ loca incolunt. Nam mancipia, quamprimùm capiebantur è tua regione, continuò à me dominis ſuis reddebantur. Præterea maximum mihi fuit ſtudium, vt ſicubi veſtra mãcipia quis eſſet nactus, ea ſtatim dominis ſuis reſtituerentur. Quòd piratas ſuſcepi, ea gratia factum eſt, ne prædas ex mea regione agerent, eamque vaſtando corrumperent. Nec vlli horum vnquam vel occaſionem præbui, vel conſilium dedi, vt adnauigantes quicquam damni regioni tuę importarent. Nunc autem ad te venio, vrbem atq; adeò vniuerſam inſulam tibi tradens. Supplex verò te oro, vt quemadmodum hactenus rebus tuis plurimum beneuolentiæ præſtiti, ita nobis gratias referat rex. Hæc quidem fatus eſt, & lachrymæ cadebant obortæ, dicenti, inſcitia oppidanorum factum eſſe, quòd non ſtatim ab initio, cum bona ab rege nunciarẽtur, venerit. Rex exprobrans ei ſuam inſcitiam et imprudentiam, poſtremò conſolationem adhibuit, iubens eum eſſe bono animo, nihil eũ mali propter id quòd primò non paruerit edicto regis paſſurum. His vltro citroq; dictis vrbem rex in ditionem accepit: principemq; etiam in reliquas inſulæ vrbes ire iubet, vt earum arces ſe dederent. Qui impigrè iuſſa regis capeſſens, vnà cum regiis præfectis vrbes adiit, eaſq; regi tradidit. Rex continuò, ne qua innouatio exoriretur, vrbes in ditionem acceptas præſidiis firmat. Mytilenarũ ciues in tres diſtribuit partes. Vulgi inutilem partem ibi reliquit: alteram peregrinis conceſſit: tertiam, quæ genere & opibus principatum facilè obtinebat Byzantium deportauit. Piratas trecentos in vnum locum extra vrbem contractos occidit. Et quò crudelius perirent, corpora eorum media diſſecuit. Nam placuit regi Turcorum hoc mortis genere in hoſtes vti, vt maiore crudelitate interirent, diſſectis corporibus mediis, gladio diaphragmati adacto. Nam qui in hunc modum cæditur diu mortis dolores amariſsimos experitur. Huic autem vrbi, ne quam defectionem molirentur incolæ, ducentos de peregrinorum corpore, & trecentos Azapides impoſuit. His ducem conſtituit Samblatis filium virum illuſtrem, cuius pater in regis Ianuis iudicis officio functus eſt, & litigantes ſumma diligentia & attentione audiuit, & ſententiam ſumma æquitate adhibita dixit, adeò vt facilè primas inter omnes Ianuarum iudices ferret. Ius enim iuſtiſsimè dixit: & facilis clemenſq; omnino fuit in inueniendo pœnas, quibus damnati ſubdendi eſſent. Lesbi ducem eam vrbem relinquere, & omnia ſua Byzantiũ trãsferre iubet. Ipſe verò reuerſus eſt domũ, eligens ſibi optimatum Lesbi pueros, filios & filias circiter octingentas Triremes quoq; abduxit, relictis tamen nauigiis minoribus in inſula. Sororem ducis, quam etiam antea rex ceperat in

*Lesbos Mechmeti condita.*

*Turcica crudelitas.*

*Samaliates quàm iuſti & æqui obſeruantes.*

Colchidis regione, vxorem Alexandri Comneni, qui rex erat Trapezuntis, induxit in gynecæum, ſiquidem forma antecedere credebatur eo tempore omnes, quotquot ob formæ elegantiam commendabantur. Maritus eius præmortuus erat Trapezunte: ipſaq; vidua erat, relicto filiolo vnico. Rex capta Trapezunte, puerum hunc abduxit: & præ cæteris poſt Byzantium, Amuratis fratrem, in Ianuis benigniſsime tractauit. Filiam Trapezuntii regis Annam nomine, & Chriſtianam cuſtoditam pro arbitrio victoris connubio iunxit Zogano, inferioris Macedoniæ præfecto. Ex quo autem eum Peloponneſi imperio expulit, eam Albanis filio, cui Iyon nomen erat, tradidit: quamuis eam deinceps acceperit vincens, cogeritque ſuam religionem aſſuuere. Haud multum interceſsit temporis, & Lesbio duci neſcio quod crimen impegit, captumq; in vincula dedit. Ego quidem audiui, eum in carcerem eſſe raptum, quòd diſpliceret regi, & iam olim ipſi fuerit inuiſus propter multa & intoleranda mala, quibus regiam familiam affeciſſet. Verùm vt alii perhibẽt, hanc, quòd in carcerem coniectus ſit, accipio eſſe cauſam. Ferunt, puerum quendam fugientem Ianuas, regis, veniſſe ad hunc Lesbi ducem. Quem vbi Chriſtianæ religionis fide imbuit, non dubitauit turpiſsimo amore polluere. Occupata autem Lesbo, cum princeps Byzantium obiiſſet, pueri obitus eſt. Eum inter munera quædam miſſum ad regem, regii pueri agnouerunt, remq́ue regi ſignificarunt. Rex puerum quidem retinuit: ducem cepit, & in carcerem duxit, vnà cum conſobrino eius Lucio, Aeni principe: qui cum fuiſſet puer, Lesbi principem in necando fratre & parando principatu ſtrenuè adiutarat. Nec multo poſt Lesbum captam, in hanc miſeram prouoluti ſunt neceſsitatem. Cum in ſummo vitæ eſſent ambo diſcrimine, dubii quò ſe verterent, pronunciarunt ſe Turcorum religionem aſſumpturos. Rex quidem donans, eos veſtitu, & tiara, eos quoque circuncidit, & impunitos è carcere dimiſit. Nec tamen diu hoc gaudio illibato vſi ſunt. Nam breui tempore pòſt, eos iterum in carcerem condi iuſsit: & diligenti cuſtodia tandiu aſſeruauit, donec inde abductos capitali ſupplicio afficeret. Iſto anno rex bis in militiam profectus eſt: ſemel contra Dacos, iterum contra Lesbum, & vtraque bella confecit eodem anno: hyemſque aduenerat, antequam domum redire poſſet. Ea igitur hyeme verſatus Byzantii, claſſem adornabat, Extruebat templa, ædificabat regalia palatia, vrbemq́ue eam ſibi accommodam ad naualia prælia reddere in animo conſtituerat, vt poſſet, ſi quando vſus poſtularet, memorabilem claſſem inde in mare deducere. His cogitationibus intentus, inuenit ſe facilè poſſe ſuperiorem eſſe hoſtibus, ſi mare ſolus obtineat. Animo conceperat extruere & aliam memorabilem, poſt Propontidis Læmocopiam, arcem Byzantii mirabilem: quam ædificauit iuxta portas quas au-

*Lesbi dux mira occaſione pueri captus.*

*Catelusii ſpurcitia.*

*Vide vt ill bel ſatuſ dum apud Turcos.*

*Mechmetis opera in pace.*

*Læmocopia.*

reas

reas nũcupabant. Excitauit & turres maximas, & ſpectaculo dignas, necnon interiora regiæ, & turrim quæ vergit ad Scopiorum pontem, quo iungitur Axius fluuius. Etiam regiam ſedem Adrianopoli vltra Tænarum, quà Hebrũ illabitur, emuniuit. Vrbem quoq; in Aſia iuxta Maditum, vbi Helleſpontum anguſtiſsimũ cernimus, condidit: necnon aliam in Europa e regionè eius vrbis quæ in Aſia conſpicitur, ædificauit. Hæ vrbes conditæ ſunt ad defenſionem Byzantij & Euxini maris. Præterea non mediocriter turbantur vrbes in Helleſponto ſitas, præbentes claſſem haud aſpernandam. In hunc modum terrorem Aſianis & Europæis incutiens, qui cum augeret, in vtranque vrbem bombardas inuexit circiter triginta maximas, & alias non paucas. Ad hæc cum portum ibi paraſſent Turci, nulli intrare Helleſpontum concedebant, niſi prius deſcendiſſent nauibus, & ſe loci præfecto exhibuiſſent viſendum. Opera hæc haud dubiè fecit propter bellum quod geſturus erat cum Venetis, ad quod ſe præparabat: vt ſi ingrueret, quàm tutiſsim[illegible] ſe committeret. At quæ commemorauimus opera omnia iam erant abſoluta, & ad finem perducta, cum bellum aduerſus Venetos ſuſciperet. Aeſtate autem ea quæ ſequebatur, bello laceſſebat Illyricos, & Illyricorum regem. Genus hoc hominum antiquum eſt, & regionem verſus Ionium ſpectantem incolens, plerunq; ad magnam claritatem acceſsiſſe perhibetur. Vulgò nunc Boſni vocantur. Verùm Dalmatæ Myſij, Tryballi etiam Sarmatæ, eadem ferè vtuntur lingua, aut non multum diſsimili, vt non difficulter ſe mutuò intelligant. Veriſimile tamen eſt, illos profectos ab regione quæ verſus Ioniũ patet, cum pauci numero exiſterent, & vbiq; rebus fortiter geſtis inclareſcerent, Thraciã perdomuiſſe: & iſtro tranſmiſſo, Sarmatiæ regionem inhabitaſſe. Sunt verò qui tradunt, eos à †Scythis pulſos, tranſijſſe in regionem quæ vltra Iſtrum colitur: & ſubacta Thracia, ad ſinum eum veniſſe, ibique ſedes fixiſſe. Miror autem quòd quidam ſint qui cenſent Illyricos, Albanos eſſe, quaſi Illyri, qui tenent ſinum Ionij, proceſſerint in hanc cõtinentem, & Aetoliam, & Theſſaliæ regionem. Cæterùm vniuerſa illa regio ab Epidamno vſq; ad † Carnerium ſinum complectitur ſpacium ter mille ſtadiorum. Hãc regionem tenet hominum genus vnum eadem lingua vtens. Porrigitur ad mediterranea ſe extendens vſq; ad Iſtrum, attingens Sandalis regionem finitimis vndique Tryballis & Myſijs. Hæc autem dico maximè hanc coniecturam ſequutus, quòd conſtet Illyros ad magnam potẽtiam deueniſſe, & in multa loca per Thraciam eſſe diſperſos. Proinde magis credo, eos potius Illyros quàm Albanos dicendos eſſe. Aſſentior præterea & illis, qui Illyrios nomen ab regione traxiſſe aſſeuerant. Nam inter, ſe diuiſi, alij aliam in vſu linguam habent. Itaq, cum plurima hominum genera ibi habitent linguæ vſu inter ſe diuerſa, reor iſtos id nominis eſſe ſortitos, vt dicantur Illyrici. Sed hæc hactenus annotata de iſta gente ſufficiant: etſi quidam putent nominis rationem haud rectam me aſsignaſſe. Verùm propter regionem quam colunt, meritò, vt mihi videtur, Illyrici appellantur. Nec tamen inuidia me continetur, in hunc modum de his ſentientem. Nam Albanos potius Macedonibus adnumerari exiſtimo, quàm alij in terrarũ orbe genti. At de his ſatis. Illyricos igitur eam gentem nomino, quæ iuxta Ionium habitat vſque ad ſummam Iſtriam, ſic dictam regionem quæ ad ſinum excurrit in pelagus. Aduerſus horum regem † arma capiebat Mechmetes, quia tributum amplius ferre recuſabat. Nam regius præco ad hunc acceſſerat, iubens vt quamprimùm mora omni poſita, tributum in Ianuas inferret. Illyricorum rex colligens tributum, quod continebat quinqne myriades ſtaterum aureorum, idque præconi oſtendens, dicebat: Tributum quidem collectum & paratum in promptu eſt. Nec tamen mihi cordi eſt mittere regi tantas opes, & me planiſsimè his priuare. Verùm ſi bellum ab rege impenderit, bello me committam felicius, ſi tanta pecuniæ affuerit vis. Præterea ſi ea neceſsitas me apprehenderit, vt mihi in aliam ſit migrandum regionem, fretus iſtis opibus, vitam commodius exigere potero. Regius audiens iſtos ſermones, reſpondiſſe fertur in hunc modum: Et quidem pulchrum & honeſtum erat opes iſtas in tuo dominio permanere, ſi non interim fœderum religionem impiè tranſgrediendo temerares: ſin cupidine harum opum ductus, fœdera violare inſtitueris, & inde tibi neſcio quam fœlicitatem pollicitus fueris, vereor profectò vt contrarium eueniat. Nam auctore Deo poſsidere iſtas opes, neutiquam malum duxero. Præterea iiſdem opibus auctore Deo exui, longè optimum iudico, potius quàm contumelijs & iniurijs afficere eum cuius præſidio eas acquiſieris. His dictis, præco ad regem reuertitur: exponenſque quæ acceperit ab Illyricorum rege, regem commouit, vt cõtra ambos bellum ſuſciperet. Nam eodem tempore etiam ei bellum fuit cum Daciæ principe, qui iniuriam maximam regiæ familiæ fecerat, legatis eius violatis & interfectis. Cæterùm ſub idem tempus quo Dacos bello laceſſerat, Illyrici regem vlciſci nequiuit. Verùm iſto demum anno tum exercitus ab Europa & Aſia Adrianopolim forent collecti, primo vere in Illyricos mouit, in animo agitãs & in Sandalis regionem irruere. Hic rex fuerat filius illegitimus eius regis qui prius imperio temperauerat Illyricos. Et cũ diſcordiæ atroces inter ipſum & fratres eius qui ad ducatũ aſpirabant exarſiſſent, miſerunt legatos ad regẽ eiuſq; arbitrio rem totam tranſigendã permiſerunt, qui hunc regionis regem declarauit Iſaaco Scopiorum præfecto, qui finitimus erat Illyricis, iſtum adiutare iubet in acquirendo principatu. hic exercitum præbens contra fratres, eorũ re-

Boſinæ illatum bellum.

Illyri, qui et Voſſenſes ro[illegible] regio.

† Tartaris.

† Qui et Carnicus dicitur.

Albani.

† Stephani illegitimi, qui patrẽ dolo regno eiecerat. Vide Bonfin & Iouium.

Occaſio belli Boſsinenſis.

Sandalis regio iuxta Raguſium.

gionē euaſtabat, plurimis inde abſtractis mãcipijs. Illo igitur rege pronunciato, bellum gerebat cũ fratrib. & cũ Illyriorũ rege. Turci qui finitimã circà tenebant regionẽ, plurima nanciſcebatur mancipia. Cũ aũt prædas agerent mancipiorũ ex omnibus quas ſcimus vrbibus, ea cõtinuò in Europã & Aſiã transmittebant. Et ex quo rex coloniã in Scopiorũ vrbẽ deduxit & Ioſuæ Iſaaci filius regis nomine eã adminiſtrauit, plurima ab Illyrico mãcipia ſunt abducta, & in Europã Aſiamq; trãſlata, quorũ numerus maior erat, quàm quis ſperare potuiſſet ab ea regione. Audio eã regionẽ, ſi quis longitudinẽ cõſideret: ab Tryballorũ regione & Dorobiza fluuio ſe extẽdere vſq, ad Sandalias regionẽ, & ad Ioniũ ſinũ ſtadijs octingentis. Latitudo verò regionis, qua excurrit ad Pannones & Tryballos, complectitur duo millia ſtadiorũ. At Tryballis incipit regio Iſaaci. hanc excipit deinde Pauli regi, cuius vrbes ſe porrigunt vſq; in hanc regis Illyriorũ regionẽ. Hi quidẽ iam antè bellũ geſſerant cum rege, nunc quidẽ Tryballis, nunc verò Pannonibus adhæreſcentes: & eum adducerẽt Turcos, regionem Illyrico affuſam populabantur, bellumq́, in Tryballos auertebãt. Ceterùm Tryballorum princeps bellũ contra hos ſuſcipiens, vrbes eorũ obſidebat: & fœdera cum ijs pangens, tandem ſe pacatum exhibebat. Etiã Sandales hos antea bello appetiuerat, & accito regis exercitu ipſorum agros euaſtabat. Cum autem hi ſoli perpetuis inter ſe diſsiderent odiis, & regis peregrinos accerſerent, propriæ regioni plurimum calamitatis inuexerunt. Nam mancipia plurima belli iure ſubinde à militibus capiebantur, & deportabantur. Præterea & ea regio vel maximam experiebatur vaſtationẽ. Eadem tempeſtate Iſaacus & Paulus ſocietatem facientes, auxilium pollicebantur Illyriorum regi. Nam conſtituerant & ipſi bellum indicere regi, ſi Pannones aliquid noui contra Turcos molirentur. Rex in Myſiam profectus, trajecit Dorobizam fluuium, qui Tryballos & Illyrios dirimit. Progreſſus deinde, venit ad Illyriſſum fluuium nauigabilem, quem ſuperauit, pedeſtri exercitu tranſuecto nauibus quas ibidem fabricari iuſſerat. Equos autem in flumine reliquit, donec copias tranſportaret. Tum temporis in armis habuiſſe creditur rex quindecim myriades equitum, præter peregrinos & Azapides pedeſtre robur, qui eum in id bellum ſequebantur. Aderat & alia hominum multitudo inutilis ad arma: quæ propterea comitabantur regia caſtra, vt ſi quid opus eſſet, militibus inſeruiret. Reliquis interim exercitus equitibus conſtat. Nec tamen genus eſt, vt ſuprà edocuimus, quę plura iumenta in expeditiones ducat. Tranſito Illyriſſo, impetum in regionem hoſtilem dedit: & aggreſſus Dorobizam vrbem, eam omni machinarum genere oppugnabat. Vrbs hæc eſt ſita in excelſo monte. Quapropter natura loci munitiſsima perhibetur. At rex expediens bombardas & mortaria, non ceſſabat terrorem inijcere oppidanis: & tandem vrbe potitus eſt. Patrem hominum, quos ibidem indeptus erat, in ea vrbe reliquit: parte donauit Turcorum optimates: tertiam partem Byzantium tranſtulit. Mechumetem iuſsit deligere Europæ exercitus robur, atque feſtinare citato agmine in eum locum in quo acceperat regem Illyriorum morari, antequam regiam ſibi ſubijceret, qui impigrè iuſſa capeſſens, ſumma celeritate adhibita, flumen tranſgreſſus eſt. Veniens Gaitiam, accepit regem proficiſci traiecto flumine in Clitiam vrbem. Is igitur nihil remittens de curſu, tranſiuit fluuium quã cum in tres alueos diuiſum cognouit. hoc ſuperato, †Clitiam venit die ſecundo. Rex ſublatis ſignis Iaitiam contendit, regni ſedem Illyrici. Quò vbi peruenit, vrbs illicò conditionibus ſeu pactionibus in ditionem regis venit. Nam vbi fama increbuit, Dobobicam eſſe captam à rege, quæ vrbium totius regni longe erat munitiſsima, reliquæ vrbes illicò territæ in diuerſum abripiebantur, & quilibet pro ſe ſedulò contendebat vt prior deditionem faceret, ſperans ſe in hunc modum non paruam gratiam apud regem initurum. Iaitiæ ciues, cum appropinquaſſet rex continuò primores ciuitatis obuiàm miſerunt, dedentes ſeſe & ſua regi. Orabant autem regem, vt ipſis permitteret patrio & ſolito more rempublicam adminiſtrare. Rex preces eorum non auerſatus eſt. Verùm continuò, quod petiuerant, præſtitit. Deinde etiam arcem in deditionem accepit, quam præſidio impoſito ſuorum firmauit. Elegit ſibi optimatum filios: dehinc quoſdam delegit, quos donauit ijs qui ſecum erant. Vbi primùm ea vrbs in dominium conceſsit, regis, negocium datum eſt Machumeti Ianuarum duci, vt accepto Europæo exercitu, ſumma celeritate pergeret aduerſus Illyriorum regem. Nam audierat eum morari in ea vrbe quæ diſtabat ab Iaitia itinere maximè quinque dierum, expectantem quónam res Illyriorum eſſent euaſuræ. Eius autem vrbis quæ regem Illyriorum tenebat, nomen erat †Clitia. Etiam frátris eius filium agentem annum decimumtertium, ibidem cum rege conuerſari nunciatum erat Machumeti. Hic aſſumens, vt iuſſus erat, exercitum, ſecundo die attigit flumen cui nomen eſt * Is fluuius nauium erat patiens, & ſpem omnem in eo ſitam habebat rex Illyriorum. Nam cum nullæ naues magnæ præſtò eſſent, putabat regem nunquam eò audaciæ progreſſuru, vt id tranſiret, quò ſecum bellũ gereret. Vt autẽ cum copijs ad flumen Machumetes acceſsit, mirè feſtinando, cohortari eum abſtitit exercitum, & exercitus duces, vt tranſgrederentur flumen, regiq́; opus pulcherrimum efficerent, capientes videlicet Illyriorũ regem. Sic autem loquutus fertur: Viri Turci, nunc quilibet veſtrûm fac vir fortis appareat, atq, pedes flumen hoc tranſeat. Neutiquam enim mihi dubium eſt, quin maxima & ſplendida munera maneant eum, quæ ab rege accipiet, qui

*Boſinenſis præda.* — *Dorobiza fl.* — *Sandalis regio.* — *Illyriſſus fl.* — *Dorobriza capta.* — † *Clyſam.* — *Iaitza Turco dedita.* — † *Clitzia. & Chyſſa* — *Mechmetis ad ſuos oratio.*

qui primus flumen ſuperarit. His dictis, regij milites maximo ſtudio conabantur tranſgredi flumen. Ibi tum primus, vt traditur Omares Turachanis filius, Theſſaliæ præfectus, cũ ſuis irruit in flumen: qui paulůlum modò natantes, flumen ſuperarunt. Hos ſequutus eſt, pari ſucceſſu vſus, & reliquus exercitus. Egreſsi flumine, illicò inuaſere agros. Hinc rex Illyricorum timens, ne ſi in fugam verteretur, equitum aduentu oppreſſus, in maximum periculum veniret, ſe recepit, vt incolumis preſens diſcrimẽ euaderet, in vrbem quandam eo loci ſitam nomine Clitiam. Verum Machumetes cum exercitu ſuperueniens, eam vrbem obſidione circumdedit. Vrbis eius ſitus eſt in loco paluſtri, & in circuitu paludes viſuntur longè lateq́; quæ vrbem munitam & aditu difficilem præbent. Eo tempore locus ille vniuerſus ſolarib. radijs exuſtus exaruerat. Cæterùm his nihil moti milites Machumetis, accedunt, eamq́; obſidione circumueniunt. Arundinem, quæ plurima ibi enata erat, excindentes, comportabant in foſſam, vt igne deinde iniecto, vel vi tandem etiam inuitos oppidanos in ditionem redigerent. Hęc parari cernentes ciues vrbis & Illyrij milites, credenteſq́ue ſe non diu poſſe reſiſtere viribus Turcorum legatos ad Machumetem mittere decernunt, orantes, vt in deditionem acciperentur: petentes præterea, vt regi veniam daret, qui quoque ſemetipſum deditururs ſit, ſi iuriſiurandi religio interueniat: qua intercedente, in ſpem erigatur, ſe nihil mali ab Turcis paſſurum. Machumetes Illyrici preces haud abnuit. Fœdus eſt ictum, iuſiurandum eſt datum, quemadmodum orauerant Illyrij. Tandem cum vrbe egreſſus eſſet rex vrbem occupauit. Homines qui in vrbe erant, in tres partes ſecreuit. vnam ibidem mortari iuſſit: alteram inter optimates ſuos diſtribuit: tertiam adduxit ad regem, & eidem dono dedit. In hunc modum Illyrici rex captus eſt Clitiæ vnà cum fratris filio, qui haud dum impleuerat ætatis annum decimumtertium. Vxor regis † iam antè ſe contulerat Raguſium, quę eſt vrbs iuxta Ionium, vt præſenti diſcrimini ſubtraherentur. Plurimas eò conuexerat opes conſilio viri*. Eã vrbem incolũt Illyrici viri admodum illuſtres, qui eò conuenêre. Et cum diſciplinæ ſanctitate animi ipſorum facilè coaleſcerent, & diſcordia omnis ſubmota foret, eam admodum emunierunt validiſsimis vndique obiectis muris. Et proficiſcentes in continentem & Ionium, mercium gratia, breui vrbem opibus haud contemnendis auxêre. Habet, à quibus regitur, leges optimas & ſaluberrimas, & in ariſtocratiã verſa adminiſtratur. Ciues magnificis ædificijs vrbem hanc exornarunt, quę quidem quamuis obſcura fama feratur, tamen celebris habetur, pro ducendo viros prudentia inſignes. Ea vrbs finitima eſt Sandalis regioni. Cum hoc bellum vrbi fuit. Verùm, vt mihi videtur, diſcordiarum cauſam parum iuſtè Sandales ſeminauit, eoſq́ue inuitos arma capere coegit. Nam vxor Sandalis

*Clitzia obſeſſa.*

*Clyſſa capta.*

*†Eleazari Deſpotis filia. Raguſium*

** Hæc ad Sixtũ IIII pon. M. Romam profugit, & ad mortẽ vſq; honorificè eſt habita.*

*Chlyſſa reſp. qualis.*

vnà cum filio adoleſcente, propter mariti improbitatem Rhaguſium confugerat. Sandales Rhaguſios miſsis legatis rogarat, vt redderent vxorem, & filium: quibus non admittentibus præces, bellum indixit. Rhaguſij filium Sandalis communi ſententia ad id bellum Imperatorem eligunt: ſuggerenteſque magnam pecuniæ vim, fortiter bellum ab Sandale illatum propulſare ſatagerunt. Cauſam, quæ impulit matrem & filium, vt Rhaguſium ſe reciperent, hanc tradunt. Mulier quædam excellenti forma, cæterùm laſciuior quàm par erat, in Sandalis regionem ab Florentia Italiæ venerat. Quum autem audiuiſſet Sandales, mulieres Florentinas tum formæ venuſtate, tum prudentia facilè inter omnes primas eſſe, eius mulieris uiſendæ cupidus, eam ad ſe vocari iubet. Quæ vbi in conſpectum venit, eo quòd pulcherrima eſſet, Sandales vxoris amore ſatiatus, eam ſpreuit. Nec multo pòſt amore peregrinæ amens & ardens, cum ea concubuit, plurimùm amore æſtuans. Adhæreſcens autem peregrinæ mulieri, vxori admodum moleſtus erat: quã deſpiciebat, & prorſus negligebat. Mulier autem illa erat mercatorum Florentinorum, & in hanc regionem appulerat. Conuerſans itaque plurimùm cum hac muliere, infenſus & moleſtus erat ſuæ vxori. Vxor non ferens amplius haſce indignitates, maximè propter filium ſuum adoleſcentem, vnà cum eo clàm Rhaguſium profugit. Sandales miſsis legatis vxorem rogabat, vt reuerteretur in ſuam regionem, nec in aliena degeret, vulgans opprobrium ſuum in homines. At vxor non obtemperabat verbis mariti, ſed in hunc modum reſpondit: Se non rédituram, niſi dimittat mulierem illam Florentinam. Quod facere omiſerit, fruatur peregrina muliere ad libitum. Hæc quidem ad eum modum contigiſſe memorantur. Filius inimicitias gerens cum patre, & belli dux à Rhaguſijs pronunciatus, bello adortus eſt patrem, prælióque initio patrem fugam arripere compulit, plurimis de exercitu in fuga cæſis: certè in patrem impia & nefaria auſus. Mittebat is freqnenter legatos ad regem, conſulens vt iunctis copijs Illyriorum regem debellarent. Tandem monendo & conſulendo tantum profecit, vt Turcorum exercitus adueniret, & regionem regis grauiter populando corrumperet. Sub idem tempus cum fama volaret, regis copias accedere contra Illyriorum regem, nec ipſe ſe parare intermiſit, vt regium exercitum, ſi in ſuam regionem populabundus ingrederetur, ſi quid poſſet armis, à populationibus prohiberet, cumq́ue propulſaret. Nunc eò redire libet, vnde in hunc ſermonem digreſſus ſum. Poſtquam regem Illyriorũ Machumetes Michaelis filius in ditionem accepit, cum eò circumueniens etiam cæteras vrbes regi Turcorum ſubijciebat. Et quidem circa hæc verſabatur Machumetes. Omarem autẽ Turachanis filium iubebat cum exercitu pergere contra cæteras Illyriorum vrbes, cæterũ ipſe

*Raguſianorũ bellũ cum Sandale.*

*Sandalis adulteriũ.*

*Pellex Florentina.*

*Filius patrẽ fugat*

*Boſsina à Turcis ſubacta 1463.*

in regia contendebat caſtra. Rex Turcorum diſcruciabatur animi, propter iuramentum Illyriorum regi præſtitum ab Machumete. Grauiter quoque Machumeti indignabatur, vt qui parum opportunè huic regi ſalutis ſpem, interpoſita iuſiurandi religione obtuliſſet, Regem quidem Illyrium vinculis illigatum circumduxit, peragrans Sandalis regionē. Nam Illyrios partim quidem ipſe, partim verò Machumetis & Omaris marte perdomuit. Omares ſummo ſtudio annitebatur, vt eam regionem quę nondum ſubiecta erat, cogeret regis ſuſcipere imperium. Hic, cum fortitudine facilè ſuperaret omnes, quotquot in Ianuis fortitudinis prærogatiua gauderent, præclara militaris virtutis edebat opera, cum cæterà quoque ſatis ſpectatus regi exiſteret. Hæc hactenus ab rege Illyricas vrbes ſubiugante geſta ſunt, quibus peractis, legatos ire iubet Rhaguſium vrbem, quæſitum regis vxorem. Hæc regem anteuertens, exceſſerat vrbem, & in Italiam abierat. Nam cum fama captæ regionis ad ipſam allata eſſet, omni mora poſita, relinquebat vrbem, & in Italiam properabat. Legati cum eam haud reperiſſent in iſta vrbe, abierunt re infecta. Rex omnibus in vnum contractis copijs, inuaſit Sandalis regionem, quam miſerè euaſtauit. Nam equites per vniuerſam regionem graſſantes, eam grauiter afflixere. Inde nec oppidis abſtinuit: quæ accedens, obſidere haud omiſit. Sandalis milites, qui in montium iugis ſe tenebant, montibus digreſſi, inſidiabantur cubiculo ſiue tentorio regis. Et cum quędam inde diripuiſſent, illicò retrò in montes, vnde venerant, ſe receperunt. Regio hæc non ſecus ac Illyriorum deſerta & vaſtata eſt. Rex caſtra mouens ad Sandalis vrbem, eam diebus aliquot obſidebat. Quum verò vrbis oppugnatio non ſuccederet ex animi ſententia, abijt, ducens exercitum per † Stantiſſ, Craici, & Pauli, qui principes erant, regiones. Ad hos præcones dimiſit, qui iuberent, vt ſuam ſinguli regionem regi traderent. quod ſi facerent, fore vt ſinguli aliam regionem in Europa ab rege acciperent. Principes illi perſuaſi præconum verbis, ſemetipſos & regionem regi mancipârunt. Cogitabant enim impoſsibile fore, vt in poſterum regionem ſuam defendere & tutari poſſent, cum vndique cingerentur regis regione, quaſi in medio habitantes. Verùm profecti in Ianuas regis, hac cōditione, adducti, deditionem faciunt, vt alia regione pro ſua ab rege donarentur. Nec multo pòſt hos compedibus compeditos abduxit domum, ſimul etiam exercitum dimiſit. Regem Illyricorum manè cum in caſtris quieſceret, & abitum moliretur, accerſiuit in conſpectum ſuum. Qui cum intelligeret, ſe parum fauore regis vocari, tenens manu literas, quibus continebatur iuſiurandum ab Machumete datum, prodibat in conſpectum regis. Vt in conſpectum regis venit rege imperante caput eius præciſum eſt. † Tradunt regem propinaſſe interficiendum Illyriorum regem, Perſo præceptori ſuo. Sunt qui referunt, coquum regium iſtum virum, neſcio quod crimen in eum extendentem, confeciſſe. Nam is, cum plurimùm diſsideret à ſententia Mechumetis filij Michaelis, regis iuſſu Illyriorum regem letho dedit. In hunc modum memoriæ proditum eſt, occidiſſe Illyriorum regem, occupato regno eius ab rege Turcorum. Veneti & Pannones cognito regionem Illyriorum in ditionem veniſſe regis, regemque Illyrium captum ab Turco occubuiſſe, præterea reliquos regionis principes miſerandam in vinculis agere vitam, hæc neutiquam diutius ferenda eſſe cenſuerunt: ac formidine magna tentabantur, quum animis reputarent, breui fore vt idem exitium parum feliciter experirentur. Veneti grauiter ferebant, præfectos regios contra ipſos inſurgere, & ſubditis eorum moleſtos & intolerandos eſſe. Interim tamen fœderum ſanctitatem bona fide coluerunt, ſuſpenſi expectatione euentus rerum. Ioſue Albanis filius regis præfectus, Argos in Peloponneſo per proditionem ſacerdotis, qui ea in vrbe morabatur, nactus eſt, & ex aperto iam bellum gerebat. Omares Turachanis filius, incurſionem in Naupactum fecit, nec etiam ab regione in Peloponneſo Venetorum circa Methonam, regij ius belli abſtinuerunt. His accenſi Veneti haud amplius cunctandum & ferendum rati, ad conſultandum quid agerent potiſsimùm, conueniebant, ſententijs in vtramque partem probè penſiculatis, cum iam ſæpius conſultaſſent ſenatores qui Euocati dicuntur, Victor de familia † Capellarum, vir diuitijs & dignitate præcellens, quique vrbem regere optimus cenſebatur, adductis in ſuam ſententiam propinquis & cognatis, conſcendens tribunal, talem orationem habuiſſe fertur; Viri Veneti ſæpius aliàs cognoui certis experimentis, huius ciuitatis incolas nequaquam cedere animis ſi quando inſtituant rerum neceſſarium, quæ ad rempublicam pertinent, conſultationem. Quapropter paucis vos compellendos exiſtimaui, cum videam etiam inuitis & arma detrectātibus belli neceſsitatem imponi. Nam videmini mihi rempublicam planiſsimè prodere, dum cunctamini arma in præſentiarum aduerſus barbarum capere. Siquidem hi qui apud vos non pauci primas tenent, monent, ne temerè & odioſè de rebus adeò arduis conſultetis: verùm cenſent legatos mittendos ad barbarum ſuper fœdere expoſtulantes, vt qui iniuſtè agat, fœderum & iuriſiurandi religionem abrumpens: monendum quoque eſſe, vt pacem, quemadmodum conuenerit, obſeruet, ſi verbis potius quam armis à cœptis eum deterrere poſsimus. Quòd ſi his nihil apud barbarum effectum fuerit, tum demum neceſſaria erit oratio quæ ad bellum barbaro inferendum nos in ſuffragia mittet. Oportet ſanè eos qui pericula reputant, ea inter ſe comparare: & quæ minora apparuerint, eligere. Eum qui ſuffragium

Omaris virtus.

Illycorum principum deditio.

*Conſtantini, Caraguſij, qui Repoſius, filiorum I. banis Caſtriotæ & Pauli Duſhaiani.

Fides Turca. Cley dt inn buſen Rechtinn ſchwerdt.

* Alij excoriatum ſcribunt 1463.

Venetorū et Vngarorum cōtra Tur. cōſultationes.

Sacerdos proditor.

* de Caſellitis.

Victoris Capelli patricij Venetioratio de bello Turcis inferendo.

Pericula minora eligenda.

gium fert, circa ſingula hanc ſententiam tenere conuenit. Nam aduerſarij noſtri aiunt, ſi bellum mouerimus, vrbes noſtræ in continente, quæ ſpectant Ionium & Peloponneſum, necnõ reliquæ continentis vrbes, haud habebunt quibus ſe ſuſtentent ob breue admodum tempus. Verùm neceſſaria eos deſtituent: & peribunt, ſi periculum aliquod ingruerit. Præterea ſi prædicta regio mercibus fuerit exhauſta, & deſpoliata, etiam deinceps & in nos damna maxima redundabunt. Quapropter bellum prolatandum eſt: & legatio mittenda, quæ iſta efficiet. De legatione primò verba faciam. Nam cum legati noſtri, viri prudentes & intelligentes ad eum conueniſſent, eorum nullam rationem habuit: verùm fraudulentis & doloſis ſermonibus vſus, contraria, quàm nos exiſtimauimus, feciſſe apparuit. Non itaque ſatis apud me conſtat, quidnam principaliſsimum eorum ſuper quibus ad eum venerant, coram eo exprimere debeant, ſi denuò legationem ſuſceperint, quàm illud: nos cum non ſuppetant vires ad bellum, velle legationibus rem gerere, & ad hunc modum iniurias propulſare, & crimina diſſoluere: adeò nos eſſe promptos & paratos pro ipſius arbitrio cũ ipſo agere. Hæc quidem honeſta ratio eſt, dici poſſet: ſi non occupato Argo, iam ex aperto nobis bellum intentaret. Animos profectò noſtros in hunc modum pertentat, quamdiu tandem iſta perpeti velimus. Si patimur, etiam ad reliqua confidenter & audacter procedet. Sin reſtiterimus fortiter, recedet quò per nos ei licuerit: & in triuio (quòd aiunt) conſtitutus, bellum poſthac omittet. Si ſecus fecerimus, vereor ſeram aliquando pœnitentiam venturam. Ferunt barbarum, vbi primùm in Peloponneſum perueniſſet, etiam Euboiam acceſsiſſe, viſurum Euripi vrbem. Egreſſus iterum Peloponneſo, profectus eſt, vt tentaret tranſitum: venitque in conſpectum vrbis eo animo, vt eam hoſtiliter aggrederetur. Et quidem ipſe equo tranſuectus Euripum, ſpeculabatur quà commodè cum copijs tranſire, & vrbem oppugnare poſſet. Hæc profectò manifeſta belli ſunt ſigna, ex quibus ſatis quis probare poteſt, eum iamdudum decreuiſſe ſatis præparatum aduerſus adeò decenter deliberantes pugnare. Eo in bello, quod nunciatur iamdudum aduerſus nos ſumpſiſſe, ſtrenuè perget, quædam ſibi ſubigens, nobiſque auferens: quædam, præfectos culpans, ſubijciet, & commodiſsima quæque ſectabitur. Mox iſti nemo ſe oppoſuerit, magna potentia ſuccinctus ſubitò, ſi poterit, imparatos opprimet. Nam magnas ſibi conflare poterit copias, eum non eſſet plurimos ſuo domino vſque adiungere. Dicam igitur, nobis non fore bellum cum rege? Quidam quod ſcio, vana ſpe ſemetipſos & alios iactant, dicentes eum nunquam in nos auerſurũ belli tempeſtatem, neque nos noſtro deturbaturum principatu, quamuis id ex facili poſſet. Quapropter à bello nobis temperemus, pacemque & tranquillitatem apprehendamus, nihil

*Legatiões quãdo mittendæ, aut non.*

*Diuinatio Capelli.*

interim rei neceſſariæ oſcitanter omittentes. Verumenimuerò ſi ex prædictis iam planè apud omnes in confeſſo eſt, eum iamdudum nobis bellum indixiſſe, vtrum nobis conducibilius & eligibilius fore iudicatis, quietémne amplecti, & regionem noſtram nobis pati eripi: an ex aperto bellum inferentes, oſtendere barbaro quanta etiam noſtra ſit potentia, quantæque vires? Nam in manifeſtum ſi deſcenderimus bellum, eum eiuſque inſidias cauere poterimus armati, & ſatis inſtructi in omnem euentum, ſedulò obſeruantes quémnam caſtris locum capiat. An non is pro hoſte tandem habendus eſt, qui inſidijs reg[ionem] noſtram præripere tentat, & duobus his excellit? Si felice & proſpero rex vtatur rerum ſucceſſu, barbaris homines credent ſe, vt amicos nonnihil lucri inde percepturos: ſin autem mali nihil inde redundarit in barbarum. * Si itaque hæc reliquis præſtantiora ſunt, quis adeò eſt cæcus, vt non cernat ea eſſe eligenda? ſi ſecus, meliora habentes, quietem amplecti oportet. Illa namque nobis eligibiliora iudico. Cunctationem aio multum multis per orbem damnoſam eſſe; & nobis plurimum damni dedit, prodentibus Imperium Græcos & Græcorum regem, quando barbarus infeſtos arietes Conſtantinopoli admouebat. Nam merces noſtræ plurimùm ab Græcis iuuabantur & augebantur. Deinde contempſimus & auerſati ſumus preces ducum Peloponneſiacorum, qui impenſiſsimis precibus auxilium noſtrum implorabant. Etiam per noſtram ſocordiam vidimus & Peloponneſum ab iſto rege deuictam. Nuper admodum, cum Illyriorum rex noſtrum auxilium ſupplex oraret, & lati auxilij non mediocrem gratiam ſe relaturum promitteret, eum ab Turcis crudeliter necari paſsi ſumus. His ſigillatim in hunc modum à nobis proditis, non poſſumus infamiam apud reliquas per Europam gentes effugere, quin dicant, nos mercaturæ & turpis lucri auidos neglexiſſe gentes eorumdem nobiſcum morum, eiuſdemque religionis: & quaſi ſpectaſſe, vt caderent Turcorum marte. Proinde, vt ad pauca redeam, ſi adiuncti Pannonijs arma arripuerimus, noſtris nobis frui licebit. Quod ſi cunctati & quietem ſequuti fuerimus, breui videbimus eum imperatos oppreſſurum, & extorturum nobis regionem noſtram, quà ei finitima eſt. Conſulo igitur, vt legatos cum magna pecuniæ vi ire iubeamus ad Pannones. Præterea, vt præter naues quæ nobis præſunt, etiam alias quotquot poſſumus, impleamus militibus. Nec etiam prætereundus eſt Pontifex maximus, qui quoquo modo fieri poteſt, in belli ſocietatem adhibendus, & totius belli dux declarandus eſt. Adhæc, opera danda eſt, vt Peloponneſus ad defectionem ſolicitetur. Et id quidem in procliui eſt. ſi enim alterum de ducum numero, qui deſciuit ab rege, tenuem agentem vitam Peloponneſiaci ſequuti ſunt, cum quidam deſererent vrbes, alij verò

*Hoſtis quis*

*Cunctatio damnoſa.*

*Vngari cõtra Turcos inſtigandi.*

*Papa ad bellũ Turcicum vocandus.*

in ſum

in ſumma venirent pericula, quid futurũ creditis, ſi viderint tantas copias terra mariſque aduerſus barbarum aduentare? Cenſeo inſuper equites et armatos Italicos bis mille mittendos in Peloponneſum. Cretenſibus quoque venia & criminum abolitio danda eſt. Hæc vbi nos agere viderint, continuò ad nos tranſitionem facient, & Peloponneſum ſubijcient, vnde licebit negocia regi faceſſere. Nam ab Peloponneſo commodius in eius regionem dabitur acceſſus. Si igitur ſocietatem coierimus cum Pannonibus, Pannones ab Iſtro, nos ab Peloponneſo Barcari regionem populabimur. Nec preſſis, quod aiunt, ſedentes manibus negligemus regionem noſtram vaſtari, & ſubditos noſtros Turcorum mancipia fieri. Verum his tandem auctores erimus, vt aliquando aliud conſilium captent, & armis barbaro fortiter reſiſtere inſtituant. Victor huiuſcemodi oratione habita, plurimos in ſuam ſententiam traxit. Calculi autem cum propemodum vtrinque eſſent æquales numero, vicêre tamen, quia aliquanto plures erant, qui bellum nunciabant. Secundum hæc decretum factum eſt, vt legati abirent ad Pontificem magnum, & alij porrò ad Pannones ablegarentur cum magna pecuniæ vi. Legati venientes ad Pontificem maximum, dixerunt quæ Venetos dicere æquũ erat, videlicet tempus nunc inſtare, & monere, vt vnà cum ipſis bellum aduerſus barbaros capeſſeret, quemadmodum Mantuæ conueniſſet. Pontifex reſpondens, inquit: Neceſſe eſt vt prius impium & conſceleratum minoremq́ue barbarum è medio tollam. Deinde dijs bene monentibus proficiſcar contra magnum barbarum. At intelligebat Arimini ducem, cum quo bellum ea tempeſtate gerebat. Verùm cauſam eius belli nunc omiſiſſe ſatius eſt. Legati, qui ad Pannonum animos conciliandos, vt prompti ſequerentur in Turcicam expeditionem, miſſi erant, prodeuntes in conſpectum regis Matthiæ, in frequenti ſenatu huiuſcemodi orationem exorſi ſunt: Viri Pannones, vtique cernitis Turcorum regis Potentiam quo euaſerit. Eos qui in orbe Chriſtiano eiuſdem nobiſcum & fidei & gentis ſunt, ſuum imperium ſuſcipere coegit. Ex regionibus noſtris prædas agens, Aſiam & Europam mancipijs noſtris repleuit. Iſtrum præterea frequenter tranſgrediens, regionem populatur, agroſq́ue vrit. Itaque ſi nos audieritis, barbarus non amplius traijciet Iſtrum, vt veſtram regionem impugnet. Nam manifeſtum eſſe reor omnib. ſi modò vires intellectus ſeu mentis intenderint, fore, ſi vos Iſtrum tranſmiſeritis, & in eius regionem hoſtili animo fueritis ingreſſi, vt maximum tumultum in eius regione conciietis, reſq́ue eius planiſsimè conturbetis. Turcus, vt liquido conſtat, Græcos debellauit, & eorum regionem ſuo dominio adiecit. Tryballorum regionem, & vniuerſam Peloponneſum ſui iuris fecit. Trapezuntium regem domuit, eiuſq́ue regione potitus eſt. Daciæ ducem dedit. Illyricorum regionem miſerè euaſtauit: eorumq́ue regem, virum æquum & modeſtum cæpit, & occidit. Eum igitur, qui breui admodum tempore tot principatus & potentatus demolitus eſt, quid porrò facturum creditis? Haud quieti & ignauiæ ſe corrumpendum tradet, verùm finitimos armis appetet, eorumque regiones ſuæ adiunget. Nec moras nectendo ſedebit: verùm illico in finitimos arma vibrabit. Nunc igitur nec vobis bellum parcet: nam conabitur, vniuerſis ſuis copijs fretus, in regionem veſtram impetum facere, & exea hominum aliarumq́ue rerum prædas agere, principes veſtros turpiſsimæ neci tradere haud cunctabitur. Nam animus eius ſemper eſt implacabilis erga noſtros, & erga omnes eos qui Chriſtianæ religioni acquieſcunt. Præterea parum pacatum animum gerit erga eum qui ſe beneuolum & benignum offert. Haud enim vos præterit, quid fecerit Vladiſlao principi veſtro. Verum enimuerò veniam hic meretur Turcus: ſiquidem Vladiſlaus in prælio captus interijt. Sed quid mali paſſus eſt, aut quam nam iniuriam accepit ab Dauide Trapezuntis rege, & ab Illyriorum & Lesbi duce, necnon ab reliquis quos omnes crudeliter necauit? ſi itaque contractis copijs in eius regionem irrueritis, certè breui ſpiritus eius generoſos, quos contrà Pannoniam concepit, contuderitis. Sin autem patienter quæ ab rege inferuntur, ſuſtinueritis, tranſgredietur is vniuerſi exercitus robore ad vos. Vereor quòd ſi deinde ſemel aberraueritis, & parum feliciter contra eum pugnaueritis, vt vniuerſa Pannonia in eius ditionem cedat, & vos crudeliſsimè perdat. Venetis, cum dicendi finem feciſſent, in hunc modum reſpondit Pannonum rex: Viri Veneti, certè (vt dicitur) videmini in plurimis eſſe viri non admodum imprudentes, nec ſolum in ijs quæ ad quotidianæ vitæ vſum ſpectant: verùm & in ijs quæ publicam aliquando de rebus neceſſarijs conſultationem poſtulant. Parum autem recordamini, vt videre videor, quòd ſæpius vos cohortati ſumus, vt vnà nobiſcum expeditionem ſumeretis contra Turcos: verùm cohortationem noſtram admittere recuſaſtis, quamuis ad eandem rem etiam pont. Maximus vos cohortaretur. Fœdus pepigiſtis cum barbaro, noſtríque nullum reſpectum egiſtis. Ad hæc veſtra oratio erat, nos parum honeſtè agere, iubentes vos arma contra barbarum arripere, cum nullæ tamen eius in vos extent iniuriæ. Nos igitur ſæpius traiecimus Iſtrum, & maximas clades accepimus. Primò quidem Vladiſlaus rex noſter in expeditione Turcica occubuit cum fuiſſet vir optimus. Deinde iterum multi & boni viri in Coſobo regionis Tryballorum, partim cæſi, partim capti ſunt ab Turcis. Hęc quidem hactenus vobis exprobrare libuit. Cæterùm parati & prompti ſumus vnà vobiſcum ſuſcipere bellum, continuò tranſeuntes Iſtrum: & quantum poſſumus, euaſtantes regionem

*Prouerb. preßis manibus ſedere.*

*Papa priuatũ odiũ publico cõmodo anteponit: & Turcam minorem appellat Sigiſmundũ Malateſtam.*

*Oratores Veneti in Vngariam eorumq́ oratio.*

*Vngarorũ reſpõſum.*

gionem barbari. Appetente vere bellum indicemus regi: quod quantum Deus nobis opis dederit, ſumma fortitudine geremus. Cæterùm & vos ſimul irrumpere in Peloponneſum, & moleſtos eſſe, quantum licuerit, regi oportet, vt in hunc modum ab vtraque regione negòcia ſi faceſſamus, & pari animo vtrique bellum aggrediamur. His dictis, accipiebant vigintiquinque millia aureorum.

*Veneti Vngarii pecuniá numerant.*

Quibus acceptis, accingebatur ad bellum, comparans exercitum qui complectebatur vigintiquinque millia virorum. Tranſgreſſuſq; Iſtrum, regis regionem populabatur. † Sabatines murum Belgrado obiecerat, quo tutior eſſet cum ex Pannonia prædas ageret: in quo reliquens præſidium virorũ de Ianuis, abijt.

**Sciabatines.*

Hunc igitur murum quàm proximè ad vrbem accedens oppugnauit & diruit; Dehinc incurſionem faciens in regis regionem vſque ad Sauum, & mancipiorum prædas agens pulſis Tryballis & Turcis, domum reuerſus eſt, vehens circiter viginti millia mãcipiorum. In hoc ſtatu res Pannonum erant. Veneti, cum Pannones in belli ſocietatem veniſſent, impleuerunt triremes trigintaquinque, & naues alias duodecim: quibus confiſi, contenderunt in Peloponneſum.

*Venetorũ claſſis in Turcos.*

Italos armatos & equites bis mille impoſuere in naues altas, & transfretarunt in Peloponneſum. At id bellum crearunt ducẽ virum illuſtrem Iacobum de familia Lauredanorum, cui etiam imperium in maritimas regiones dederunt, videlicet in eas quæ Ionium & Aegeum reſpiciunt. Huic plenam rerum gerendarum poteſtatem permittunt, nempe vt ad eum modum bello vtatur, quo ſibi res Venetorum optimè habere viderentur. Edictum miſſum eſt in Cretan, ad eos qui capitalibus criminibus irretiti, ad ea loca confugerant, vt audacter nihil metuentes, in hanc expeditionem venirent.

*Exules armantur in Candia.*

Hi erant numero in vnum collecti quater mille: & in Peloponneſum traiecerunt, vt Peloponneſiacos ad defectionem ab rege impellerent. Verùm Peloponneſiaci magna in formidine conſtituti, inter ſe varia colloquuti, ſtatuerunt Iſthmum muro circumuenire, vt eo modo peregrinos regis, qui in vrbibus erant, interciperent.

*Peloponeſiacorũ conatus & defectio.*

Peregrini namque iam deſperarant (vt qui ſemetipſos proditos crederent) ſe poſſe illæſos & ſaluos præſentem neceſsitatem effugere. Laconia, quique Tænarum & † Epidamnum tenebant, necnon finitimi illicò accedentibus Venetis ab rege deſciuerunt.

**Al. Epidaurum.*

Hoc ſequuti ſunt Arcades & Peloponenſes. Peloponneſi præfectus in † Leontia Megalopolis moratus, expectabat rei euentum.

**Leontorio.*

Nuncium ad regem dimiſit, qui nunciaret Venetos in armis eſſe, & regionem ad defectionem ſolicitare. Veneti terra marique ab Nauplio properabant Argos: quam vrbem aggreſsi, oppugnabant, oppidani conabantur tranſitionem facere.

*Veneti Argos occupant.*

Erant in ea vrbe peregrini milites regis quinquaginta, vnà cum duce ſuo: qui conditionibus quibuſdam intercedentibus, ſe Venetis dedidere, quos paſsi ſunt abire inuiolatos & incolumes. Hoc modo iſti exitium imminens euaſerunt. Veneti Argo vrbi, quæ in ditionem venerat, præſidiũ impoſuerunt, relicto ibidem & duce. Vbi huiuſmodi caſus Venetis accidit. Vt enim potiti ſunt Argo, ſubmiſerunt auxilium duce Hieronymo de familia Bernardorum: cui præceptum erat, vt per littus auxiliares ducens, pergeret Argos.

*Hieronymus Bernardinus.*

Is contempto imperio magiſtratus, auxiliare agmen ducit per mediterraneam regionem, iter faciens per radicem montis. Ibi tum Turci locum inſidijs præoccupantes in itinere quod fert Argos, ſubmittenteſque viros centum, expectarunt, ſi qua occaſio daretur vlciſcendi Argiuos. Vt conſpicati ſunt Hieronymum iter inetiri per mediterraneam regionem, præuenerunt montis radicem: & occupantes littus, Venetorum auxiliares in medio concluſere. Hinc ex inſidijs exurgentes, Venetos continuò in fugam coniecêre, cæſis ducentis, totidemque captis. Hieronymus fuga euaſit impendens diſcrimen. Ingreſſus autem nauem, quæ fortè eò appulerat, dicebat ſe ab duce Veneto aduenisse, vt proficiſceretur in Aeginam. Vt in Aeginam venit, nantam nauem ſoluere, & curſum in Euboiam dirigere iubet. Dehinc egreſſus in Atticam, & inde ad regem iter flexit. Is haud multo poſt reuerſus ad Venetos, graues pœnas ſpreti & contempti imperij dedit. Græci, qui erant in Peloponneſo, & Albani, necnon Rhaſicus, & Petrus Claudius, haud ceſſabant conſulere Venetis, vt Iſthmum muro includerent.

*Nicolaus Ragius.*

Hoc enim facto, aiebant Pelòponneſiacos illicò defecturos ab rege, & ad Venetos tranſitionem facturos. Nam plurimum momenti ad defectionem, rem eam habere. Viſum eſt igitur, vt cum vniuerſis copijs opus aggrederentur, Iſthmumque obſtruerent, an vel iſto modo ad defectionem inclinaturi eſſent Peloponneſiacorum animi.

*Veneti iſthmũ muro includere conati.*

Aduenientes ad opus prædictum, lapides & ſaxa congerebant, opuſque incredibilem in molem breui creſcebat. Et tentantes animos Peloponneſiacorum, periculum faciebant, ſi & Corinthum ad defectionem accendere poſſent. Quod ſi contingeret, reliquas Peloponneſi vrbes ſtatim tranſitionem facturas. Iſthmi muro exædificato arreptis armis pergebant contra Corinthum. Præeuntibus quibuſdam Corinthijs, oſtẽdẽtibus vbi nam vrbem aggredi deberent, bombardas ponebant ex aduerſo arcis, vrbiſque oppugnationem aggrediebantur, certantes magna cum gloria.

*Corinthi à Venetis oppugnatio.*

Verùm hyems frigoribus intoleranda, eos ab obſidenda vrbe abduxit. Quapropter diſcedentes, nihil tanto apparatu dignum effecere. Itaque Veneti hyemis iniquitate preſsi, animo iniquo moram in Iſthmo ferebant. Nec Corinthus tranſitionem fecit, nec Achaia deſciuit, quamuis ad eos miſſus foret vir Græcus nomine Raches: qui ab Turcis egredientibus & reſiſtentib. interfectus eſt.

*Michael Rallus.*

Nec reliquæ vrbes, præter eos qui Spartam incolebãt, deditionẽ faciebant,

bant.nam Spartanis impoſitum erat ab iunene Græco nomine Gritza. Venetis iam omnis mora in Iſthmo intoleranda erat, cum viderent ſe nequicquam laborare, vt Peloponneſus ſubijceretur. Nunciabatur interea Machumetes regius præfectus magnis copijs inſtructus, in Iſthmum contendere, ſpirans cædes Venetorum. Etiam fama ferebatur, regem cum exercitu Machumetem, vt ei ſubſidio venire poſſet, ſi res poſtularet, ſubſequi. Decreuerunt itaq; magno conſenſu Iſthmum deſerere, vt cuius paruus in præſentiarum eſſet vſus. Digreſsi Iſthmo contendebant in vrbes, quas præſidijs munimentiſque alijs firmabant, vt regis & Machumetis vim, ſi accederent, propulſare poſſent.

*Mizithra à Turca deficiunt.*

*Veneti Iſthmum deſerunt.*

Rex vbi cognouit Venetos muro circumueniſſe Iſthmum, & impleſſe triremes quadraginta, & naues altas duodecim, prætereaarmatos Italos abduxiſſe, & ab Creta alium exercitum, quibus omnibus freti, id vnicum ſpectarent vt Peloponneſum ſubigerent: haud amplius cunctandum ratus, Machumetum iuſsit accipere Europæ exercitum, præter eum qui Pannonibus oppoſitus erat, & rectà proficiſci in Peloponneſum. Præterea imperat, ſi quid poſſet efficere in bello contra Venetos, eniteretur deſtruere Iſthmum, & deinde irruptionem in Peloponneſum facere. Quod ſi hæc parum procederent, ſe ſuccenturiatum fore: & ſi quid renunciaret, continuò in ijſdem veſtigijs ſubſequuturum. Machumetes Ianitarum dux cum Europę exercitu profectus eſt in Theſſaliam vſq; ad Peincum, & caſtra prope Lariſſam vrbem poſuit. Eo in bello conſiliario vtebatur Omare Theſſaliæ præfecto qui Machumeti conſulebat vt ſubſiſteret, nec vlterius moueret: ſed regi ſignificaret, belli molem maiorem impendere, quàm cui regius dux ſufficere vel par eſſe poſsit. Nam cum paulo antè quàm proximè ad Iſthmum ſpeculator acceſſiſſet, bombardas conſpicatus eſt plures quàm bis mille, præterea bombardarios quadringentos: necnon ſagittarios & ſcutigeros vidit, qui haud facilè cuiquam cōceſſuri ſint caſtra in Iſthmo locare. Hęc cum accepiſſet regis dux, viſum eſt regi indicare, vt Peloponneſum opprimeret: ſe verò profectionem vlterius facturos Lebadiam vſque. Nuncius igitur ad regem venit, qui nunciabat apparatum belli eſſe magnum & memorabilem. Literæ etiam ab Peloponneſo allatæ ſunt, quibus incitabatur, vt cum copijs accedere maturaret: Venetos enim aduentum nequaquam expectaturos. Literas has ad eum pertulit vir quidā Albanus, qui ab Corintho noctu ſoluens, ſcapha traiecit mare, obſeruans maris tranquillitatem, & ventos ſecundos, & in Bœotiam appulit. Hinc egreſſus naui venit ad Machumetem in Theſſaliam Machumetes cum literas legiſſet, & denuò clauſiſſet, in Peloponneſum abire ſtatuit. Vbi venit in loca Bœotiæ propinqua acceſsit nuncius qui referebat, Venetos relicto Iſthmo, fuga dilabi. Collectis itaque omnibus ab Platæarum regione Citheronem veniens, quem noctu ſuperauit, prima luce in Iſthmo erat: & Venetorum naues in mare deductas contemplabatur. Inueniens autem Iſthmum ab Venetis deſertum, ingreſſus ibidem caſtrametatus eſt. Deinde per Corinthum profectus eſt Argos. Eam vrbem defenſabant & tenebant Venetorum præſidij milites, quos omnes oppugnans cæpit: & vinctos, cum numero forent ſeptuaginta, ad regem miſit. Cæterùm rex conſilium abeundi in Peloponneſum abiecerat. Nolebat enim, cum accepiſſet Iſthmū occupatum eſſe, in Peloponneſum contendere, parcens exercitui, ne nimium & fruſtra defatigaretur: ſed retro in regiam abijt. Machumetes regius dux per Tegææ regionem inter faciens, Leontarium venit: vbi & caſtra communiuit. Inde mittit Zoganum, quem principem Peloponneſo conſtituit, eiecto ex eo magiſtratu Ioſuæ Albanis filio, Patras Achaiæ, & in alias finitimas vrbes, vt arces frumento & munitionib. bellicis firmaret. Omarem iubet aſſumere exercitum qui continebat viginti millia militum, & incurſiones facere in Venetorum regionem. Is imperata impigrè faciens, cum exercitu venit in loca Methonæ finitima: captóque ibidem oppidulo, oppidanos omnes ad ducem Machumetem abduxit, eique tradidit. Hi omnes, cum numero forent quingenti, exinde ad regem perducti, crudeliter in duas partes diſſecti occubuere.

*Venetorum fuga.*

*Argos à Turcis recuperatũ.*

*Veneti ab Omare impetiti.*

Fama conſtans habet, cum cadauera peremptorum Byzantij eo loci eſſent proiecta, quo rex iuſſerat in duas partes conſciſſa exponi, bouem quendam in eum locum egreſſum, & viſis cadaueribus flebilem in modum vocem mugiendo exaltaſſe, poſtea medietatem vnam cadaueris ſuſtuliſſe. Deinde reuerſum, etiam alteram cadaueris medietatem abſtuliſſe, & ambas medietates deinceps compoſuiſſe. Stupentibus autem & mirantibus bonis factum, qui in loco erant, euenit vt eius rei rumor etiam ad regem volaret Mechmetem. Qui vbi rei veritatem ex ijs qui præſtò fuerant comperit, cadaueris medietates ad eum locum ex quo eas tulerat bos reportauit, & à ſe inuicem diſsitas collocauit, periculum facturus, an bos rediturus ſit. At bos iterū in eum locum veniens, vbi abeſſe medietates cadaueris & remotas ſenſit, magno clamore redit ad cadauera: fragmenta cadaueris diligenter conquirit, & ab reliquis ſeparatim ponit. Rex rei miraculo obſtupefactus, cadaueris medietates ſepulturæ tradi mandauit. Bos in regiam ductus, optimè habitus eſt. Quidam tradunt cadauer illud fuiſſe Veneti cuiuſdam, quidam Illyrij fuiſſe docent. Cæterùm apparet id quaſi eſſe omnem maximæ felicitatis, quæ apprehenſura ſit eam gentem, ex quo illud cadauer deſcendit. Hoc quidem Byzantij contigiſſe audiuimus. Ianuarum dux vbi animaduertit parum opportunum eſſe vrbes oppugnare, in Sparta reliquit Omarem & Aſanem, vt colloquium haberent cum Spartanis. Hi enim, vbi intellexerant Venetos Iſthmo deceſsiſſe, ab Tænaro & Epidau-

*Bouis, cadauer diſſectum cōponentis, prodigiū.*

ro &

ro & ab alijs locis ad ſua reuerſi, conabantur ſua defendere. At illi venientes in Spartam, ſermonem cum Spartanis habuere, quibuſdam etiam, qui in locis munitiſsimis ſe tenebant, perſuaſere vt redirent in vrbem. Cæterùm mittens Aſanes ad eos qui verſabatur in Tænaro & Laconia, ſic eos adhortatus eſt: Viri Spartani, videtis nimirum niſi cæci eſtis, quò loci Venetorum res redactæ ſunt, ex quo bellum regi indixerunt, & maximam potentiæ ſuę partem in Peloponneſo oſtentarunt. Præterea haud vos fugit, quid in Iſthmo, & in reliqua Peloponneſi regione ijs acciderit, quauis regis copię quàm longiſsimè fuerint remotæ, & ipſi quam maximè in vnum collecti. Si regium ſeruum hoſtiliter aduentum ſuſtinere nequiuerunt, quid futurum erat, ſi rex ipſe vnà cum Ianuis in Peloponneſum impetũ dediſſet? profectò nullus locus in Peloponneſo fuiſſet relictus, qui ab belli iure manſiſſet intactus, verùm belli tempeſtas omnia fœdiſsimè diſsipaſſet. Rex, vt Thermopylas attigit, audiuit Venetos, relicto Iſthmo, abijſſe, vt appetente vere redirent in Euboiam, & iſta loca omnia in ditionẽ acciperent. Nunc ſi veniam (ad quam vobis tutus receptus eſt, eorum quæ commiſiſtis turpiter, decepti à peſsimis Peloponneſiacis, qui nihil ſani regioni iſti conſuluere) ample xi fueritis, ſcio (ſic enim præcepit rex) vos nihil mali paſſuros: nec ad mancipiorum miſerãdam conditionem deducemini, nec aliud quicquam mali experimini. Proinde ſi placet veniam oblatam admittere, ſinguli ad ſua reuertãtur. Quod ſi oblatam veniam reſpueritis, profectò rex vos quemadmodum & Venetos, hoſtium loco habebit. His cognitis, quidam eorum qui in regem deliquerant, veniam non ſunt aſpernati: & clàm deficientes à Venetis, ad ſua ſunt dilapſi. Quidam verò grauiter obſidebantur in Tænaro, miſerunt nuncios, vt quid pararent Pannones audirent. Nam Veneti conſolari haud ceſſabant Peloponneſiacos, & alios, dicẽtes vbi primùm Pannones ab Iſtro fuerint progreſsi, nos cum claſſe in Helleſpontum reuertemur. Regius dux Machumetes cum abijſſet, Venetorum triremes appulerunt in Lemnum, impulſu † Comneni viri optimi, qui ibidem in Lemno arcem tenebat. Venientes autem Lemni primores vrbis, colloquuti ſunt inter ſe, vt locum eum Venetis venderent. Ceterùm Veneti præuenerunt eos, occupantes arcem, & virum hunc optimum miſerunt in Iſthmum: quò conſulente, nauigarunt denuò in Lemnum. Et cum ipſe ab continente cum copijs proficiſceretur, ſinguli deſerentes oppida, in quibus manſerant, vnà inde ſoluerunt nauibus impoſiti. Occuparunt & vrbem Cercedam: & dimiſſo inde magiſtratu, quem † Zamplacones nominabant, eam præſidio impoſito muniuere. Conuehenteſque frumentum, & neceſſaria tum ſibi, tum Peloponneſiacis oppidis, ibant pergentes in Peloponneſum. Hæc quidem ea hyeme in Peloponneſo ſunt geſta.

*Aſanes Spartanos perſuadet, vt ad Turcas deficiant.*

*† Comnini Thopia. Lemnos à Venetis occupata.*

*† Zanoplacon.*

*1462.*

FINIS DECIMI ET VLTIMI LIBRI HISTORIARVM TVRCICARVM

*quas conſcripſit Laonicus Athenienſis, interprete Conrado Clauſero Tigurino.*

NICEPHORI GREGORAE & LAONICI CHALCONDI

# RERVM ET VERBORVM IN NICETAE CHONIATAE ANNALIBVS PRÆCIPVE MEMORABILIVM INDEX, CVIVS

a, primam paginam, b, ſecundam, 1, autem & 2, columnas denotant.

## A


Acerbitas Syradeni 41.b.1
acies Romanorũ inclita Philis induſtria reſtituitur. 29.b.2
acriba capta 113.b.2
Aegypti regis exemplum 47.b.1
Aegypti Scytharum ope propagant imperium 24.a.2
Aeſtus marini cauſa 76.b.1
ætoliæ Turcis cedit 90.b.2
ætoliæ vrbs Ioannia 90.b.1
agiades 102.b.2
agricultura & res pecuaria Romanos recreant 8.a.2
alani qui & Albani & Georgiani Iberis proximi 116.a.1
albania 72.b.2
albani 69.b.1
albani domiti 90.b.2
albanorum defectio 109.a.2
alcairum Memphis 81.b.1
alcoranum 79.b.2
alepum occupat Temires 81.b.2
alexandri pontif. cum Friderico Barbaroſſa diſsidium 86.b.2
alexandri Panſebaſti clades 115.b.1
alexius Apocaurus 32.b.2
alexius Philanthropenus Philadelphiam liberat obſidione 39.a.1
alexius Comnenus Gallorum ope vrbes Orientales recuperat 14.b.1
alexius Philanthropenus Leſbo præponitur. 56.b.1
alexius Cæſar capitur 13.a.1
Cirus ibid.
alexij Cæſaris triumphus 12.b.2
alexij cædes 115.b.1
alpes 14.a.2
Rhenus 14.a.1
alphonſus Neap. rex contra Barbaros dux creatus 111.a.1
alphonſus Mediolanenſium duci traditur. 44.b.2
alphonſi contra Ioannem Caſtellæ regem bellum 95.b.1
alphonſus bis captus 95.b.2
amagabari 251.a.2
amaſtris 115.a.1
amaſtris deditio 115.a.2
ambigua & obſcura nihil probant 54.a.2
Amubſelfeld Caſſobus campus 72.a.2
amœnitas locorum voti immemores facit. 14.b.2
amurates rex IIII. 70.a.1
amurates in Europam 101.a.1
amurates in Peloponneſum 102.a.2
amurates contra Scanderbergum 103.b.1
amuratis expeditio in Aſiam 96.a.2
amuratis noua expeditio in Caramanum. 100.a.1
amuratis Græc. Imperatoris oratio 71.a.1
amuratis ad ſuos oratio 71.a.2
amuratis pugna cum Huniade 104.b.1
amuratis oratio 99.a.1
amurates à gregario correptus 101.b.2
amuratis crudelitas 103.a.1
amuratis dicto audientes 71.b.2
amuratis votum 103.b.2
amuratis ſeceſſus 103.b.1
amuratis acies 104.a.1
amurates imperium recuperat conſilio Halibaſſæ 105.b.1
amuratis mores 72.b.1
amuratem Huniades tenet 103.b.2
cum amurathe Charatinis colloquium. 71.b.2
andronicus Emanuel 71.b.1
andronicus emendandum eccleſiæ ſtatum ſuſcepit 19.b.2
andronicus vetera templa inſtaurat 30.b.1
andronicus fratrem Conſtantinum ſuſpectum habet 22.a.2
andronicus mulierculæ importunitatem peroſus eam à ſe abire ſinit 16.b.2
andronicus ſenior monachus fieri cogitur. 47.a.1
andronicus ſuis diffidit 21.b.2
andronicus ſenior ſorte Pſalterij adductus, pacem ſpectat 38.b.1
andronicus neglectum medicorum morte luit 58.b.1
andronicus iunior auo charus 31.a.2
andronicus iunior armatus in Concilio. 33.b.2
andronicus iunior à ſuſfactione peierare cogitur 34.a.1
andronicus iunior à Turcis vulneratus. 41.a.2
andronicus iunior Thraiciam occupat. 32.b.2
andronicus paterni ſceleris vindicta timet. 21.a.2
andronicus iunior conualeſcit 47.a.1
andronicus iunior fugam parat 31.a.2
andronicus iunior æs alienum luxu contrahit. ibid.
andronici & Orchanici pugna 46.a.1
andronici lenitas erga Irenem 26.b.2
andronici ſenioris memoria 47.b.1
andronici autoritas 15.a.1
andronici ſenioris expoſtulatio cum patriarcha 48.a.2
andronicus ſenior nepotem mouet 55.b.2
andronici ſenioris palatium 55.a.2
andronici reſtitutio & precarium imperium. 73.a.1
andronici ſenioris elogia 90.a.1
andronici iunioris fuga 93.a.2
andronici iunioris & michaelis bulgari fœdus 42.a.
andronici nuptiæ 15.a.2
andronici progenies 26.b.1
andronico iuniori ſacris interdicitur. 34.b.1
andronici iunioris moderatio 41.a.1
de Andronico oraculum 49.a.2
ad Andronicum iuniorem oratio Logothetæ. 34.a.1
andronici iunioris teſtamentum 46.b.1
inter Angleos & Gallos Cales occaſio. 76.a.1
ab Anglis captum eſt Cales ibid.
antonius 22.b.1
antoninus Athenarum dux 89.a.2
arabia Felix 78.a.1
arabiæ ſitus ibid.
arabes Siria & Phœnicia fruſtrà prohibent Gallos 14.b.1
argos capta 77.a.1
argos Venetis vendita 76.b.2
argiropolis oppugnata 91.a.2
armeniæ rex Scenderis 73.a.1
in Armeniam Saraceni 75.b.2
armeniorum priuilegium apud Turcos. 79.b.2
arrogenenſes 68.b.2
arſenate 87.b.2
arſenius Lupo ouem committit 10.b.2
arſenius monaſterium ingreditur 11.b.2
arſenius patriarcha Byzantium vocatur. 12.b.2
arſenius Paleologi ſacris interdicit. 13.a.2
arſenij patriarchæ perturbatio & inopia cõſilij 10.b.1
arſenij perturbatio & inconſtantia. 12.b.1
arſenij exilium 13.b.1
arſenij funus 20.b.1
arſeniatarum poſtulationes 29.a.1
arſeniatarum reſtitutio ibid.
artaxerxis 30000 HS. 16.b.2
artis periculoſæ euentus 18.a.1
arundo Indica 84.a.1
aſan Andronicus Syrgiannem defert. 39.a.2
aſanes 113.b.2
aſanis reſponſum 113.b.2
in Aſia Galli confidunt 14.b.2
in Aſiam Chalel reditum impetrat ab imperatore 28.b.1

in Aſiam erumpunt Scythæ 67.b.2
aſiani Scythæ 7.a.2
aſiaticas prouincias occupant Turci 18 a 1
aſiana Europa inuicta 78.a.1
aſſyriorum imperium 26.a.2
athanaſius ſacerdotes coercet 22.a.1
athenæ quo pacto à Turco ſubactæ 114.a.2
athenæ Turcis deditæ 114.b.1
athenarum dubis ſuperbia 28.a.2
athenienſis ducis atrox clades ibid.
athenienſium dux treues petitionem repudiat 27 a.1
attalus Trallium conditor 18.b.1
attramyttenus ignis litem non dirimit 20.b.1
auguſtus 25.b.2
aureus Hiſpanicus 96.a.1
auro lectiſſimo perſica turris plena 47 b 1
auus auxilia contrahit 42.a.2
auus inutiſus & negligens 42 b.2
aui deliberatio 40.b.1
aui longeuitas nepoti moleſta 41.b 2
auocharus Andronicus iunior 51 a.2
auxilia à Crale acceſſuntur 29.b.1
auxilia Romanorum 29.b.2
azap de 90.a.2
azatines Chriſtianus 13 b.1
azatines à Scythis liberatur 14.a.1
azatinis ad Scythas fuga ibid.
azatinis Turci fuga ad imperatorem 11.a.1

B

Bachanalium licentia 52.a.1
baiazites ſana conſilia contemnit 82.b.1
baiazitis oratio 82.b.2
bandus 108.b.1
balduinus 5.a.2
balduinus captus 5.b.1
balduinus poſtremus Byzantij rex 12.b.1
balduinus & rex Carolus Byzantio minantur 15.b.2
bardarius 41.a.1
barlaamus victus diſcedit 58.b 2
barlaamus monachos inuadit 59 b.2
barlaamo opponitur Palamos 58.b 2
b. filius Nicephorus ſeniori Andronico ſolus fidem dat 44 a 1
beci occultatio 20 a.1
beci quercla 20 b 2
belgradum obſidio 92.b 2
belgradum à Græcis obſeſſum 110.b.1
belgradum Griechiſch Weyſſenburg. Taurinum veteribus 110.b.2
bellogradi oppugnatio 11.a.2 & 110.b.2
bellum inteſtinum Turcorum 70.b.2
bellum nauale inter Venetos & Turcos 88.a.1
belli Tamerlanici occaſio 77.a.2
belli Vngarici cum Turcis occaſio 98.b.2
bernardinus Camilius 111.b.1
beſſarion Cardinalis 112.a.1
beſſarion Cardinalis Trapezuntius 97.b.1
bitezide quos Huſſarones appellamus 104.a.2
bithinia à Turcis occupata 41.a.2
bladus Dracula 119 b.
bladi crudelitas ibid.
bladi diligentia & audacia 120.b.2
blado inſidiæ ſtructæ à Turco 119.b.2
blanca Philippi F. Sphortiæ nupta 98.a.1
bohemi 80.b.1
bombardæ duriora penetrat mollioribus ſuccumbit 102.b.2
bombardæ Germanorum inuentum 90 a.1
bombardæ Turcis ereptæ 111.a.1
bombardæ globi vis 114.a.1
bononia 97.b.1
borbotanæ regio 109.b.2
boſena 92 b 2
brenezis geſta 89.b.2
britanniæ deſcriptio 76.a.2
braxia obſeſſa 97.b 2
buda 74.a.2
bulgarus veniam impetrat 9 b.1
bulgarus Socrus placat 46.a.1
bulgarus Romanus prouincias vexat 48 b.2
bulgari humanitas 52.a.1
bulgarorum origo 69.b.1
bulgarorum Tyrannidem inuadit Lachanas. 17.a.1
à Bulgaris latini profligati 6.a.2
bulgari latinos ab oriente abſtrahunt. 5.a.2
bulgari thraciam & macedoniam vaſtant. 5 b.1
bulgari negata pace imperatorem ad ſummam deſperationem adigunt 51.b.1
bulgari Turcos vincunt 69.b.2
bulgarorum clades 70 a.1
bulgaricæ nuptiæ 57 b.2
burgundiæ dux ſacri belli imperij 74.b.1
burgundiorum temeritas ibid.
in bythinia Turci graſſantur 48.b.2
byzantia ſeditio 36.a.2
byzantium à Cæſare incenditur 12.b.1
byzantium vocatur Arſenius Patriarcha. 12 b 1
byzantium proditione capitur 44.b.2
byzantij produores 12.a.2
byzantij vaſtitas ex incuria latinorum. 12.b.2
byzantij obſidio 90.a.1
byzantium obſeſſum 85.a.2
byzantini imperij ruinæ 5.a.1
byzantini Romanæ concordiæ aduerſantur. 16 b.1

C

Cæſaris liberatio 13.a.1
cæſariſſæ luctus 41.a.1
calatranenſes Rhodij 80.b.1
cales belli inter Anglos & Gallos occaſio. 76.a.1
cales ab Anglis captum 76.a.1
calletum ibid.
calliacre 100.b.2
calumnia in patriarcham 29 a.1
cantacuzenus 70.b.1
cantacuzeni Virtus 51 b.2
cantacuzeni modeſtia 46.a.1
cantacuzeni Laus 58.a.2
cantacuzeni imperatoris mors 108.a.2
capha Genuenſium colonia expugnata à Turcis 96.b.1
carminiolæ proditor cæſus 97.b.2
carolus magnus contra Saracenos 75.b.2
caroli regis apparatus aduerſus Conſtantinopolim 16.a.2
caroli ægritudo 18.b.2
caroli & Theodori Siculi bellum 21.a.1
carrarienſium familia 87.a.1
caſimirus rex 74.b.2
caſpium mare 78.b.2
caſſandria 27.b.1
caſſobius campus Amſbſelfeld 72.a.2
caſtellanorum & Arrogenſium bellũ. 95.b.2
caſtrametatio & pugna ad Varnam 101.a.2
caſtrorum Turcicorum inſtructio 102.b.2
catabolinus Mechmetis ſcriba & nuncius. 119.b.2
cataia 80.a.2
catelani ſtipendijs non ſolutis ſe pro hoſtibus gerunt 25 b.2
catellani ab Andronico conducitur 25.a.2
catelani à thracia in macedoniam tranſeunt. 27.b.1
catelani Macedoniæ excluduntur 27.b.2
catelani Theſſaliam petunt ibid.
catelani Theſſaliam vaſtant 28 a.2
catelani Thebis & Athenis potiuntur 28.b.1
catelanorum inſolentia 25.a.2
catelanorum trepidatio 26.a.1
ad Catelanos Turci deficiunt 26.a.2
catelanorum mirum ſtratagema 28.a.2
L. Datulus 7.a.2
caucaſus Taurus 7.b.2
cebium Valachiæ Lycoſtomos olim hodie Kilia 120.a.2
cephiſus fluuius 28.a.2
chadares & Mirxies ſocij 78 a.2
chalaus & Telepugas 7.b.1
chalel reditum in Aſiam ab imperatore impetrat 28.b.1
chamuzes à Blado victus 119.b.2
charatini cum Amurate colloquium 71.b.1
charaziæ Baſſæ interitus 110.b.2
chaſanes obiurgatus 111.a.2
chaſanis Baſſæ ſententia 99.a.1
chaſanis fortis interitus 111.a.1
chaſanis defectio 86.a.2
chaſanis interitus ibid.
chaſna ſiue chaſia, nã in Græco variat 13.a.1
cheria 80.a.1
choræ monaſterium 48.b.2
chriſti comitas 10.b.2
chriſtopolitanus murus 27.b.2
chriſtianorum clades 1395. 74.b.2
chriſtianorum miræ captiuitas 77.a.2
ciliciæ dant Gallis Tranſitum 14.b.2
cimmerij Scythæ 7.a.2
cintz iſtra 51.a.2
circumciſionis ritus apud Turcos 111.b.1
clades Conſtantini 17.a.2
clades Chriſtianorum 74.b.2

claſſis ex auaritia deſtructa 21.a.2
claſſis deſtructio Romani exitij cauſa. 24.a.2
claſſis Chriſtiana in Helleſpontum 100.b.1
claſſis Turcica Romanis infeſta 18.a.1
caedes 26.b.1
coeleſiria 81.b.2
colloquium, Charatinis cū Amurathe. 71.b.2
coloiannes italiam addit ibid.
colonia ſcopios deducta 72.b.2
cometa 13.b.2
comitas in principe amabilis 22.a.2
commendatio Irenes
comnenus Arianites 93.a.1
in Cōcilio armatus Andronicus iunior. 33.b.2
concilijs dirimendae ſunt controuerſiae 35.b.2
concilium Baſilienſe 96.b.2
concordia Graecorum & Latinorum 97.b.1
conditiones coronationis 11.b.2
confictus imperatoris obitus 18.b.1
de Conuratis quaeſtio 56.a.2
conſtantinopolis à Turca obſeſſa 75.a.2
conſtantinopolis obſeſſa 76.b.2
conſtantinopolis fruſtra obſeſſa 90.a.1
cōſtantinopolis à Genuenſibus obſeſſa. 96.b.2
conſtantinopolis oppugnatio 107.a.2
conſtantinopolis vrbis amplitudo 107.a.2
conſtantinopolis quando capta 108.a.1
conſtantinopolis expugnatio 108.a.2
conſtantinopolitani imperij declinatio. 90.a.1
conſtantinopolitanum imperium Latini occupant 67.b.1
conſtantini Toechi clades 17.a.1
conſtantini Paleologi vxor 82.a.2
conſtantini legatio ad Amuratem 102.b.1
conſtantini Deſpotae coniugia & amores. 82.a.2
conſtantinus à fratre in carcerem compingitur 22.b.1
conſtantini Deſpotae malum omen 38.a.2
conſtantinus Deſpotes in carcerem conijcitur 38.b.1
conſtantinus Deſpota 32.b.2
conſtantinus imperium ad Graecos transfert. 76.a.2
conſtantinus VIII. Graecorum imperium.
contumacium poena 10.b.
corcyra à Rogerio capta, circa an. 1150. 89.a.1
corcyra ſiue Curaeola hodie 93.a.1
corinthi obſidio 114.a.1
coronatio Sigiſmundi Caeſaris 74.a.2
coronationis conditiones 11.b.2
corſica 93.b.1
cralena inuita ad maritum rediſt 31.b.1
crales comitatur ſocrum 41.a.1
crales à ſuis in carcere occiditur 48.b.1
cralis quartae nuptiae 23.b.1
à Crale auxilia accerſuntur 29.b.1
crimina patriarchae obiecta 83.a.2
craſi fruſtratio 53.b.2
cuniculis vrbem ſuffodere conati fruſtrantur 107.a.2
G. Cyprius 17.a.1
G. Cyprius Becum ex inuidia relegat 20.b.2
Cyrus iunior 22.b.1
cyri Epiſcopus Theodoretus 53.b.2

D

in Daciam Scytharum irruptio 77.a.1
damaſcus obſeſſa 81.b.1
danubius 14.a.2
danus qui & Dnus Vainoda 94.a.1
danus in Moldauiam reſtitutus, exacto Draeule 102.a.1
daphnuſiae 12.a.2
debrenus Epiſcopus 20.a.2
deliberatio de obſidione 107.a.1
delues Hiſpanus 73.b.2
demetrius Albanos inuadit 109.b.2
dimetri Deſpota apparatus 42.b.1
depas Albanorum dux 93.a.1
depotae nuptiae 12.a.2
Ioannes Deſpotes claſſi Romanae ſuccurrit. 16.a.1
deſpotae Aetoliae & epiri foederati & generi. 11.a.2
deſpotica inſignia abiecta 16.a.1
diaboli potentia 20.a.1
de Dialectica Niſſenus 54.a.1
dialogus Gregorae 58.b.1
didymotichi obſidio 71.a.2
dignitas Marchionum 27.a.1
diſceptatio cauſae Beci 20.b.2
diſſenſiones patrum 54.a.2
diuerſa annorum initia 39.b.2
diuortij ac repudij mos apud Turcos 77.b.1
diuturnum imperium moleſtum 42.b.2
dobroutia Bulgarorum regio 100.b.2
dona famil. ſpinula 94.a.2
dracula iunior Mechmetis Ganimedes. 119.b.1
Ioan. Ducas Marceſino amore captus 8.b.1
Ioan. Ducas culpam ſuam deplorat 8.b.2
Ioan Ducae prudentia in regendo filio 9.a.2
duces à Paleologo contra Deſpotem miſsi. 12.a.2
ducum defectio ad Moſen 85.a.2
ducum ad Mechmetem defectio 85.b.2
duellum ex prouocatione 104.a.2
dux Ventorum 87.a.2

E

Eccleſiaſticum fulmē in Theſſalos vibratum. 81.a.1
ecclipſes 56.b.2
ecclipſis lunae 41.b.1
ecclipſis ſolis 48.b.1
elogia ſenatoris Andronici 50.a.2
elogia Metochitae 51.a.2
elogium paleologi 19.b.2
emanuel Andronicus 71.b.1
emanuel Cantacuzenus Alban. dux 109.b.1
emanuel Imperator 1388. 72.a.1
emanuelis in patrem pietas 72.a.1
emanuel Bochales 109.b.1
emanuel Ioannis F. Cantacuzenus Albanorū praefectus proditionum miniſter 112.b.1
emanuelis Nothi virtus 85.b.1
epidaurus nunc Raguſium ſiue etiam Malueſia
epiri princeps recuperat patrimonium. 57.b.1
epiſcopus quaeſtor & amator 29.a.1
equi picti hinnitus 33.a.1
erdelia aliàs tranſyluania 93.a.2
erdelij Tranſyluani acies 104.a.2
errores venia digni qui 78.b.2
eſtenſes duces 96.b.2
euboeae recuperatio 13.b.1
eudocia Trapezuntia Cralis nuptias aſpernatur 23.b.2
eudocia paleologina Conſtantino Deſpotae nubit 32.a.2
euogatori 87.a.2
europei Scythae 7.a.2
in Europam trāſitus Turcorū primus. 68.b.1
in Europam Turcorum inuerſio 69.a.2
in Europam Bulgari diſuſi 69.b.1
europa Aſianis inuicta 77.b.2
exactio propter Maſſagetas 23.b.2
exemplum regis Aegyptij 47.b.2
exempla inconſtantis fortunae 13.a.2
exequiae cruentae 10.b.1
exules reſtituti graſſantur in aduerſarios. 21.a.1

F

Factiones eccleſiaſticae propter patriarchas. 20.a.1
feles monacha 25.a.1
felix Papa 96.b.2
ferraris ibid.
fides etiam in hoſte probatur 44.a.2
fides data vel morte redimenda 78.b.2
flandria 75.b.2
florentina Synodus 97.a.2
florentiae reſp. qualis ibid.
fortunae inconſtantis exempla 13.a.2
fortunae temeritati non fidendum 53.b.1
foſſores 83.b.2
franciſcus Carminiola 97.b.1
franciſcus Sphortia 97.b.2
franciſci Sphortiae incrementa 98.a.1
fraternum bellum 84.b.2
fraterna diſcordia 98.b.2
fratrum congreſſus 85.b.2
fregoſi 94.a.2
frigidi potus & teſtaceorum vſus ſeni lethalis. 49.a.2
fuga paucorum totum turbat exercitū. 13.b.1
fuga & caedes Romanorum 16.a.2
fuga Turcorum inſidioſa 101.b.1
funus Arſenij 20.b.1

G

Galata Venetis Piſanis & Genuenſibus aſſignata 13.b.2
galeotus Malateſta 89.b.1
galli in Aſia cobſident. 14.b.2
galliae deſcriptio 75.b.2
gallis dant Cilices tranſitum 14.b.1
à Gallis recuperata Cales 76.a.1
gallorum expeditio ad ſacrum ſepulchrum. 14.a.2
genua 81.b.1. 75.b.2
genuenſes 75.a.2
genuenſes victi & dediti 86.b.1
genuenſes Taraconenſibus infenſi 94.b.1

genuenſium quæ piraticæ triremes 17.b.1
genuenſium in ſucceſſum immodeſtia 68.b.2
genuenſium legatio apud Turcam 115.a.2
genuenſium infelix pugna 96.b.1
georgius Cyprius patriarcha 20.a.2
georgius Calceolus qui & Scanderbegus. 101.a.2
georgius Bulcus Raſicæ Deſpotes 98.b.2
georgius Seruiæ Deſpota 96.b.1
georgij Deſpotæ perfidia 105.a.1
germaniæ deſcriptio 71.b.2
germaniæ laus 74.a.1
germanus Heracleæ epiſcopus patriarcham Byzantinum creat 20.a.2
germani inuenerunt Bombardas 90.a.1
ad Germanos tranſlatum imperium 74.a.2
gibellini & Guelphi 31.b.1
gladij Turcorum, Vngarorum, & aliarum nationum, quales 101.b.1
gratia paleologi 11.a.1
græcæ linguæ celebritas 76.a.1
græci imperium à Turcis precario obtinent. 71.a.1
græci à pactis recedunt 97.b.1
græci tributum recuſant 110.a.1
græci non ſtant pactis 98.a.2
græci imperatoris Amuratis oratio 71.a.1
græci Turcis militant 70.b.2
græcorum metus 15.b.1
græcorum inclinatio 67.b.1
græcorum diſcordia imperij interitus. 68.b.1
græcorum & Latinorum concordia 97.b.1
græcorum deliberatio 100.a.1
græcorum inter ſe diſcordia 100.b.1
græcorum imperatorum diſſenſio 102.a.2
græcorum imp. affinitas cum Turco 69.a.2
græcorum diſcordia 90.a.1
græcorum & Latinorum ſchiſma 76.a.2
græcorum clades Iſtmo expugnata 103.a.1
græcorum miſera cædes 109.a.1
ad græcos imperium transfert Conſtantinus. 76.a.1
gregoras chartophilax eſſe noluit 16.b.2
gregoras Metochitæ charus 13.b.1
gregoras Glycys diſcipulus 10.a.2
gregoras aulicus è ſcolaſtico factus 14.b.2
gregoræ & Logothetæ neceſſitudo 14.b.2
gregoræ legatio ad Cæſariſſam 40.b.1
gregoræ Dialogus 53.b.1
gregorius 54.a.1
gregorius Cyprius à ſuis ſacerdotibus oppugnatur 21.b.1
gregorius Cyprius fit monachus 21.b.2
D. Gregorius contra curioſos 54.b.1
guelphi & Gibellini 31.b.1
guelphorum & Gibellinorum factiones. 97.b.2

## H

Hali gener Machumetis, cuius ſectam Perſæ & maior pars Africæ amplectuntur aliquantum à Turcicâ diuerſam 79.a.2
hali legatus ad Imp. 74.b.2
hali Baſſa 102.a.2
hali Baſſa captus expilatur 109.a.1
hali Baſſæ cædes ibid.
hali Baſſæ interitus prodigia 109.a.2
hamburgum 74.a.1
hannibal 11.a.1
heli bellum Illyricum 91.a.1
homar legislator 67.b.2
homerus de Scythis 7.a.1
homares 79.b.2
hordam 80.a.1
humanitas Bulgari 32.a.1
hungarorum fuga 104.b.1
hungarorum pugna noua 104.b.2
Ioannes Huniades, & Ioan. Capiſtranus Franciſcanus, contra Huſſitas miſſi à pont. 100.b.2
Ioannis Huniadis ſtratagema 99.b.1
huniades gubernator Vngariæ 102.a.1
huniadæ in pugna ſolertia & conſilium. 101.b.1
huniadis ſtratagema 110.b.2
huniades à Dracule captus 102.a.1
liberatus ibid.
huniadis origo & mores 95.a.2
hunniades Amuratem terret 101.b.2
huniadis exercitus conſilio coronatus. 104.a.1
huniadis audacia 104.a.2
huniadis mors 111.a.2

## I

Iagupes à fratre cæſus 72.b.2
ianizari corporis cuſtodes 68.a.2
ianizarorum educatio 90.b.2
iathanites turcum alexium adiuuat 5.b.1
iberes quomodo Chriſtiani facti 116.a.1
iberos eorumq; reges, regio, ſitus, mores, &c. ibid.
illyrij 69.b.1
illyrij qui Sclaui, & Vuindi 80.b.2
illyrij vexati 57.b.1
imperator Scythas vix euadit 14.a.1
imperatoris colloquium cum Elieze 104.a.2
imperatores Trapezuntij 115.a.1
imperium eligendi ius ad Germanos tranſlatum 74.a.2
imperium Aſſyriorum 76.a.2
imperium Medorum ibid.
imperium Perſarum ibid.
imperij adminiſtratio Palæologo committitur. 11.a.1
indica arundo 84.a.2
indorum regio, imperium, ſitus, mores. 84.a.1
indoctus ſed religioſus monachus 22.a.1
inopinati euentus 16.a.1
inſidiæ nepotis auo aperiuntur 42.a.1
inſidiæ Syrgianni 52.b.2
inſolentia Venetorum in Ioannem 72.a.1
inuidia calamitatis cauſa 101.b.2
ioachimi abbatis Calabri prophetia 98.b.1
ioannes Palæologus 27.a.2
ioannis Palæologi ad Eugenium 4. legatio. 96.b.2
ioannes Cantacuzenus 32.b.2
ioannes Caſtriota 91.a.1
ioannes Glycis patriarcha 10.a.1
ioannes Iuſtinianus 108.a.1
ioannis nothi Sebaſtocratoris dicta & perfidia 15.a.2
ioannes Imperator Alexio patri bellum infert 115.a.2
ioannis imperatoris inconſtantia 90.a.1
ioannis fuga 115.b.2
ioannis excæcati ad Patazitem oratio 73.a.1
ioannis excæcationẽ ſoror vleiſcitur 14.a.1
ioannem Aſanã regno pellit Tertere. 17.a.2
ioannina Aetoliæ vrbs 90.b.1
ioanninæ deditio 90.b.2
ioanniorum principatus in Aetolia, vbi olim Caſsione 89.a.2
ioſephus patriarcha 20.a.1
ioſephus patriarchatu cedit ibid.
ioſue mors 84.b.2
ioſue conſiliarij ſententia 99.a.2
ioſue ad deditionem exhortatio 115.b.2
ioſue VI. Turcorum rex 84.b.1
irenes imperatricis obitus 30.b.2
irenes commendatio 20.b.2
irene Alemana 30.b.2
irene viginti milio Comiti 13.a.2
irenes profuſiones in Cralem 27.a.2
irenes libido 18.a.2
irene Theſſalonicam abit, & maritum traducit 26.b.2
erga irenem lenitas Andronici 26.b.2
iulianus Cæſarius Cardinalis 100.b.2
iuliani cædes 102.a.2
iuſtinianus Romanorum imperator 86.a.2
iſthmus 86.a.1
iſthmus à Turcis obſidetur 102.b.1
iſthmi oppugnatio ibid.
iſthmi muras refectus 100.a.2
iſthmo expugnato græci cladem acceperunt. 103.a.1
italiæ principatus 98.a.2

## L

Lachanis Bulgarorum tyrannidem inuadit. 17.a.1
ladislaus Neapolitanus rex ex Vngaris. 94.b.2
ladislaus Vngariæ rex veneno ſublatus. 111.b.1
ladislaus Vngariæ rex Auſtriacus ibid.
laonici Chalcocõdilæ patria & genus. 100.a.2
laonici pater captus 101.b.1
laſcaris aduentus Iathatini in expectatus. 5.b.2
laſcaris paruis copijs Turcos vincit ibid.
laſcaris filiæ Maria & Theodora 10.a.2
laſcarini imperij fines 5.b.1
latini vt deuiſerunt imperium 5.a.2
latini iracundia inflammati vincuntur 18.b.2
latini profligati à Bulgaris 5.a.2
latini claſſem Romanam ex improuiſo adoriuntur 18.b.2
latini flagitãt à Romanis vt communibus opibus Turcas oppugnent 55.b.1
latini occupant imperium conſtantinopolitanum 67.b.1
ex latinorum incuria vaſtitas Byzantij. 12.b.2
latinorum papa pronubus 20.b.2
DCCC. Latinorũ equitum infelix virtus. 5.b.2
lazari viduæ calliditas 115.a.1

legato

legatio aui ad nepotem 34.b.1
legatio Gregoræ ad Cæſariſſam 40.b.1
legatio Græc.ad Turcam 107.b.2
legati Græc.imp.ad Papam 100.b.1
legatos eloquentes eſſe opus eſt 22.b.2
lemnos obſeſſa 95.b.2
leontares 108.a.2
leontares redemptus 108.b.2
leontaris cædes 109.a.1
leſbo præponitur Alexius philanthropenus. 56.b.1
lex ueſtiaria 8.a.2
libadarius pincernam à ſuis proditum cæcat. 23.a.2
libertate donati rurſum capti, & cur 108.b.2
libido irenis 58.a.2
linguæ græcæ celebritas 76.a.1
literæ chartaceæ & linteæ 42.a.2
logothetæ ad Andronicũ iun orẽ oratio 14.a.1
logothetæ & gregoræ neceßitudo 14.b.2
logothetæ ſomniũ et irrita prouidẽtia 44.a.1
logothetæ ſecuritas cauſa interitus 44.b.2
logothetæ ædium direptio 45.a.2
londinum 76.a.2
lopadius lacus 90.b.1
ludouicus patriarcha Aquilenſis 116.a.1
lunæ Eclipſis 41.b.1
lundra londinum hodie 76.a.2
lutetia 75.b.1

M

Machiauelli de re militari inſtitutio 78.b.1
mahometis origo circiter annũ Chriſti 630. 79.a.1
mamaluchi qui ut plurimum Circaßi 81.b.1
mantuæ ſynodus 111.b.2
manuelis Deſpotæ fortuita cædes 51.b.1
marchimontisferati 5.a.2
marchionum dignitas 27.a.1
marceßina excluſa templo 8.b.1
maria Michaelis imperatoris filia 31.a.2
C.marius 7.a.2
marſilius Carrarienſis Dux patauinus 97.b.2
martini res geſtæ 46.b.2
maſſagetæ 78.b.2
maſſagetæ ab Andronico recipiuntur 25.b.2
maſſagetæ à Turcis cæduntur 26.b.1
maſſagetarum & Turcopulorum inſtante pugna ſucceßio 16.a.1
maſſagetæ pro hoſtibus ſe gerunt 24.a.1
mathias ex captiuo ungariæ rex 111.b.2
mecha 79.b.1
mechmet uictus obſidione ſoluta diſcedit 8. Idus Auguſti 111.a.2
mechmetes IX.Turc.rex 86.a.1
mechmetis ad ſuos oratio. 107.b.2
mechmetis aſtus 107.b.2
mechmetis educatio 85.b.1
mechmetis in Moldauiam expeditio 120.a.1
mechmetis mors. 79.a.1
mechmetis ſepulchrum 79.b.2
mediolanum 87.a.1
mediolanenſi duci traditus Alphonſus 94.b.2
medorum imperium 76.a.2
melecus cũ ſuis Turcis ad cralem abit 28.b.1
mehitemiates 87.a.1
meſembris 10.a.1
metallorum artifices retenti 110.a.2
metochites 17.a.1
metochites ingenio contentus, ueterum imitationem neglexit 30.a.1
metochita male ſibi ominatur 33.b.1
methochitæ & Glycys legatio in armeniam. 22.b.1
metochitæ mæſticia 33.a.2
metochites fit monachus 48.b.2
metochitæ obitus 50.b.1
metochitæ elogia 51.a.2
michael imperator temere in hoſtes inuectus uix euadit 26.a.2
michael catharus auo charus 12.a.2
michael Catharus 12.a.2
michael Sphendoſthlabi & regnum & uxorem accepit 41.b.2
michaelis Theſſali 4.filij 8.b.2
michaelis Andronici F.obitus
michaelis & Andronici fœdus 42.a.1
contra Michaelem Deſpotam paleologi irrita expeditio 11.b.2
militaris diſciplina Tamerlani 78.b.2
mirxa dux Valachorum 74.b.2
mirxæ uirtus contra Turcos 74.b.2
mirxiæ dux ualachorum 74.b.2
mirxæ uirtus contra Turcos 74.b.2
mirxiæ uxor temerè emiſſa exitialis 78.b.1
mirxies & Cabidares temiris ſocij 78.a.2
mitylenæ occupata à Catane phoceæ principe
mitylene recepta 56.b.1
mœnia peræ deiecta 108.b.2
monembaſia Maine, Sparta, Romanis reddita
mons olympus 5.b.2
monſtroſus partus 57.b.2
mors Temiris 84.a.2
moreſinum 116.a.1
moſes Turcorum rex VIII. 85.a
moſis interitus 86.a.1
moſconia Rußis Lituania 80.a.2
mozilenus epiſcopus 20.a.2
Mpsiulus Conſul 13.b.2
muchle 113.b.2
mulſumani ſtratagema & uictoria 85.a.1
muſtaphas Paiazitæ F. 88.a.1
muſtaphas capitur 88.a.2
muſtaphæ adiunguntur Græci, ſitq; rex II. 90.a.2
muſtaphæ interitus 90.b.1
mulſulmanes VII. Turcorum rex 84.b.2
muzalo & Arſenius tutares pueri Laſcaris. 10.a.2
muzalo honoris onus excutere ſtudet 10.b.1
muzalonis muiſa nobilitati 10.a.5
myrxias ſiue Marcus ſeruiæ deſpotes dacorũ dux 84.b.2

N

Nauarræ regnum 96.a.2
naues ſubſidiariæ 107.b.1
naumachia 15.b.2
neapolitanus rex Ladislaus ex ungaris 9.a.1
neapolitanum regnum 94.b.2
neceßitas coniungit homines 54.b.2
nepos auo inſidiatur 42.a.1
nepos auo gratioſior 42.a.2
nepotis ad auum legatio 42.b.1
nerius Acciolus 100.a.2
nicea oppugnata 69.a.2
nicea dedita 69.a.1
nicea Byzantij uicaria 12.a.1
nicephorus Blemmides Patriarchatum recuſat 9.b.1
nicephorus Blemmydes 8.b.1
nicephori & Mariæ nuptiæ 8.b.2
nicephori Deſpotæ ditio 15.a.2
nicephori Blemmide ſcriptis mutatur Beccus 27.a.1
nicephori cuiuſdam filiam ducit 27.a.2
nicolaus 5.Pontifex 112.a.2
nicomedia capitur 57.b.1
nilus 81.b.1
nilus antipodes 5.a.2
niſſenus de Dialectica 54.a.2
nomades 67.b.2
noni doctores ſine miraculis 55.a.2
nubes crucis imagine 41.b.1
nuncij Turcorum Vlacidos 120.a.1
nuptiæ Deſpotæ & annæ 11.a.2
nuptiæ Bulgaricæ 57.b.2

O

obſcuritas oraculorum 19.a.2
obſcuritas ſacrarum literarum 54.a.2
obſcuræ & obſcura nihil probant 54.a.2
obſidio patrarum nouarum 15.a.2
obſidio Didymotichi 71.a.2
odium inter fratres 72.a.1
officia in commune conferenda 15.a.1
olympus mons 5.b.2
omaris ad Francum oratio 114.b.1
omen amittendi imperij 40.a.2
opera magna glorioſa 55.a.2
oppidana turba militiæ inepta 46.a.2
oppugnatio Bellogradi 11.a.2
opugnatio caſtelli Turcarum 30.a.1
oppugnatio maritima 107.a.2
oracula commentitia 19.a.2
oraculum Trallibus de Andronico ortũ 18.a.2
oracula Sibillina 109.a.2
oraculum euentu declaratum 18.b.1
oraculum de Andronico 49.a.2
oraculorum ex libidine interpretatio 10.a.2
oratio Amuratis Imp.Græci 71.a.2
oratio exploratoris Peloponneſij 102.b.1
oratio Iohannis excæcati ad Paiazitẽ 73.a.1
orchanus ſingulari imperatoris facilitate profligatus 56.b.2
orchanes 68.b.2
orchanis copiæ 46.a.2
oratar Turcorum ad deditionem hortatur 107.b.1
orchanis Muſulmani mors 108.a.2
oreſtias obſeſſa 70.a.1
origo Turcorum 67.b.1
origo Bulgarorum 69.b.1
origo Triballorum & Valachi 70.a.2
origo tamerlanis 78.a.1

orlandus Rinaldus 75.b.2
ornamenta imperij ludibria hoſtium 29.a.1
orthobules Paiazita 82.a.1
orthobuli cædes 82.a.2
otomannidum familia 68.a.1
ottomannus rex I. circiter 1300. 68.a.1
ottomanni mors 68.b.2
ouata corona 8.a.2

P

Pachomius à Paleologo excæcatus 19.a.1
pacta inter auum & nepotem 84.b.2
peangures 84.a.2
paiazites prior IIII. rex 72.b.2
paiazitis reſponſum. 73.a.1
ad Paiazitem oratio Iohannis excæcati 73.a.1
paiazitæ copia 82.a.2
paiazitis fuga 83.a.2
paiazites captus 83.a.2
paiazitis mors 83.b.2
paimparis 84.b.2
palamas Barlaamo opponitur 58.b.2
paleologus magnus coneſtabilius 10
paleologus Byzantium tentat 22.a.1
paleologus regnum firmare conatus 11.a.2
paleologus patriarcham loco pellendum curat 15.a.2
paleologus Genuenſium ſuperbiam reprimit 17.a.1
paleologus I. a hanc cædem procurat 17.a.2
paleologus ſiculos contra Carolum concitat. 18.b.1
paleologus Theſſalonicenſe regnum inſtituere conatus 22.a.2
paleologus infeſtus Theſſalis 10.a.1
paleologus ſine honore ſepultus 19.a.2
paleologi mores 10.b.2
paleologi gratia 11.a.1
paleologo imperij adminiſtratio committitur. 11.a.1
paleologi reditus 9.b.2
paleologi lætitia de recuperata urbe 12.b.1
paleologus domeſtica bella Carolo machinatur 16.b.1
paleologus uulpinam pellem leonina mutat. 16.b.1
à Paleologo duces contra Deſpotē miſſi 13.a.2
paleologorum principum diſcordia 110.a.1
paleologo Arſenius ſacris interdicit 18.a.2
paleologi irrita expeditio contra Michaelem Deſpotam 11.b.2
paleſtina 81.b.2
pannonum apparatus Turcis formidabilis. 100.b.1
pannonum fœdus cum Turca 99.b.2
pannonum fuga 102.a.1
pannonum & Turcorum pugna 99.b.1
pannones Turcis formidabiles 99.a.2
pannonum conſultatio 104.b.2
pantogles 107.b.1
paniperſebaſti ſeditio & obitus 40.a.2
papæ electio & ſtatus 98.a.2
papa latinorum pronubus 10.b.2
parua manu multi cæſi 75.a.1
patræ deditæ 92.a.2
patræ à Turcis occupatæ 103.a.1
patauium 67.b.2
patrarum nouarum obſidio 13.a.2
patriarcha ſenioris imperatoris conſilium nepoti aperit 14.a.1
patriarchæ ſimplices imperatorib. grati 32.a.1
propter Patriarchas factiões Eccleſiaſticæ 10.a
patrum diſſenſiones 54.a.2
S. Patrum ſcripta diſtinguenda 54.b.2
peccata cauſæ cladium 46.b.1
peloponneſus Italis erepta 92.a.2
peloponeſi res 100.a.1
peloponneſi turbatio 11.a.2
peloponneſi principum conſpiratio 72.a.1
peloponnēſium & ſiculorum cædes 12.b.1
pera capta 108.b.2
peræ mœnia deiecta 108.b.2
periculoſa imperij principia 19.b.2
periculum latronum 40.b.2
peringerij cædes 26.b.1
pernij 80.b.1
perſarum imperium 76.a.2
perſica turris lectiſſimo auro plena 47.b.1
peruſiam, Luca, Florentia 97.a.2
petrus non iactandus ſed imitandus 51.b.2
perharenza zanes 26.b.2
phaſis fluuius 81.a.2
philadelphia capta 71.a.2
phiIes Paleologus Turcicum ſibi bellum Deposcit 29.b.1
philippi Macedonis notum 12.b.2
philippus Mediolanenſ. ex Genuæ Dominus 94.a.2
philippi morte omnia Mediolani confuſa, donec ſucceſſit Sphortia 93.a.1
philocrina oppidum 63.a.1
philoſophiæ migrationes 95.a.2
phocæenſes pacem impetrant 56.a.2
phriſia 71.b.2
propter liberos non uiolanda pietas 19.b.2
pincerna Libadarij obtrectation. b. exagitatus 21.a.1
regnum affectat
pincerna Theodorum Andronici fratrem capit 21.a.2
piringerius à Genuenſibus capitur 26.a.1
piſidiæ latrones 92.a.2
pythagoras 25.a.1
plato de Deo 54.a.2
platonica Reſpub. 76.a.2
plenilunium æternitatis typus 40.a.1
pœnæ contumacium 16.b.2
poloni 74.b.2
ponnonum mores 74.a.2
portugalia 95.b.2
potentia Diaboli 20.a.2
prægalia 87.a.2
præfectus Macedoniæ 32.a.2
præſidia urbibus impoſita 27.b.2
praga 80.b.1
praiani Halis ſententia 82.b.2
pretor Eubocæ ſubito moritur 12.b.2
primicerius 27.a.2
princeps Dei imago quatenus 78.b.2
princeps peloponneſi captus 11.b.1
principum peloponneſi conſpiratio 72.a.1
priuigni & nouercæ amor 97.a.2
procuratores S. Marci 87.b.2
proditio in exercitu cauenda 78.b.1
progenies Andronici 26.b.1
prognoſtica deridentur, quaſi cœlum nihil ſignificet 48.a.2
prognoſtici de uentis refutatio 48.a.1
prognoſtici cuiuſdam exagitatio 47.b.1
prophanatio Theologorum in uulgus effuſa 55.a.1
protoueſtiarij interitus 44.a.1
pruſa regia ſedes Turcorum 68.a.2
pruſa capta 68.b.1
pruſæ regia capta 83.a.2
puer uirili robore 57.b.2
pagiles 35.a.1
pugna Amuratis cum Huniade 104.a.1

Q

Querela Beci 20.b.1

R

Ratio expugnandarum urbium triplex 83.b
recaforta 6.b.2
refutatio ne digna non ſunt omnia 47.b.2
refutatio prognoſtici de uentis 48.a.1
regnum Nauarræ, & eius inſtituta 95.a.2
reguli, qui laſcarim deſpexerunt 5.a.2
religionem & Remp. unà tueri difficile 10.b.1
repudij ritus 79.a.2
rodus 70.b.1
reſpublicæ liberæ in Italia quæ 98.b.1
rodij Nazaræi dicti 76.b.2
romani turcis fidem frangunt 28.b.1
romanorum ſtulta confidentia 28.b.2
romanorum uictoria 33.b.2
romanis infeſta turcica claſſis 38.a.2
romanos Turci cædūt pellectos in inſidias 18.a
romanos ſyrgiannes ad defectionem ſollicitat 52.b.1
à Romanis flagitant Latini ut contra Turcos communibus opibus oppugnent 35.b.2
ronzerius Carolum ſicilia exigit 25.a.1
roſeſule capto latini uincuntur 18.b.2
rapela dedita 113.b.1

S

Sabaudia 75.b.2
ſacerdotum temeritas 13.a.2
ſacra pecunia 12.a.2
ſacrarum literarum obſcuritas 54.a.2
ſaladinus ſyriæ rex 68.a.2
ſalapanis proditio 85.b.2
ſamogetia 80.b.1
ſandalis regio 92.b.2
ſaraceni in Armenium 75.b.2
ſaracenorum in Europam irruptio 96.a.1
contra Saracenos Carolus Magnus 75.b.1
ſarmatæ 74.b.2
ſarmatia quæ Ruſſia 80.a.2
ſarmatia nigra & alba 80.a.2
ſaunus fluuius 69.b.1
ſcandebergi apparatus 103.b.2
ſcanderbegi uirtus 11.a.2
ſcenderis Armeniæ rex qui & Alexander 73.a.2


ſchiſma

ſchiſma latinorum & Græcorum 67.a.2
ſciabadinus uictus 94.a.2
ſcomma in auarum Principem 83.a.2
ſcopus deducta Colonia 72.b.2
ſcripta S. patrum diſtinguenda 146.b.2
ſcriba Turcorum quem cancellarium et Queſtorem uocamus 112.b.2
ſcuras Albanus 102.b.2
ſcythæ peregrinos mores adſciſcunt 7.a.2
ſcythæ Aſiam 4.1
ſcythæ cymmerij 7.a.1
ſcythæ ſeptentrionalis terror 7.a.1
ſcythæ per ſpeciem negociationis in Aegyptū traducti 14.a.2
ſcythæ in Romanas legiones relati 7.b.1
ſcythæ in meſopotamia conſident 7.b.2
ſcythæ contra Triballos mittuntur 10.b.2
ſcythæ qui nunc Tartari 80.a.1
ſcytharum ope Aegyptij ſuum imperium propagarunt 14.a.2
ſcytharum impietatem cladis Romanorum ream agit 15.a.2
ſcytharum eruptiones in Aſiam 67.2
ad Scythas Azatinus fuga 14.a.1
de Scythis Homerus 7.a.1
ſcythiſſæ equitas 57.a.2
ſcythicæ auxilia 19.a.1
ſebaſtia capta 77.b.2
ſebaſtia obſeſſa & expugnata 82.a.1
ſemarchandæ ſeditio 78.a.2
ſelymbria 75.a.2
ſeruilia ingenia liberis inſultant 83.b.1
in Seruios bellum 92.b.1
ſicion demetrias 11.b.2
ſiculorum & Peloponenſium cædes 12.b.1
ſigiſmundus Imperator Romanus 71.b.2
ſigiſmundi Imp. coronatio 74.a.2
ſirgiannes fœdifragus ac perfidus 52.b.1
ſimonidis uterus 8. annos natæ à marito corrumpitur 27.b.1
ſimonis Andronici filia Crali deſpondetur 23.b.2
ſignificatio Turcicæ uaſtationis 15.a.2
ſitzichanes 7.b.1
ſmyrna capta 81.b.2
ſolis Ecclipſis 48.b.1
Sorores duæ in mutuo complexu expirant. 18.a.2
ſpenderbegus legatus 110.a.2
ſparſæ literæ liberales 58.b.1
ſphortia Marchiæ princeps 95.a.2
ſphortiæ uictoria 98.a.1
ſphranzæ Paleologi inſignis perfidia 53.a.1
ſpinula ſocer Theodori paleologi 27.a.1
ſtatuæ deſcriptio 30.b.2
ſtephani proditio 85.a.1
ſtrategema 70.b.2
ſtrategema principes ſubditis infeſtos faciendi 110.a.1
ſtrumitza 40.b.2
ſtrymon fluuius 40.b.2
ſulaimanus rex 69.a.2
ſus religioſa 41.b.1
ſuſmanus uictus 70.b.1
ſycina nunc Baſilicæ direpta 103.a.1
ſynadenus capitur 57.b.2
ſynadeni intemperies 46.a.1
ſynadeni acerbitas 47.b.1
ſyndicatio 87.b.1
ſynodus Mantuana 111.b.2
ſyrgiannes duos imperatores committit 52.b.1
ſyrgiannes à iuniore ad veterē imperatorem deficit. 58.a
ſyrgiannes ab imperatoris matre adoptatur 47.a.1
ſyrgiannes accuſatus ad Triballos transfugit 52.a.1
ſyrgiannes Romanos ad defectionem ſollicitat 52.b.2.
ſyrgianni inſidiæ 52.b.2
ſyriæ rex ſaladianus 68.1
ſyſſitia 78.b.1

T

talentum apud ſuidam 125. librarum pondus. 114.a.1
Tamerlane 72.b.1
tamerlanes 73 ab.1. & 75.1.2
tamerlanis origo 78.a.1
tamerlanes vxorem ducit 78.a.2
tamerlanis celeritas 81.a.2
tamerlanis uictoria circa an. Chriſti 1397. 83.a.2
tamerlanici belli occaſio 77.a.2
tarraconenſibus Genuenſes infenſi 44.b.1
tarſus occupata 111.b.1
tartari Præcopienſes in Taurica Cherſoneſe. 80.a.2
tartarorum ſcytharū in Daciā irruptio 77.a.1
tartaricæ fugæ infidioſæ 81.a.2
de tataris 80.b.2
tatari Præcopienſes 96.b.1
taurus & Caucaſus fl. 7.b.2
temeritas Sacerdotum 13.a.1
temeritati fortunæ non fidendum 55.b.1
temerlani militaris diſciplina 78.a.2
temerlanis poſtulata 77.b.1
temerlanis uxor. 77.b.2
temiris 78.a.2
temires Alepum occupat 81.b.2
temiris ſocij chaidares & Mirxies 78.a.2
temiris in Tataros expeditio 81.a.1
temiris legatio ad Soltanum 81.b.1
temiris in Sebaſtianos crudelitas 82.a.1
temiris arrogantia 83.b.1
temires cedit 86.a.2
temiris mors et mores 84.a.1
tempora linguæ moderantur 53.b.1
tempus edax rerum 51.a.2
termelanes in Caddusios 79.a.1
ternobus fol. 10.a.1
terteres Ioannem Aſanem regno pellit 17.a.2
teutonicorum ordo 80.b.1
thebæ direpta 65.b.2
thebarum obſidio 89.a.2
themæ fœdus cum Turco 116.a.1
theodora 51.a.2
theodora Imp. filia Bulgaro nubit 10.a.1
theodora laſcarina Beliscurto nubit fol. 13.a.2
theodoretus Cyri Epiſcopus 51.b.2
theodorus 30.a.2
theodorus ſynadenus 32.b.2
theodorus patris proditor 41.a.2
theodori Metochitæ dotes 30.a.2
theoleptus epiſcopus 25.a.2
thelogi ueteres ratiocinando partem profecere 54.b.1
theologorum prophanatio in uulgus profuſa. 55.a.2
therma occupata 71.b.1
thermæ quæ & Theſſalonica 85.a.1
theſſaliæ poſtremus princeps 18.a.1
theſſalis poſt Ioannis Ducæ obitum diſtracta. 51.a.2
theſſalonica Venetis ultro data 85.b.1
theſſalonica à Turcis expugnata 96.b.1
theſſalonica grecis ultro data 90.b.1
theſſalonicam Irenæ abit & maritum traducit 26.b.2
theſſalonicenſis ſeditio 38.b.1
theſſalus ueniam impetrat fol. 9.b.2
theſſalus per caſtra hoſtium euadit 13.b.1
theſſalus auxilijs ducis Athenarum Romanos profligat 55.b.1
theſſali ſollicitudines 15.a.2
theſſali fiunt Deſpotæ fol. 9.a.1
theſſali catelanos in Bœotiam traducunt 25.a.1
thomas Demetri frater 110.a.1
thomæ pugna cum Turcis infelix 114.b.2
thraciæ vaſtitas 54.a.1
thraciæ defectio 54.b.1
thraciam & Macedoniā Bulgari uaſtant 5.b.1
timarati 113.a.2
toganas mons 90.b.1
torne 51.a.2
traciam Triballi uaſtant 48.b.2.
trallium inſtauratio & deditio 18.a.2.
trapezus regia ſedes 19.a.1
trapozus occupata, & tributaria facta. 115.b.2
triballi Traciam uaſtant 48.b.2
triballorum & Valachi origo 70.a.2
ad Triballos transfugit ſyrgiannes accuſatus 52.a.1
tributa aucta 54.a.2
tributa & redditus turcorum 113.a.1
turachanis conſilium 99.a.2
turachanis ad Peloponenſes Princeps oratio. 109.b.1
turachanis ad Græcos oratio 110.a.1
turci etymon 67.b.2
turci ſecuritas 120.b.1
turci edictum 120.b.2
turci à Scythis uincuntur 9.b.2
turci Romanis in inſidias pellectos cædunt. 18.a.1
turci Aſianas prouincias occupant 18.a.1
turci Maſſagetas fugant 24.a.1
turcorum Romanis legio 9.b.2
turcorum limes ſangarius 18.a.1
turcorum latrocinorum occaſio 17.b.2
turcorum graſſatio 20.b.2
turcorum ad pugnam preparatio 29.b.2

*Turcorum eruptiones* 30.a.1
*turcorum incurſiones* 57.b.1.
*turcorum incurſio* 57.b.2
*turcorum origo* 67.b.1
*Turcorum ſucceſſus* 67.b.1
*Turcorum duces VII.* 68.a.2
*turcorum regia ſedes* 68.a.2
*turcorum primus in Europam tranſitus.* 68.b.1
*turcorum fratrum diſcordia* 68.b.2
*turcorum in Europam incurſio* 69.a.2
*turcorum clades* 70.b.2
*turcorum inteſtinum bellum* 70.b.2
*turcorum equitum depredationes* 77.a.1
*turcorum mores, religio, leges &c.* 79.a.2
*turcorum in Dominum pietas* 83.b.2
*turcorum militia, nomina & ordo* 90.b.2
*turcorum res in Aſia* 101.a.1
*turcorum acies* 101.a.2
*turcorum pugnas ineundi mos* 102.b.2
*turcorum uictoria* 104.b.1
*turcorum ludi* 111.b.1
*turcorum ſacrificuli zychdes nocantur* 108.a.1
*turcorum quies nocturna* 120.b.2
*à Turcis cæduntur Maſſagetæ* 166.1
*à turcis Andronicus iunior uulneratus* 42.a.1
*à Turcis Bythinia occupata* [illegible]
*turcis Græci militant* 70.b.1
*à Turcis obſeſſa Conſtantinopolis* 75.a.2
*apud Turcos mos repudij ac diuortij* 77.b.1
*contra Turcos ut Romani oppugnent, flagitant Latini* 55.b.1
*contra Turcos Mirxæ uirtus* 74.b.1
*turcorum præfecturæ* 112.b.2
*cum Turco Græcorum affinitas Imp.* 69.a.2
*turci hoſtis diſciplinam militarem obſeruant.* 24.a.1
*turci à Catelanis profligantur* 25.a.2
*turci ad Catelanos deficiunt* 26
*turci Romanis fidem frangunt* fol.28.b.1
*turci caſtellum occupant: & auxilia accerſunt* 28.b.2
*turci ad mare cæduntur* 30.a.1
*turci quid ſentiant de Chriſto* 70.b.1
*turci in Bythinia graſſantur* 48.b.2
*turcicæ ſtationis ſignificatio* 15.a.2
*turcis ſacra in Propontide* 101.a.1
*tzapnidæ à Turcis ſubacti* 73.a.2

V

*Valachi Rom. coloni* 74.6.2
*ualachi Turcorum res diripiunt extra ordines* 101.b.1
*in Valachos bellum* 90.b.2
*ualachorum dux Mirxa* 74.b.2
*ualentiæ regum* 95.b.1
*uarna olim Dionyſiopolis* 100.b.2
*uenatio inſignis* fol.43.a.1
*uenenum in coitu oblatum* 95.a.1
*ueneta claſſis contra Galatam* 44.a.2
*ueneti* 87.a.2
*ueneti damnum paſſi ſunt 50000. ducat.* 103.b.1
*ueneti Andronico* 14.a.2
*uenetorum inſolentia in Ioannem* 72.a.1
*uenetorum diſciplinæ militares* 44.b.1
*uenetorum Reſpub.* 87.a.2
*uenetorum & Turcorum bellum.* 86.a.2
*uenetis uendita Argos* 76.b.2
*uentorum contrariorum pugna nihil extitit* 48.a.1
*de Ventis prognoſtici refutatio* 48.a.2
*uictoria turcorum* 104.b.2
*uictoria ſphortiæ* 98.a.2
*uictoribus ducibus noui tituli conferuntur.* fol.31.b.2
*uidua Lazari calliditas* 115.a.1
*D. uirginis fiducia* 58.b.2
*uirilia Papæ eligendo cur tangi ſolita* 98.a.1
*uirtutem incolumem odimus ex oculis ſublatam quærimus inuidi* 10.a.2
*uladislaus temerè Ianizares aggreſſus cadit.* 101.b.2.
*uladislai infelix in Turciam expeditio* 99.a.1
*ungari peſte infeſtati* 111.a.2
*ungarorum diſceſſus* 99.b.1
*ungarorum audacia intempeſtiua* 101.b.2
*ungaricum bellum rege Vladislao duce.* 100.b.2
*urbanus magiſter bombardarum Valachus.* 107.a.1
*urbinatium tyranni* 98.a.2
*urbis inſtauratio* fol.12.a.2
*uſuncaſſanus bellum parat* 116.a.2

Z

*Zacharias Centerio* 109.b.1
*zelotæ ex ambitione & auaritia Cyprio obtrectant* 20.b.1
*zenempiſas à Turcis defecit* 100.b.1
*zuates Smyrnæ dux* 88.a.2
*zanaites transfuga* 90.b.1
*zychdes Turcorum ſacrificuli* 108.a.1

*FINIS INDICIS.*